Digitized by Google

UNIVERSITEIT
90
Digitized by Google

Digitized by Google

Hist. 5688.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

J. F. Vandevelde S.T.D. r. Lovanii

Digitized by Google

CODEX DIPLOMATICUS
HISTORIÆ
SILVÆ NIGRÆ.

TOMUS III.

CODEX DIPLOMATICUS HISTORIÆ SILVÆ NIGRÆ.

SECULUM IX.

N. I.

Traditio *Meginhart* presbyteri bonorum in *Mettingen* pago *Alpegove* ad monaſterium *Rhenaugienſe*.

An. 855. 21. Aug. Ex archiv. Rhenaug. ad *T. I.* p. 139.

In Dei nomine. Ego *Meginhart* indignus presbyter divina gratia compunctus, verba Redemptoris horrens, quæ ſuis diſcipulis innuit: Qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Ideo namque complacuit mihi eius eſſe diſcipulum, & quidquid in termino *Mettingen* de hereditate materna habere viſus ſum, tam terris, ædificiis, campis, ſylvis, aquis, paſcuis, mobilibus & immobilibus, mancipiis, præter IIII. his nominibus, *Cozzo*, *Engilbert*, *Gerlinth*, *Uotta*, aliud totum atque integrum ad monaſterium, quod vocatur *Rinaugia*, quod conſtructum eſt in honore Beatæ Mariæ & S. Petri tradere. Idcirco libuit cum Advocato meo *Anno* pro æterna retributione animæ meæ, & pro remedio animæ patris & matris meæ, fratris & ſororum mearum hoc totum ſupra dictum trado atque tranſfundo, ut ibi fulgeat, quamdiu mundus ſtat, tantum in eam videlicet rationem, ut ibi locum meum & nutrimentum habeam quamdiu vivam, ſine ullius inarratione. Actum ad *Mettingen* in ipſa curte, quam tradidi XII. Kal. Sept. regnante Rege *Hludewico* Anno I. Benedicti Papæ III. *a*)

a) *Benedictus* III. ut notat *Pagius*, paucis poſt mortem *Leonis* IV 17. Iul. a. 855. defuncti diebus fuit electus: ſed primum die 29. Sept. eiuſdem anni ſolemniter inauguratus eſt: a quo die etiam eius pontificatus anni, menſes & dies numerantur, ut apud citatum *Pagium* videre eſt, non vero ab eius electione. Unde charta hæc potius referri poſſet ad annum 856. quo XII. Kal. Sept. ſeu 21. Aug. ab eius ordinatione currebat annus primus. Benedicti III. immediatum ſucceſſorem fuiſſe Nicolaum I. nuper etiam R. Com. Garampius nunc S. R. E. Cardinalis ex nummo invicte demonſtravit.

N. II.

N. II.

Trad. *Cellæ Albæ* a Sigemaro viro nobili Rhen. facta.

No. 1. ad T. I. p. 140.

SECULUM IX.

An. 858. Ex chartulario Rhenaug. ad *T. I. p.* 140.

In noie di ſumi vir q̄dā nobilis noie Sigemar. ſubc̄firmatione tradidit ad monaſterium Rinaugia cellam q̄ dr. ALBA q̄ ſita ē in pago Alpigowe ad ſtabiliendum inibi ſeruitiū ſc̄e MARIE, p ſemetipſo & filio ſuo noie Liuthere annuente domno Woluene eidē loci hereditario tutore. ſub rege ludowico. anno i nicolai pp.

Palam hinc ſit, extitiſſe iam tunc Cellam Albam; quod enim non exiſtit, tradi nequit. Mox hic p. 5. N. VI. videre eſt, monaſterium Rhenaug. Guelphis fundatoribus *inter ſe litigantibus atque vaſtantibus pene ſtirpatum.* Paucis ante hæc annis in conc. Moguntino, ſub Rhabano Mauro, præſente Salomone ep. Conſtantienſi, in charta Ludovici Germ. an. 852. qua Gozbertus, qui rem reſtitueret, conſtituitur Abbas, monaſterium Rhenaugienſe vocatur, ob res acciſas utique, *Locellus*, (T. II. conciliorum Germaniæ edit. Colonienſis, an. 1760. p. 166.) Præſto igitur tunc fuit Cella alba, atque habilem eſſe oportuit ad reſtaurationem monaſterii pene ſtirpati, ſtabiliendumque inibi ſervitium S. Mariæ, cui monaſterium Rhenaugienſe ſpeciatim dedicatum eſt. Cella alba igitur niſi iam extitiſſet, falleret præſens inſtrumentum chartularii Rhenaug. quo eam dicitur monaſterio Rhenaugienſi ad ſtabiliendum inibi ſervitium S. Mariæ tradidiſſe Sigemarus, a quo tunc primum inſtructam fuiſſe cellam illam, nullo veſtigio proditur: ipſa vero San-Blaſianorum monumentorum ac traditionis ſeries conſtans, Regulam S. Benedicti, quidquid ſit de primo eremitarum incolatu, fratres ad Albam immediate accepiſſe docent ab ordinario loci epiſcopo Conſtantienſi, cui haud ingrati, infideleſque San-Blaſiani ſemper in acceptis ferent beneficium, nec ab alio ſibi arrogari ſinent, nec obliterari memoriam Erenfridi epiſc. Conſtantienſis ante medium ſec. VIII. qui Manlio in Chron Conſtant. apud Piſtorium dicitur chronicon ſcripſiſſe huius monaſterii; ne quid de primis huius eremi incolis dicam tempore perſecutionum iuxta traditionem avitam; quum ſaltem ad radices montis Abnobæ, cuius iugo concluditur monaſterium S. Blaſii, Romanis thermæ tunc fuerint, T. II. p. 470. &c a nobis illuſtratæ.

N. III.

Traditio bonorum ad *Alapſin* monaſt. Rhenaug.

An. 860. Ex archiv. Rhenaug. ad *T. I. p.* 139.

Ego itaque *Nanger* in Dei nomine ſeu uxor mea *Adalnui* cogitantes tractavimus, ut aliquam rem de hereditate noſtra pro remedio animæ meæ & pro Dei amore ad monaſterium *Wolveni*, quod nominatur

Digitized by Google

natur *Renaugia*, quod conſtructum eſt in honore B. Mariæ ſemper virginis aliorumque innumerabilium ibidem requieſcentium ipſam rem tradimus atque transfundimus ad ipſum locum prædeſtinatum perpetualiter poſſidendam: hoc eſt, tertia pars, quæ nobis contingit in ſilvis, quæ iacent in duabus marchis, quæ ambo nominantur ad *Alapſin*, & de terra pars una, quæ iacet inter noſtras terras: & in alio loco de terra iugera XII. Si quis vero, ego ipſe, quod abſit, aut alius quilibet iſtam traditionem, quam ego *Nanger* & uxor mea *Adalnui* donavimus, frangere vel irrumpere voluerit, nullo modo poſſit, ſed ſit culpabilis, in erarium regis auri uncias V. & argenti pondera VII. coactus perſolvat, & ipſa traditio nihilominus firma permaneat. Actum in villa *Loucheringen* coram teſtibus idoneis, ann. XX. Hludewici Regis. Anno III. Nicolai Papæ. *a)*

a) Annus XX. regni Ludovici Germanici eſt annus 860. a morte ſcilicet Ludovici Pii patris 20. Iunii a. 840. quam eius quartam epocham ſtatuimus Hiſt. Silvæ Nig. T. I. p. 156. not. *a*. Nec adeo ad an. 862. reponenda videtur; licet verum ſit, quod ibid. p. 139. obſervavimus, diploma a Ludovico rege Rhenaugiæ a. 852. in concilio Moguntino dato, quo Gohbertum ſeu Gozbertum abbatem confirmat, annum regni X. præſeferre, qui repetendus eſt a pacto Virdunenſi a. 843. inter ipſum eiuſque fratres Lotharium & Carolum inito, quo eidem ditiones ad Rhenum fuerunt adiunctæ. Traditionem vero Nandgeri potius ad annum 860. referendam eſſe, etiam evincit annus tertius Nicolai Papæ, qui iam decurrebat a die 24. Aprilis, ut adeo charta hæc data ſit inter illum & 20. Iunii diem, poſt quem incipiebat annus XXI. regni Ludovici ab obitu patris: quamvis ultro concedamus, annos pontificum non a Notario, ſed a chartularii ſcriptore poſterius eſſe adiectos.

N. IV.

Landfrith tradit bona ſua in villa *Alaſin* in pago *Alpegowe* ſita ad monaſterium Rhenovienſe.

An. 861. 21. Sept. Ex archiv. Rhenaug. *ad T. I. p.* 139.

In Dei nomine. Ego *Lantfrith a)* complacuit mihi pro amore patriæ cœleſtis, & pro remedio animarum, mei & patris & fratris mei, quidquid pater meus in *Alpegowe*, in villa *Alaſin b)* conquiſivit, & poſtea ad me allatum

a) Suſpicor hunc *Lantfrith*, ſeu *Lanthfridum* filium eſſe *Lanthfridi* optimatis ex matre *Teudgilde*, cuius charta extat apud Mabill. de re diplom. Lib. VI. pag 517. qua varia monaſterio Dionyſiano prædia apud Bidolidum ſita conferuntur anno Chriſti DCCCXL. Eius ſubſcriptio ita habet: *Signum Lanthfredi & coniugis ſuæ Teugildis .... Signum Evrardi filii ſui conſentientis. Signum Lanthfridi filii illorum conſentientis.* Ex quo patris & fratris, quorum mentio in charta traditionis fit, nomina conſtare videntur.

b) *Alaſſin* ſeu *Aloſſa* hodie *Alpſen* villa in duas partes diviſa *ſuperiorem & inferiorem*, vulgo unter- und ober Alpſen, ſita in Silva Nigra, comitatu Hauenſtein.

Digitized by Google

SECULUM IX.

allatum eſt, & ego captavi, & habere viſus ſum, hoc totum atque integrum ad monaſterium, quod vocatur *Rinaugia*, & eſt conſtructum in honore *S. Mariæ*, & *B. Petri*, ubi Abba *Antwarth* præeſſe videtur, trado & transfundo in ius & donationem perpetualiter poſſidendi. Si ego, aut ulla oppoſita perſona, iſtam traditionem frangere voluerit, auri uncias III. argenti pondera V. in ærarium Regis coactus perſolvat, & quod inchoavit, perpetrare non valeat. Actum ad *Niucbilchun* coram multis teſtibus. XI. *Kal. Octob.* die dominico, regnante rege Hlodovico *c)*.

c) Quanquam in hac charta traditionis notæ chronicæ non contineantur, eam tamen ante annum regni Ludovici regis XXVI. ſcriptam fuiſſe, argumento mihi eſt, quod villa hæc *Aloſſa* inter prædia monaſterio Rhenaugienſi propria recenſeatur in Diplomate Ludovici anno dicto regni dato II. Idus Aprilis. Inſuper *Antwartus* abbas in *Gallia Chriſtiana* (T. V. p. 1007.) *Gozberto* abbati per *Ludovicum Germanicum* an. 852. conſtituto præponitur, ad annum 844. notatus. Atque ſic charta hæc iam ad an. 850. foret referenda, quo dies 21. Sept. erat dominica. Quum vero iuxta *Rhenaugienſes* ſodales (Zapf. monum. anecd. T. I. p. 275.) *Antwartus* medius inter *Gozbertum* & *Wolvenum* abbas locetur, huius vero poſterioris traditio iuxta mox dicenda anno 863. reponenda ſit, charta hæc *Lanthfridi* omnino ad annum 861. referri debet, quo 21. Sept. pariter in dominicum in illa notatum incidit, quod ab a. 850. hucuſque, nec deinceps factum eſt uſque ad annum 867. quo tamen tempore *Wolvenum* abbatem fuiſſe extra dubium eſt. Lapſus eſt ergo *Herrgottus*, qui hanc ad an. 875. conſignavit (Geneal. Habsb. T. II. P. I. p. 47.) quo tamen idem *Wolvenus* abbas erat, nec littera dominicalis E. currebat, diei 21. Sept. correſpondens. Neque enim negligendos exiſtimamus dies hebdomadæ a notariis expreſſos, quos profecto melius noverint neceſſe eſt utpote fixos, quam annos regni aut imperii, qui præcipue hocce tempore varii erant, prout de *Ludovico Germanico* paſſim obſervavimus.

N. V.

Charta donationis factæ monaſterio *S. Trudperti*.

An. 860. 6. Ian. Ex membran. S. Trudperti ad *T. I. p.* 135.

In Dei nomine. Perpetrandum eſt unicuique homini, quod divina vox ammonet dicens, date & dabitur vobis. Ideoque nos *Immo*, *Wolfwin* & *Wolurob* Dei inſpiratione compuncti & commoniti, tradimus res noſtras pro remedio animarum noſtrarum & parentum noſtrorum ad Sanctum Petrum & Sanctum Trudpertum ad Monaſterium, ubi ipſe pauſat in corpore, cum heredibus & comparticipibus noſtris. Hoc autem eſt, quod tradimus in pago *Briſgaugenſi* in Villa *Tonſol* dicta, quidquid ibidem viſi ſumus habere, ipſam ſcilicet eccleſiam, ea ratione, ut decimatio eiuſdem eccleſiæ, ſicut nobis & parentibus noſtris hactenus diviſa eſt, ita etiam deinceps in tria dividatur, dueque partes eiusdem decimationis monachis in predicto Monaſterio Deo ſervientibus integre donentur, tertia vero pars presbytero in eadem eccleſia divina miniſteria

Digitized by Google

niſteria celebranti remaneat. Preterea damus curtim cum edificiis, campis, cultis & incultis, quidquid preſenti tempore hereditario iure poſſidemus. Siquis vero, quod evenire non credimus, hanc traditionem noſtram infringere voluerit, nullo modo valeat perficere, & pro auſu temeritatis perſolvat in erarium regis auri uncias tres & argenti pondera duo, & hec traditio omni tempore firma permaneat. Hec traditio facta eſt in predicto monaſterio ante ſanctum altare ſub *Hunberto* abbate, *Ediloʒo* advocato, XVIIII. anno Ludewici regis, die ſabbati VIIIº. Idus Ianuar. *a)* preſentibus ſubſcriptis teſtibus. *Engelvrid*, *Adilbart*, *Rafrid*, *Willibreht*, *Nuelfra*, *Ratger*, *Tegenhart*, *Wolſerim*, *Wiman*, *Munrich*, cum aliis multis, qui hoc viderunt & audierunt.

a) De notis chronicis huius chartæ plura diximus T. I. Silvæ Nigræ p. 136. *not.* *Edilozus* advocatus forte hic idem eſt, qui in charta traditionis bonorum in pago Brisgoiæ, data in Kenzingen a. 856. 2. April, poſt *Geroldum* comitem *Edilleoz* ſubſcriptus legitur apud P. *Herrgott* (Geneal. Habsb. T. II. P. I. p. 35.) Cæterum pœna in transgreſſores ſtatuta ad verbum fere eadem eſt, quæ in mox ſequente ac præcedente notatur.

N. VI.

Charta *Wolveni*, qua monaſterium *Rhenaugia* reſtaurat, illudque in tuitionem regiam committit.

An. 869. 22. Ian. Ex archiv. Rhenaug. ad *T. I.* p. 138.

Ego *Wolvene* in Dei nomine notum eſſe cupio tam præſentibus quam & futuris, qualiter ab anteceſſoribus meis in loco, qui dicitur *Renaugia*, monaſterium monachorum conſtructum eſt; ſed quia ipſe locus parentibus meis inter ſe litigantibus atque vaſtantibus pene ſtirpatum evenit, ideo prædictum locum a me pro remedio animæ meæ ac parentum meorum ſub honore S. *Mariæ* ſemper virginis, & S. *Petri* principis apoſtolorum, cæterorumque ſanctorum iterum reſtauratum, domino meo ac glorioſiſſimo regi *Ludewico* contradidi, quatinus ipſius & ſucceſſorum ſuorum, mei quoque vel parentum meorum memoria in orationibus monachorum ibidem conſiſtentium aſſidue frequentetur, atque præfatus locus ſub illius mundiburdio vel ſucceſſorum ſuorum ſtabilis inconvulſusque conſiſtens, laudes in perpetuum auctori noſtro Deo ibi valeat perſolvere. Et hoc eſt, quod tradidi, quidquid in pago *Turgovenſe* tempore præſenti habere viſus ſum, excepto, quod ad *Louſen* tradidi, paſcuis, ſylvis, aquarumque decurſibus, cultis & incultis,

SECULUM IX.

ſeu quidquid dici aut nominari poteſt, manu poteſtativa in ius et donationem atque mundiburdium Domni & glorioſiſſimi regis noſtri *Ludewici* contradidi, ſub ea videlicet ratione, ut quamdiu vixero, ipſas res ſub poteſtate mea habeam, & poſt obitum meum, privilegium monachi in ipſo loco commorantes habeant, quatinus abbas, quem ipſi elegerint, eis in perpetuum præponatur, ut quieto ordine Deo deſervientes pro rege ac ſucceſſoribus ſuis aſſiduis precibus Dei miſericordiam implorent, nullumque ſervicium poteſtati regiæ ipſe abbas, qui ibi conſtituitur, aliud perſolvat, niſi ſingulis annis *caballum* unum & *ſcutum* cum *lancea* pro dono regi venire faciat. Siquis vero, quod futurum eſſe non credo, & quod Deus ab omnibus avertat, hanc traditionem a me legaliter factam infringere aut mutare voluerit, in primis iram Dei & ſanctorum eius incurrat, & mecum ante tribunal Dei in die iudicii contendat, & Domini ſententia compulſus detrudatur in perpetuum incendium, & inſuper inchoatum ſuum nullatenus poſſit perficere, ſed pro contrarietate, quam loco ſancto inferre conatus eſt, in ærarium regis multam perſolvat, id eſt auri uncias XX. argenti pondera XL. & præſens charta firma inconvulſaque permaneat ſtipulatione ſubnixa.

Actum *Ulma* palacio regio anno XXIII. regni glorioſiſſimi *Ludewici* regis in Orientali Francia, menſe Februario XI. Kal. eiuſdem menſis, die Saturni, ipſo rege præſente, cæteriſque quam plurimis. VI. anno *Nicolai* Papæ *a*).

Signum *Woluini*, qui hanc traditionem manu poteſtativa fecit, cæteroſque per impoſitionem manuum confirmare rogavit.

Signum *Gotperti* comitis, *Adilberti* comitis, *Adilhelmi* comitis, *Adilberti* comitis, *Liutonis* comitis, *Adelonis* comitis, *Lantfridi* comitis.

N. VII.

a) Sumpta epocha annorum regni Ludovici regis a morte patris eiuſdem, Ludovici Pii, id eſt ab anno Chriſti DCCCXL. & additis regni annis XXIII. in hac charta traditionis expreſſis, evenit annus Chriſti DCCCLXIII. qui annus mox adiectæ notæ chronicæ ad amuſſim correſpondet: nam Nicolai Papæ annus VI. erat Chriſti annus DCCCLXIII. quo XI. Kal. Febr. ſeu 22. Ian. in ſabbatum incidebat; unde corrigendus annus 858. quo T. I. p. 138. chartam hanc datam ſcripſimus. *Schœpflinus* (Alſat diplom. T. I. p. 25.) illam ad annum 856. retulit, motus haud dubie, quod is annus XXIII. regni Ludovici *in Orientali Francia* dicatur, quæ epocha ab 833. vel ſeq. incipit. At enim ex aliis Ludovici chartis conſtat, illum ſubinde regni Franconici annos etiam a morte patris ſui computare, ut videre eſt apud eundem P. *Herrgott* (L. c. p. 39.) ubi in charta anni 865. Kal. Martii data legitur annus XXV. *Ludovici regis in Orientali Francia*, quod nonniſi huic anno competere poteſt, in quo dies 1. Martii dominica erat. Taceo, Nicolaum a. 856. nondum Papam, nec diem 22. Ian. ſabbatum fuiſſe: quod tamen ultimum congrueret anno 857. Ludovicum vero regem Ulmæ alterutro ex iſtis anno fuiſſe non produnt annales Fuldenſes (Freher. T. I. p. 31.) bene vero poſt menſem Februarium anni 853. quod item in chartam noſtram die 22. Ian. datam haud quadrat.

Digitized by Google

Digitized by Google

N. VII.

Diploma *Ludovici* Germaniæ Regis, pro ſecuritate atque immunitate monaſterii *Rhinaugienſis. a*)

SECULUM IX.

An. 866. 12. Apr. Ex archiv. Rhen. ad T. I. p. 140.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *Hludovicus* divina favente gratia Rex. Si petitionibus fidelium noſtrorum ius repetentium aures ſerenitatis noſtræ accomodaverimus, & regium morem decenter implemus, & eos procul dubio fideliores ac devotiores in noſtro efficimus ſervitio. Quapropter comperiat omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrorumque præſentium ſcilicet & futurorum induſtria, quia vir venerabilis nomine *Wolvini* atque fidelis vaſſus noſter, veniens in procerum noſtrorum præſentiam, detulit obtutibus noſtris quoddam ſcriptum *b*), in quo continebatur inſertum, qualiter anteceſſores eius quoddam monaſterium in honore S. Mariæ virginis conſtruxerunt, cuius nomen eſt *Rinowa*, in ducatu Alemanico in pago *Turgawe*, videlicet comitatu *Adelhelmi*: ſed poſt diſceſſum eorum ab inimicis hominibus pene deſtructum evenit. Ille ergo ob amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & pro remedio animæ ſuæ, & anteceſſorum ſuorum, præfatum monaſterium reſtaurans in honorem B. Mariæ virginis, & B. Petri Principis Apoſtolorum, aliaſque reliquias ſanctorum ibi recondens, tradidit ibi res proprietatis ſuæ, quidquid in pago *Turgaugenſe* habere viſus eſt, præter illud ſolum, quod ad *Lauſin* tradidit, id eſt, quidquid orientem verſus habuit, ſicut legitima via deſcendit de *Slate* in *Haſelbrunonn*, inde ſicut rectiſſime equitare aut ambulare aliquis poteſt uſque ad *Luzzilinror*, ad illum fontem, qui ibi manat. Inde ſicut ipſe fons decurrit uſque ad tres cruces, & ad vadum illum contiguum, atque ab illo vado, ſicut via tendit ad *Marckſtein*, & inde *Emmanrioth* ad fontem ibi currentem, & ab illo fonte uſque ad *Rotinbach*: inde ſicut *Rotinbach* decurrit uſque ad medium fundum *Rheni* totum, ſicut a prædicta marca occidentali verſa habuit, vel quidquid iuris ei erat tam

a) Edidit hoc diploma Schœpflinus in Alſatia diplom. T. I. p. 88. illique annum. 858. aſſignavit: an recte, inferius videbius.

b) Facile hinc liquet, *ſcriptum* illud haud aliud fuiſſe, quam mox exhibitam traditionis *Wolveni* abbatis Rhenuagienſis chartam, quam veniens in procerum regis præſentiam obtutibus eius obtulerit, haud expreſſo, in quo id factum fuerit, loco. Eam vero ampliorem fuiſſe, ac noſtra eſt, mox dicemus.

Digitized by Google

SECULUM IX.

tam in ipſo loco, qui dicitur *Rinawa*, quam in cæteris his nominibus, id eſt *Martella*, *Elcmunchova c)*, *Holzheim*, *Willigiſespuoch*, *Ruadolvinga*, *Trullinchova*, *Pecchinbova*, *Truttaminchova*, *Slat*, *Stambeim*, *Nuzpouma*, *Morineswilare*: *& in Alpigowe*, cellam, quæ dicitur *Alba*, *Aloſſa*, *Waldchircha*, ſeu quidquid illi in Italia in pago *Veronenſe*, & *Tartonenſe* hereditario iure provenit, cum omnibus ibi adiacentibus ſive appendiciis ad prædicta loca pertinentibus, quæ ſibi iuris erant, tam terris, quam pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, ſeu quidquid dici aut denominari poteſt, omnia ad præfatum monaſterium tradidit; ſcilicet manſos CIIII. excepto *terra Salica*, & mancipia CCC. quorum nomina in ſua traditione, quam nobis tradidit *d)* conſcripta ſunt. Ut autem hoc actum habuit, *iterum* veniens in præſentiam noſtram, ad noſtram curtem nomine *Ulmam*, prædictum monaſterium cum omnibus rebus ibidem pertinentibus, ſicut ſupra ſcripta ſunt, ex iure & poteſtate ſua in ius & *dominationem e)* noſtram atque mundeburdum omnia tradidit, ea videlicet ratione, ut ab hac die & deinceps ſub noſtra defenſione & immunitatis tuitione cum omni integritate conſiſtant. Denique placuit ſerenitati noſtræ præfatum cœnobium, vel quidquid ad illud pertinere videtur, memorato *Wolvino* fidelique noſtro concedere, ita ſcilicet, quatenus diebus vitæ ſuæ ſub noſtra defenſione ad Dei ſervitium peragendum teneat atque poſſideat abſque ullius impedimento aut contradictione. Poſt eius quoque ab hac luce diſceſſum liceat monachis in eodem cœnobio conſiſtentibus inter ſe abbatem eligere per noſtram noſtrorumque ſucceſſorum iuſſionem & conceſſionem. Et ipſe abba nullum ſervitium poteſtati Regiæ ſolvere cogatur, exceptis aſſiduis orationibus, niſi ſingulis annis cavallum unum & ſcutum cum lancea ad donum Regi faciat venire. Propterea ergo hoc præceptum authoritatis noſtræ circa ipſum monaſterium fieri decrevimus, per quod decernimus atque omnimode iubemus, ut nullus ex ſucceſſoribus noſtris, neque comes vel ulla poteſtas ad præfatum

c) Apud Schœpflinum legitur *Ellinchova*, uti & deinceps *Trullingona & Trutinkova*, illorumque locorum nomina modernis appellationibus ita exprimuntur: *Martelen*, *Ellickhen*, *Wildeſpuch*, *Rudolfingen*, *Trüllickhen*, *Bencken*, *Truttinckhen*, *Schlatt*, *Mörlen*; *Nouzpouma* vicus eſt *Nuſsbaumen* hodie dictus; *Aloſſa* nunc *Alpfen* Baronibus de Zweier parens; *Waldchircha* modo *Waldkirch*, utraque loca Cellæ *Albæ* vicina.

d) Diſcimus inde, Wolvenum duplex ſcriptum ſeu chartam obtuliſſe regi Ludovico, unam quidem ampliorem, in qua manſi & mancipia fuerint denominati, poſtea vero *iterum* in eius præſentiam ad curtem *Ulmam* veniens breviorem chartam ſupra datam confirmandam exhibuit; quod tunc tamen factum nondum eſt.

e) In edita charta legitur *donationem*, ſicut mox poſtea vox *immunitatis* tuitione omiſſa eſt.

Digitized by Google

ſatum monaſterium abbatemque illius, ſeu monachos ibidem conſiſtentes, ullo unquam tempore inquietare, aut aliquam moleſtiam ingerere præſumat, nec manſiones quærere ſine illorum voluntate, neque illorum abbatem in itinere proficiſcere, neque ſervos ipſius monaſterii iniuſte conſtringere, vel in agros, ſeu in reliquas poſſeſſiones, nec non per illicitas occaſiones aliqua perſona in illorum poteſtatem ingredi audeat, ſed ſub noſtra defenſione & immunitatis tuitione liceat fratres ipſius monaſterii pacifice in futuro reſidere, & Dei ſervitium perficere, atque pro nobis & coniuge proleque noſtra ſeu totius regni a Deo nobis collati, Domini miſericordiam attentius exorare. Et ut hæc authoritas conceſſionis atque confirmationis noſtræ firmior habeatur, & per futura tempora cunctis fidelibus noſtris verius credatur, ſeu diligentius conſervetur, manu propria noſtra ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione aſſignari iuſſimus.

Hadebertus ſubdiaconus ad vicem *Wiggarii f)* cancellarii recognovi.

Data *g)* II. Id. April. anno XXVI. regni *Hludovici* ſereniſſimi regis in Orientali Francia regnante, indictione VI. actum in villa *Franconofurt* palatio regio: in Dei nomine feliciter amen.

N. VIII.

f) *Hadebertus* ſeu *Hadelbertus* ſubdiaconus, notante Mallinkrot de archicancellariis Imp. plures Ludovici Germanici chartas recognovit, eumque iam a. 853. in diplomate Ludovici Germanici anno regni eius 13. reperio (apud Schaten annal. Paderborn. P. I. p. 96.), & paſſim in ſeqq. Witgarium vero cancellarium lego in einſdem diplomate a. 858. XI. Kal. Iun. anno XVIIII. regni eius in Francia orientali dato (ib. p. 100.) quod tamen *Walto* ſubdiaconus ſignavit apud Franconofurt. Notari vero meretur charta eiuſdem Ludovici regis an. 865. regni 26. Id. Ian. (p. 107.) & alia a. 866. VII. Kal. Maii anno XXVII. regni eius in orientali Francia (p. 108.) indict. XIV. pro Hervordienſi monaſterio *in Franconofurt palatio regio* data, in qua utraque *Hadelbertus ſubdiaconus ad vicem Vuitgarii cancellarii* recognovit & ſubſcripſit. Quæ quidem argumento eſſe videntur, noſtram quoque chartam eodem anno & loco ab iiſdem fuiſſe expeditam. Obſtare quidem hic poſſent annus regni Ludovici XXVI. & indictio VI. in illa notata, quum in priore ſignetur annus XXVII. & indictio XIV. quæ revera an. 866. currebat, altera vero VI. an. 858. cui quoque competeret annus XXVI. regni Ludovici ab inito regno Franconico. Quum vero chartam Wolveni præcedentem an. 863. datam eſſe oſtenderimus, eaque præceſſerit ex mox annotatis Ludovicianum hoc diploma, quod tribus poſt priorem chartam annis conſignatum eſt, aliud nil reſtat, quam ut illud ad annum 866. referamus. Error vero in Indictionis numero facilis fuit, ut ex aliis eiuſdem Ludovici chartis apud *Georgiſch* in Regiſt. diplom. apparet. Nec annum regni XXVII. moramur, quod certe illo anno poſt 20. Iunii incepit; exemplis enim conſtat, a notariis ſeu ſcribis annos modo completos, modo inceptos fuiſſe notatos: qui ſive reſiduos anni currentis, ſive novi incepti ſeu elapſi menſes dieſque non accurate adeo computaverunt.

g) Schœpflinus legit *Data. Datum & actum* nota ſunt diplomaticis nomina.

Digitized by Google

N. VIII.

Winthere donat res ſuas monaſterio Rhenaugienſi ſub conditione annonæ duorum fratrum pro ſe.

Seculum IX.

An. 875. 8. Octob. Ex archiv. Rhen. ad T. I. p. 113.

Diverſis dominicæ auctoritatis provocamur exemplis tranſitorias rerum contempnere ſubſtantias, & manſuros æternæ felicitatis deſiderare theſauros, quos erugo & tinea demoliri nequeunt, nec fures effodere, nec furari. Hæc ego *Winthere* ſalutifera compunctione pertractans trado omnem hereditatem meam ad monaſterium, quod dicitur *Rhenaugia*, & eſt conſtructum in honore S. Mariæ ſemper virginis, nec non & S. Petri Principis Apoſtolorum, ubi *Wolvene* fundator loci illius venerabilis Abba præeſſe dignoſcitur *a*). Et hoc eſt, quod trado, quidquid in pago *Turgouenſi* in comitatu *Adilberti* comitis, & in villa *Bazmundinga* habere viſus ſum, tam agris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus & immobilibus, cultis & incultis, vel quidquid dici aut nominari poteſt, præter unum molendinum & unum iurnalem, atque de pratis ad unam garradam, quæ ſita eſt ad orientalem partem fluminis, quæ dicitur *Biberaha*. Hæc tantum diebus vitæ meæ habere deſidero. Cætera omnia cum manu advocati mei *Otharii* trado in ius & dominationem ſupra dicti monaſterii, in eam duntaxat rationem, ut quamdiu in ſeculo manere voluero, omnes res meas in mea habeam poteſtate, & quandocunque Dei inſpirante clementia ſeculum derelinquere & in monaſterio permanere placuerit, tunc in eodem monaſterio duorum fratrum annonam, nec non & indumenta ſicut duo fratres ſingulis annis accipere ſolent, mihi tribuantur. Inſuper unius canonici tertia annona atque eiuſdem indumenta mihi addantur, & confeſtim cum in ſupra memorato monaſterio perſiſtere decreuero, ſuperius nominata proprii iuris hereditas cum omni integritate ad iam ſæpe nominatum cœnobium abſque ullius contradictione perpetualiter poſſidenda permaneat: ſiquis vero, quod fieri non credo, aut ego ipſe, aut ulla oppoſita perſona contra hanc traditionem venire, & eam frangere conatus fuerit, in ærarium Regis multam componat idem auri uncias decem, argenti libras totidem coactus perſolvat. Inſuper traditio hæc ſtabilis & inconvulſa permaneat. Actum in villa *Trul-*

a) Patet hinc, Wolvenum adhuc a. 875. abbatiæ præfuiſſe, ac legitur adhuc eiuſdem charta an. 878.

Digitized by Google

Trullinchouin coram frequentia populi & teſtibus a. XXXIII. Hludovici Regis VIII. Idus Octob. die ſabbathi. *b*) SECULUM X.

b) Si computus hic a pacto Virdunenſi a. 843. facto inchoetur, charta hæc data eſt an. 875. quo 8. Octobr. ſabbathum erat.

N. IX.

Thueto monaſterio Rhenaugienſi prædium in villa & in marcha *Trullinchova* donat.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, qualiter ego *Thueto* pro remedio animæ meæ matriſque meæ tale prædium, quale in villa & in marcha *Trullinchova* acquiſivi, do atque trado in proprietatem ad Monaſterium, quod vocatur *Rinowa*, quod eſt conſtructum in honore S. Mariæ ſemper Virginis & S. Petri Principis Apoſtolorum, cæterorum quam plurimorum, ea ſcilicet conventione, quatenus *Wipertus* nepos meus, qui eſt monachus Renaugenſis cœnobii, habeat & quidquid ibidem ad locum illum rite pertinet, ſimiliter ea conditione ad neceſſitatem ſuam redigat, quatenus ſingulis annis ad menſam monachorum de præfato loco tribuat III. modios farinæ & VI. ſitulas cerviſæ & una vini & duos *Friſchingos a*) ſive unum unius ſicli valentem, hæc omnia habeat atque poſſideat omnibus diebus vitæ ſuæ ſine ullius contradictione. Poſt mortem ipſius præfata res ad ipſum monaſterium ad menſam fratrum ipſius Monaſterii redeat. Si Abba aut Monachi vel aliquis de poteſtate eorum impedimentum vel ullam læſionem deinde intulerint, hoc ipſum ad heredes meos redeat. Actum in villa *Trullinchova* coram præſentia Dni *Chunradi* Epiſcopi cum conſenſu Monachorum & præſentia populi & idoneis teſtibus, & Engiboldo Advocato V. Idus Aug: dominico die. Anno XXVIII. Ottonis III. Imperatoris duce Burchardo. *b*)

An. 963. 9. Aug. Ex archiv. Rhenaug. ad T. I. p. 164.

a) Vocis *Friſchingi* explicationem dedimus. T. I. p. 164.

b) Otto hic perperam dicitur tertius, quippe qui tot annos regni haud numeravit, & Conradus epiſcopus Conſtantienſis ſexennio ante eius ortum iam obierat; Ottoni quoque II. tot anni regni non competunt, ſed primo, cuius annus regni XXVIII. inchoatus conicidit cum anno 963. ſcilicet a morte patris ſui a. 936. 2. Iulii uſque ad 9. Auguſti an. 963. qui dies erat dominicus. Burchardus dux erat Alemanniæ.

Digitized by Google

N. X.

B. Gebhardi epiſcopi poſtea Conſtantienſis donatio ad cœnobium cathedralis eiuſdem eccleſiæ.

SECULUM X.

Ex Mſc. Petershuſano ad *T. I.* p. 154. Poſt med. ſec. X. 12. Mart.

Noverint omnes tam præſentes quam futuri, quod Ego *Gebbard*, ſanctæ Conſtant. Eccleſiæ frater indignus cogitans pro remedio animæ meæ nec non evangelica & apoſtolica præcepta ſecutus, cum conſenſu fratrum meorum, & manu advocati mei *Udalrici*, iuris mei proprietatem, quam parentum ſucceſſione in locis *Hoberndorf*, *Hakelnbach*, *Pilolſbinga*, *Luiterestorf* cum omnibus appendiciis ad eadem loca pertinentibus dinoſcor habere, trado ad ſanctum prædictæ Conſtant. Eccleſiæ Cœnobium, fratribus Deo ibidem aſſidue famulantibus, cui vir ſummæ religionis ac doctrinæ *Chuonradus* Epiſcopus regimine ſpirituali præfectus eſſe videtur, ea tamen conditione, ut ego eandem ad me recipiens proprietatem vel alius eiuſdem fraternitatis, quemcunque voluero, cenſum inde perſolvat, id eſt, ſingulis quibuſque abhinc in poſterum annis feſtivitate Patris noſtri ac venerabilis Papæ Gregorii prædictis fratribus ſicut canonica monſtrabit regula ſerviatur. Actum *Conſtantiæ* quarta Id. Martii, *a*) præſente ac conſavente prædicto advocato meo *Udalrico*, nec non & aliis teſtibus, quorum ſubſcripta ſunt nomina: *Eberhard. Luitfrid. Hildibold. Chuzzo*, *Cozpert. Adilpert. Mereboto*, *Luitpert. Sigipert. Hudipert. Dietger. Wern. Adilgoz.*

a) Extat hæc charta minus correcta in Manlii chronico Conſtantienſi apud Piſtorium ſcript. T. III. p. 719. exinde T. II. Originum Guelphicarum p. 248. inſerta, ubi data dicitur an. 970.

N. XI.

S. *Gebhardi* epiſcopi Conſtantienſis inſtrumentum fundationis monaſterii *Petershuſani*.

In Nomine Domini noſtri Ihſu Xpi.

An. 983. Ex Mſc. Petershuſ. ad *T. I.* p. 154.

Noverint omnes catholicæ fidei profeſſores, qualiter ego *Gebhardus* Dei gratia ſanctæ Conſtantienſis eccleſiæ indignus epiſcopus decrevi, ut *Petrisbuſenſe* monaſterium, quod in honorem Sci Gregorii Papæ conſtruxi

ſtruxi & dedicavi, ut ſub tuitione & defenſione romanorum Pontificum in perpetuum inviolatum conſiſtat. Ad hæc propono & decerno, ut advocati eiuſdem monaſterii electione abbatis & fratrum ibidem Deo militantium non invaſtatores & direptores, ſed manu ſucceſſoris mei Conſtantienſis epiſcopi, unacum manu abbatis in defenſores commendatione præficiantur, & nullo modo illam prius obtineant poteſtatem, niſi fideliter ſacramentis conſtrinxerint ſe poſſeſſiones cum familiis monaſterii pro poſſe ſuo viriliter defendere, nullamque in eis queſtus gratia iniuſtam per vim exercere poteſtatem. Si vero huius ſacramenti, quod abſit, tranſgreſſores exſtiterint, tertiaque admonitione tam epiſcopi quam abbatis non emendaverint, abſque ulla contradictione removendi illos habeant facultatem. Et ut diligentius ipſorum iura conſideremus, nulli ſuorum facultatem concedant cauſa rapacitatis monaſterium devaſtare, quia tales, qui in vicem dominorum in advocatiis præficiuntur, familias penitus diſtrahunt potius quam defendant, atque poſſeſſiones omnino inutiles reddunt. Nullos ergo ſuorum beneficii loco in vicem advocatiæ præficiant, niſi quos abbas cum conſilio fratrum ſuorum pro utilitate monaſterii præferri petierit, qui ſimili modo ſacramentis conſtringant ſe, ipſas monaſterii poſſeſſiones pro viribus ſuis defendere, nullamque per exactionem direptionem exercere, & ſi iſta, quod abſit, infregerint, tertiaque admonitione non correxerint, ut ſacramentis rei procul dubio ſciant ſe removeri. Quando placitum habere voluerint cum familiis, non plus quam duodecim caballis illuc venire ſciant, & quidquid ibi acquiſierint, in tres partes dividantur, quarum unam ſibi retineant, duas abbati reſtituant. Nullam in familiis exerceant rapacitatem, ita tamen, ut famuli, qui beneficiis non ſunt obligati, vel aliqua ſervitute monaſterii detenti, nullis placitis, aut ullo indicto cenſu graventur, excepto ſi rebelles vel fugitivi, aut in aliquo contrarii monaſterio exſtiterint. Mulieres maritatæ ſeu ancillæ defenſionem obtineant, & nullo indicto cenſu ob hoc exonerentur. In poteſtate & arbitrio abbatis fratrumque eius conſiſtat, res monaſterii prudenter & abſolute abſque omni obſtaculo alicuius advocati diſponere, eccleſias clericis, curtes villicis, manſus & beneficia famulis commendare, undique, prout viderint congruere, familias in poſſeſſionibus mutare, exuvias mortuorum ſumere, & nullo modo advocatus, niſi invitatione fratrum, ſe intromittere. Iſtæ leges in illis poſſeſſionibus, quas ipſe per manum advocati mei *Oudalrici* monaſterio tradidi & acquiſivi, inconvulſæ perſeverent. Illa vero, quæ per curricula temporum Deo Sanctoque Gregorio ad ſubſidia fratrum a fidelibus offeruntur, per manum tantum ab-

SECULUM X.

batis cum conſilio Deum timentium advocatia ſupra ſcripto modo committatur. *a)*

a) Inſtrumentum hoc quidèm deſtituitur omni nota chronologica; quod tamen anno 983. vel antecedenti innectendum eſſe, ſequentis chartæ ſubſcriptio evincit, in qua annus 983. *primus annus eiuſdem monaſterii* notatur.

N. XII.

B. *Gebehardi* II. epiſcopi Conſtantienſis concambium in gratiam fundati a ſe monaſterii *Petershuſani*.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

An. 983. Ex. Mſc. Petershuſ. ad *T. I.* p. 154.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter ego *Gebehardus*, Dei gratia ſanctæ Conſtantienſis eccleſiæ indignus epiſcopus, feci concambium cum *Alwico* Augenſi abbate, & dedi per manum advocati mei *Oudalrici*, in manum advocati iam dicti monaſterii *Burkardi* prædium meum, quod ex hereditate parentum meorum habui in villa, quæ vocatur *Zurzach*, & recepi viciſſim ab eo quoddam prædiolum, quod adiacet civitati *Conſtantiæ* in ripa rheni.

Hoc autem concambium factum & confirmatum eſt permittente & conſentiente *Ottone* Imperatore II^do^ & *Alwico* abbate Augenſis cœnobii, & omnibus fratribus & familiis eiuſdem loci. Ego autem divina favente clementia acquiſitam poſſeſſionem in tres portiunculas diviſi, & unam quidem mihi, meisque ſucceſſoribus pontificibus Conſtantienſis eccleſiæ, alteram vero fratribus eccleſiæ deputavi; in tertia autem monaſterium ſancti Gregorii Papæ ædificavi, ubi & omnia, quæ habere vel acquirere potui, fideliter pro remedio animæ meæ obtuli Deo & Sancto Gregorio ad ſuſtentationem & ſubſidium monachorum, qui ſub norma & Regula beati Benedicti Deo inibi ſervituri ſunt; & volo, ut nullius violentia, aut ulla ſervitutis oppreſſione idem locus ab aliquo gravetur, ſed ſicut in libertatem acquiſitus eſt, ita & inhabitantes libere & abſque perturbatione Dei ſervitio vacare ab omnibus permittantur. Et quoniam ipſa poſſeſſio parva & anguſta eſt, & homines, quos ibi inhabitare inſtitui, nec in agris, nec in paſcuis aliquod ſubſidium habere noſcuntur, placuit eos tali beneficio relevare, ut poſſeſſiones, quas habent, ad poſteros ſuos hereditario iure tranſmittant, nec a mortuis exuviæ accipiantur, ſed tantum navigando atque piſcando dominis

ſuis.

Digitized by Google

y Goog

ii. Regxi

ſuis deſerviant. Homines autem monachorum in hoc excipiantur, quod quotidie ſerviant, & annonam a monaſterio accipiant. Si quis vero extraneus acceſſerit, ab hoc noſtro beneficio alienus erit. Milites quoque, quos monaſterio tradidi, equitando ſerviant. SECULUM X.

Ego Hiltibaldus archidiaconus ſcripſi & ſubſcripſi, anno Incarnationis Dni DCCCCLXXXIII. regnante Ottone glorioſiſſimo Imperatore Auguſto II$^{do.}$ anno imperii eius X$^{mo.}$ Indictione XI$^{ma.}$ a). Hic eſt primus annus eiuſdem monaſterii feliciter amen.

a) Annus imperii Ottonis II. Imperatoris ſumi hic debet a morte patris eius Ottonis I. anno 973. 7. Maii, ante quem diem adeo data fuerit hæc charta, poſtea enim iam annus XI. imperii ſignandus fuiſſet: quamvis in Ottonibus vel reſidui vel ſuperflui menſes ac dies haud adeo accurate ſubinde fuerint ſupputati, uti videre eſt in Maurianorum ſodalium opere *L'art de verifier les dates* in Ottone I.

N. XIII.

Otto II. Imperator donat S. *Reginberto* circumiacentes terras cum limitibus ſuis, atque ab omni iuriſdictione eximit.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Otto* divina diſpenſante clementia ſemper Auguſtus. Ad perpetuam nobis in Chriſto felicitatem proficere ſperamus, ſi eccleſias ab *Anteceſſoribus noſtris* a) Deo conſtructas, vel temporibus noſtris ad honorem eius *incboatas* defendere, perpetua pace ſtabilire non negligimus. Unde omnibus Chriſti, noſtrique fidelibus tam futuris, quam preſentibus notum eſſe volumus, qualiter nos *cellam* in ſilva *Schwarzwalt* a beato *Reginberto* Hæremita *noviter* conſtructam Deo & ſancto *Blaſio* cum locis circumiacentibus, & terminatione eorum pro remedio animæ noſtræ, inſtinctu quoque fidelium noſtrorum in proprium tradidimus, legitime confirmavimus, ab omnium hominum poteſtate liberam fecimus, eamque eidem ſancto viro, *qui primus ibi habitare*

An. 983. 5. Iun. Ex archiv. S. Blaſii ad T. I. p. 179.

a) Manifeſte hinc colligitur, cellam S. Reginberti ad illas eccleſias pertinere, quas ab *Anteceſſoribus* ſuis *inchoatas* defendere ac ſtabilire ſui muneris eſſe arbitratur Otto II. imperator. Hic alius eſſe haud potuit, quam Otto I. ſub quo cellam illam, a Reginberto eremita inchoatam ſive conſtructam ſuo loco diximus, a quo etiam eius confirmationem petiit, ſed morte præventus illam obtinere ab eo non potuit, ab Ottone II. demum conceſſam.

Digitized by Google

SECULUM X.

habitare cœperat b), atque *omnibus ibidem* Deo ſervientibus libere & quiete poſſidendam fruendamque conceſſimus: ea videlicet ratione, ut in eadem terminatione, hoc eſt, a fonte *Cheinbach* uſque ad villam *Heibenswanda*, & inde uſque ad locum *Werenbrehteſtvilla*, & ita per declivum montis uſque quo *Swendenbach* influit *Albam*, indeque uſque ad ortum *Steinaha*, indeque uſque ad montem *Veltperch* ad ortum *Albæ*, & inde uſque ad locum, ubi *Swarzaha* exit de lacu *Sluchſe*, & iuxta decurſum prædicti fluvii uſque ad locum, ubi *Cheinbach* influit *Swarzaha*, & ita uſque ad fontem *Cheinbach* nullus Dux aut Comes, vel alia aliqua perſona maior vel minor aliquid iuris habeat, aliquam poteſtatem exerceat, vel ullam inquietationem monachis in eadam cella manen-

b) Conicimus ex his verbis, (T. I. p. 184.) ſitum *cellæ albæ* Rhenaugienſi cœnobio a Sigemaro traditæ diverſum fuiſſe a cella *noviter* a beato Reginberto conſtructa, & ubi *is primus habitare cœperat*; nec alium ſenſum patiuntur hæc diplomatis verba inter ſe collata. Quis enim illum primum loci habitatorem dicet, qui eum tantum poſt ruinam reſtituit, quin prius factæ deſtructionis mentionem fecerit? Exemplum in ipſa *Wolvent* chartæ ſuperius (N. VI.) & in ſequente Henrici III. diplomate (N. XVIII.) edita habemus, in quibus ipſe *Rhenaugienſis* monaſterii reſtaurator, ſeu reædificator, non vero primus inhabitator dicitur, qualis tamen æque dici potuiſſet, ac Reginbertus noſter, ſi tantum de reſtauratione veteris, & non de erectione novæ cellæ ſermo eſſet. Cætera a nupero *Reflexionum in chartam traditionis cellæ albæ* auctore (Zapf. monum. anecdot. T. I. p. 538.) huic opinioni fruſtra oppoſita haud moramur; potuerunt enim fratres ex *cella alba* iam collabente ſeu deſolata in novam cellam a Reginberto *noviter* (etiam in alio loco conſtructam) ſucceſſive ad eum commigrare, ut tamen priorem adhuc nomenclaturam retinerent, eamque novæ cellæ inderent, quod quidem in translocatione cœnobiorum ſeu cellarum ſatis frequens fuiſſe, hiſtorica eorum monumenta declarant; quin tamen inde ſequatur, originem S. Blaſii monaſterii ultra Reginberti tempora non poſſe extendi, quum eam a prioribus *albæ cellæ* habitatoribus repetant, qui dein in novam S. Reginberti cellam immigrarint, ſecumque etiam S. Blaſii reliquias diligenter hucuſque aſſervatas illuc deferentes; quod utique & aliis eiuſmodi tranſmigrationibus ſolemne fuit. Neque enim propugnavimus, eaſdem reliquias ex Rhenaugia in noſtrum monaſterium, ſed in *cellam albam* tunc *Rhenaugiæ* ſubditam, inde vero primum in novam cellam fuiſſe deportatas; quo ſane gloriæ dicti celeberrimi monaſterii nihil decedit, quum tamen primam noſtram originem a prima *cella alba* eidem olim tradita repetamus. De nomine vero *cellæ albæ* poſterius adhuc monaſterio noſtro indito haud controvertimus, quod ob primos eius incolas in novum locum adventantes ei facile adhuc adhærere aliquamdiu potuit, donec more tot aliorum monaſteriorum poſt novam extructam eccleſiam a S. Blaſio, cuius honori illa ob reliquias dedicata erat, illud adeptum ſit: aut quid hic abſoni? Occaſionem autem, poſteris tam multa præclara de eremitis ibi (in *cella alba*) quondam habitantibus ſcribendi materiam fuiſſe datam, fruſtra adſtruitur: præterquam enim, quod ipſo fatente Reflexionum ſcriptore (L. c. p. 532.) ex hypotheſi tantum locuti ſimus: *ſi tamen admittenda videatur iſta de eremitis traditio*, illa tantum eremitas Reginberto anteriores, & non in ſua, ſed in loco *cellæ albæ* ab origine forte degentes reſpiceret, haud quaquam vero ipſum Reginbertum primo quidem eremitam ſeu ſolitarium in nova ſua cella, poſtea vero cum alba-cellanis advenientibus ad ſe monachis pariter monachum. Plures enim iam dati Ottoniani diplomatis tempore illic fuiſſe Deo ſervientes, ipſius verba produnt, quum cellam illam *novam eidem Sancto viro* (Reginberto) *atque omnibus ibidem Deo ſervientibus*, libere poſſidendam conceſſit. Lectorum deſuper iudicium eſto!

Digitized by Google

manentibus inferre præſumat. Quodſi præſumpſerit, regiæ poteſtati ſubiacebit. SECULUM X.

Et ut haec noſtra regalis traditio ſtabilis & inconvulſa omni tempore permaneat, hanc chartam conſcribi, manuque propria corroborantes ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum Domni *Ottonis* magni & inviɛtiſſimi Imperatoris Auguſti.

Hildiboldus epiſcopus & cancellarius vice *Willigiſi* archicancellarii notavi.

Data Nonis Iunii anno dominicae incarnationis DCCCCLX... III. *c*) regni vero ..... *Ottonis* XXVII. Imperii autem ... II. Indict. *V* I. actum feliciter Veronae amen.

c) Notas chronicas huius diplomatis fuiſſe depravatas, quin tamen eius authentiæ quidquam derogent, in ipſo opere (T. I. p. 179.) demonſtravimus; adducto etiam alterius chartæ eiuſdem Ottonis II. exemplo pro monaſterio S. Emmerami eodem die, menſe, anno, & loco expeditæ, quam refert *Hundius* in metropoli Salisburg. (T. II. p. 259.) Pezius in Theſ. anecdot. (T. I. P. III. pag. 61.) ut & Lunig (ſpicileg. eccleſiaſt. T. III. p. 650.) ubi genuinus eius annus proditur hiſce verbis: *Data Nonis Iunii anno dominicæ incarnationis DCCCCLXXXIII regni vero ſecundi Ottonis XXV. imperii autem XV. Indictione XI. actum feliciter Veronæ amen.* Quo vero facilius de noſtro hoc diplomate iudicium ferre poſſint eruditi, illud æri inciſſum hic ſiſtimus.

N. XIV.

Otto III. imperator monaſterio *Petershuſen* donationem prædii *Epſindorf* confirmat. *a*)

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *Otto* divina favente clementia rex. Si piis petitionibus ſacerdotum, quas pro eccleſiis ſibi commiſſis

An. 994. 4. Nov. Ex Mſc. chronico Petershuſano.

a) In Mſc. hæc præmittuntur: „Quomodo Epſindorf acquiſivit. Igitur ſuprà dicta *Hadiwich* relicta *Burc-* „*hardi* Ducis, poſt obitum ipſius dedit B. *Gebehardo* epiſcopo *nepoti ſuo* prædium *Epſindorf* dictum, „ad ſtipendium fratrum in monaſterio ipſius, quod-dicitur *Petrihuſa*, Deo ſervientium, quod ipſum „per auctoritatem & privilegium *Ottonis* Imperatoris uſque in præſens obtinuit, quartam tamen „partem eiuſdem villæ *Steinenſe* monaſterium obtinet."

Hadwigis ſeu Hedwigis filia fuit Henrici ducis Bavariæ, fratris Ottonis M. imp. unde eam Otto III. in diplomate (apud P. Herrgott T. II. P. I. p. 40.) *dilectam conſanguineam* vocat. Secunda uxor fuit Burchardi II. ducis Alemannorum, quo brevi mortuo ipſa cum avitis mariti ſui bonis *ducis* titulum retinuit, qui ei etiam in dicto diplomate uti & in noſtro tribuitur. Specialis *de Hadwige Suevorum duce vicaria imperii* diſſertatio extat in Wegelini *Theſauro Suevico* (T. II. p. 107). Sedem illa *Duellii* habuit, ubi etiam cœnobium Benedictinæ familiæ ædificavit, teſte Cruſio (Annal. L. IV. P. II. c. IX.) quod *Steinam* poſtea translatum eſt; unde etiam quarta pars prædii *Epſindorf* ab eadem Hadwige Petershuſano monaſterio donati ad *Steinenſe* monaſterium pertinere hic dicitur, haud dubie ab eadem ipſi collata ante translationem.

SECULUM X.

miſſis auribus noſtris infuderint, benignum præbuerimus auditum; hæc procul dubio ad præſentis regni noſtri ſtatum, & ad æternæ beatitudinis præmium nobis profuturum fore credimus. Quapropter omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam futurorum noverit ſolers induſtria, quomodo Dnus *Gebebardus* ſanctæ Conſtant. eccleſiæ venerabilis epiſcopus noſtram regiam adiens celſitudinem obnixe rogabat, quo prædium quoddam *Epſindorf* vocitatum cum ſuis appendiciis in locis & in villis *Boſinga*, *Meſſinga*, *Ancencimbra*, *Harthuſa*, *Vrſilinga*, ſitis in pago *Para*, & in comitatu *Hiltibaldi* comitis ſitum ad monaſterium S. *Gregorii*, quod iam dictus Deo & hominibus dilectus *Gebehardus* epiſcopus a fundamento in uſum monachorum inibi Deo ſub regula S. Benedicti ſervientium, ob remedium animæ ſuæ, parentumque ſuorum devota mente conſtruxit, noſtro regio vellemus tradere & confirmare præcepto. Nam, ut relatu noſtrorum didicimus fidelium, per traditionem bonæ memoriæ dominæ *Hadevigæ Ducis*, ſupra nominatum prædium *Epſindorf* cum omnibus ad ſe reſpicientibus legitime ad iam dictum S. *Gregorii* pertinet monaſterium. Unde nos vota & petitiones tam boni & nobis dilecti viri ſequentes, donamus atque largimur ſæpe iam dictum prædium *Epſindorf*, cunctaque ſua pertinentia, ſcilicet cum areis, ædificiis, mancipiis utriuſque ſexus, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis, vineis, vinetis, ſylvis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, cunctiſque aliis utenſilibus, quæ adhuc dici aut nominari poſſunt, eidem iam dicto monaſterio in honorem S. *Gregorii* conſtructo, nec non & monachis ſub norma S. Benedicti Deo ibi militantibus, atque ex integro de noſtro iure in eorum ius transfundimus.

Inſuper etiam omnia noſtra regia authoritate confirmamus, quæ iam a noſtro dilecto epiſcopo *Gebehardo*, vel ab alia qualibet perſona, magna ſive parva ad ipſum monaſterium tradita ſunt, vel tradenda erunt, ita ut firma & inconcuſſa ac perpetualiter ab omni infeſtatione incorrupta permaneant, nec importunitate malignantium ſacro loco aliqua inferatur moleſtia. Et ut hoc noſtræ regiæ donationis præceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione ſignare iuſſimus, manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus. Signum Dni Ottonis (Monogramma) glorioſiſſimi regis. Hiltiboldus epiſcopus & cancellarius vice Willigiſi archiepiſcopi recognovi. Data II. non. Novemb. anno Dncæ incarnationis DCCCCXCIIII. Indictione VII. anno autem tertii Ottonis regnantis XI. Ingilnheim feliciter *b*).

N. XV.

b) Patet exinde error *Cruſii*, qui (Annal. L. V. P. II. cap. H.) donationem hanc *Hadewigis* ad annum 1007. & *Henricum* Claudum refert, quamvis tunc forte ab eodem confirmari potuerit; certe ex hac charta liquet, *Hadwigem* ducem hoc anno 994. iam fuiſſe defunctam.

Digitized by Google

N. XV.

Diploma *Ottonis* III. Rom. Regis, quo cœnobio *Rhinaugienſi* omnem illam terram, quam *Gebehardus* epiſcopus *Conſtantienſis* uſurpaverat, vindicat atque reſtituit.

SECULUM X.

An. 995. 13. Oct. Ex archiv. Rhenaug. ad T. I. p. 190.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *Otto* divina favente clementia rex. Si piis ammonitionibus religioſorum virorum, quas pro monaſteriis ſibi commiſſis auribus noſtris infuderint, pium præbuerimus auditum, hoc procul dubio & ad præſentis noſtri regni ſtatum, & ad æternæ beatudinis præmium nobis profuturum fore credimus. Quapropter omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam futurorum noverit ſolers induſtria, quomodo nos interventu ac petitione dilectæ amitæ noſtræ *Mathildæ* venerabilis abbatiſſæ *a*), nec non & fidelium noſtrorum *Willigiſi* ſcilicet ſanctæ *Mogontiacenſis* eccleſiæ venerabilis archiepiſcopi, *Hildibaldi* quoque *Wormacienſis* eccleſiæ reverendiſſimi præſulis, præſertim & pro remedio animæ noſtræ, noſtrorumque parentum, per paginam noſtri præcepti reſtituimus atque corroboravimus monaſterio *Renaugia* nominato, in honore ſanctæ Dei genitricis virginis *Mariæ*, & *S. Petri* principis Apoſtolorum, & *S. Blaſii martyris Chriſti* conſtructo, cui *Nockerus* venerabilis abbas præeſſe videtur, omnem illam terram, quam *Gebehardus* Conſtantienſis eccleſiæ epiſcopus uſurpative tenuit *b*) de præfato monaſterio, ea videlicet ratione, ut prædictus abbas ſuique ſucceſſores in ſua ſuorumque monachorum utilitate habeant, teneant, & abſque omnium mortalium contradictione, inquietudine vel diminoratione poſſideant. Si quis vero, quod minime credimus affuturum, archiepiſcopus, epiſcopus, dux, comes, advocatus, aut aliqua noſtri regni magna parvaque perſona nefaria temeritate hanc noſtram præceptalem reſtitutionem & corroborationem irrumpere conatus fuerit, ſciat ſe compoſiturum in noſtro banno centum libras auri optimi, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem prædicto monaſterio. Et ut hæc noſtra

a) Eſt hæc *Mathildis* abbatiſſa *Quedlinburgenſis* an. 966. a patre ſuo *Ottone* I. imp. ſolemniter inſtituta, & ſub *Ottone* III. vicaria imperii.

b) S. *Conradus* bona deſtructi *Rhenaugienſis* monaſterii interim adminiſtraverat, quæ cum ſuis confuſa retinuerant eius ſucceſſores *Gaminolfus* & *Gebhardus*; quorum adeo reſtitutio hic auctoritate regia decernitur.

SECULUM X.

regalis reſtitutio atque præceptalis corroboratio firma atque inviolabilis perenniter conſiſtat, manu propria ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione conſignavimus.

Signum domni *Ottonis* glorioſiſſimi regis.

Hildibaldus epiſcopus & cancellarius vice *Willigiſi* archiepiſcopi recognovi.

Data III. Idus Octob. anno Dominicæ incarnat. DCCCCXCV. indictione VIII. anno autem tertii *Ottonis* regnantis XII. actum *Quintiliniburg* feliciter amen.

N. XVI.

Diploma *Rudolphi* Regis Burgundiæ, quo *Adalberoni* epiſcopo Baſileenſi quasdam abbatias concedit.

An. 1000. Ex archiv. Bruntrut.

In nomine ſanctæ & individue Trinitatis. *Rudolphus* divina favente clementia Rex *a*). Præclarius & nobilius noſtrique nominis auctoritati plus congruum eſſe nil omnino noſtrum comprobabitur iudicio, quam ſi in eccleſiarum Dei reſtaurationibus quotidianisque augmentationibus plurimum operam demus. Unde omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus innoteſcimus, qualiter honeſto *Ageldrudis b*) reginæ coniugiſque noſtræ dilectiſſimæ conſentientes ſuggeſtui ob continua *Adalberonis c*) *Baſileenſis* epiſcopi ordine diſpoſito fideliter nobis impenſa ſervitia *ſanctæ Mariæ* abbatiam, ſanctique *Germani* abbatiam, quam *Grandem vallem* appellant, ad *Baſileenſem* epiſcopatum diverſis ex caſibus attenuatum reſtaurationis amminiculis locupletantium *d*) cum omnibus eius appendiciis in proprium ius firmiter integriterque donavimus. Hæc noſtris Vaſſallis firme per totum conſentientibus. Et ut poſſit firmum atque ſtabile permanere, ſine ullius hominis contradictione, Auguſtum Imperatorem *Ottonem* tertium cum epiſcopis noſtris *Hugone*, *Henrico* & *Hugone* minori *e*), & *Cunone* comite

a) Fuit hic *Rudolphus* III. filius *Conradi Pacifici*, rex Burgundiæ, qui patri a. 993. mortuo ſucceſſit: cuius adeo regni annus VII. in annum 1000. incidit.

b) *Ageltrudis* ſeu *Agiltrudis* prima fuit *Rudolphi* uxor, quæ notatur adhuc in altera Rudolphi charta a. 1009. cui ſucceſſit *Ermengardis*.

c) Eſt hic *Adalbero* II. de quo plura diximus T. I. p. 222.

d) Forte *Locupletandum*.

e) Tres iſti Burgundici epiſcopi notantur etiam in alia eiuſdem *Rudolphi* regis charta a. 1009. data eccleſiæ *Lauſannenſi* (*Zapf.* Monum. anecd. T. I. p. 72. & ambo *Hugones* quidem unus *Sedunenſis*, alter *Genevenſis*, *Henricus* vero *Lauſannenſis* epiſcopus erat, ut notat L. B. de *Zurlauben*.

Digitized by Google

comite palatii, & *Rudolpho* & aliis plurimis audivimus, & ut nobis uſque modo fuit, præfato epiſcopatui ſubditam & propriam fecimus, eiuſque regimini, quemcunque Dominus loco eiuſdem præeſſe conceſſerit. Hæc autem ut certius a nobis facta credantur & nunquam a nobis, ſeu poſteris noſtris infringantur, manu noſtra roboravimus, & ſigillo noſtro iuſſimus inſigniri. Acta *Bruchſala* anno Domini M. anno R. VII. SECULUM XI.

N. XVII.

Conradi II. imperatoris diploma apocryphum, quo *Baſileenſem* epiſcopum monaſterii S. *Blaſii* advocatum conſtituiſſe prætenditur.

In nomine S. & individuæ Trinitatis. *Chounradus* divina favente clementia romanorum Imperator auguſtus. Quoniam temporum tranſeuntium antiquitas hominibus dampnoſam ingerit oblivionem, inſtituit SS. Patrum auctoritas ſcripturarum teſtimonio memoriæ commendare, & confirmare, quæ defluentis temporis volubilitas conſuevit alienare. Unde omnibus notum eſſe volumus tam futuris quam præſentibus, qualiter quidam fidelis noſter *Reginbertus* bonæ memoriæ laicus in foreſto, quod dicitur *Schwarzwalt*, ſecus flumen quod dicitur *Alba*, locum ſolitarium ad Deo ibi ſerviendum elegit, atque inibi cellulam in honore S. *Blaſii* martyris conſtruxit; ſed quidam malitioſi homines timoris Domini pariter & amoris minus experti, non dubitabant eum crebrius inquietare, ac diverſis iniuriis infeſtare. Qua de cauſa neceſſitate compulſus ad nos ſe contulit, & cauſa, propter quam venerat, ordine expoſita noſtræ imperialis defenſionis auxilium poſtulavit. Nos vero rem auditam diligentius conſiderantes, & a conprovincialibus attentius perquirentes, deliberatione & iudicio regni principum ſupra dictum foreſtum noſtro regali dominio pertinere aperte cognovimus. Sic denique regni primatum conſilio, interventu quoque dilectæ coniugis noſtræ *Giſelæ* videlicet imperatricis, & cariſſimi filii noſtri *Heinrici* regis, atque obtentu domini *Adelberonis* reverendi Baſilienſis epiſcopi, rogatu etiam prædicti *Reginberti* eundem locum ad reprimendam nequitiam pravorum hominum & contumaciam S. *Mariæ* Baſilienſis eccleſiæ deſignavimus, & cum omnibus appendiciis acquiſitis, & acquirendis, ſilvis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, aquis,

An. 1025. 14. Maii. Ex archiv. Bruntrut. *ad T. I. p.* 224.

Digitized by Google

SECULUM XI.

aquis, aquarumque decurſibus, legali inſtitutione contulimus, & transfunditus donando confirmavimus: ea ſcilicet lege, & corroboratione, ut nullus deinceps Dux aut Marchio, comes vel vicecomes, aut aliqua magna parvaque perſona locum illum inhabitantes & Deo ſervientes audeat præſumtuoſa invaſione inquietare, diſtrahere aut diminuere.

Si quis autem huius noſtri præcepti ſententiam aliqua tranſgreſſione infregerit, aut infringere attemptaverit, banno noſtro ſubiaceat: inſuper & LX. libras auri, XX. fiſco regio, XX. Baſilienſi epiſcopo, & XX. concuſſis fratribus componat. Huius autem privilegii auctoritas poſtmodum firma & inconvulſa permaneat. Quod ut credatur verius; & omni ævo conſervetur firmius, ſigilli noſtri impreſſione ſubter inſigniri fecimus. Datum II. Idus Maii, indictione VIII. anno vero dominicæ incarnationis. MXXV. anno autem Domini *Chounradi* regnantis II. Imperii vero I. *a*) actum Ulmæ feliciter amen.

a) Vel ex ſola hac annorum ſupputatione falſitas prætenſi huius diplomatis apparet. Conradus quippe a. 1024. 8. Sept. coronatus regni ſui annos ab illo tempore numerabat; quei igitur 14. Maii a. 1025. annus II. imperii vero I. dici potuit? maxime quum primum 26. Mart. an. 1027. imperii coronam Romæ acceperit. Alias ſuppoſitionis notas dedimus T. I. p. 224. & ſeqq. unde haud immerito ab Henrico V. imp. in Argentinenſi principum conventu reiectum eſt, atque *antiquioris & veracioris privilegii corroboratione, ac Principum ſubtiliſſima diligentia, cognita & approbata veritate, eccleſiæ* S. Blaſii *libertas loci a primo* Ottone *imperatore tradita* confirmata eſt a. 1125. 8. Ian. Ultimam hanc chartam exhibet P. Herrgott (Geneal. T. II. P. I. p. 139.)

N. XVIII.

Diploma *Henrici* III. Rom. Imp. quo bona & privilegia monaſterio *Rhinovienſi* collata confirmat *a*).

An. 1049. 11. Iul. Ex archiv. Rhenaug. *ad T. I. p.* 226.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *Henricus* divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Oportet igitur nos, qui divino ſumus munere quodammodo præ cæteris hominibus ſublimati, eius in omnibus pro poſſe noſtro parere voluntati, & cuius prælati ſumus clementia, atque regnamus providentia: loca vero ſibi conſecrata noſtro conſolari iuvamine, atque Imperiali tueri munimine: quoniam

a) Charta hæc eadem fere bona *Rhenaugiæ* in *Turgovia* commemorat, quæ ſupra N. VII. in diplomate *Ludovici Germanici* recenſentur, aliis tamen ſubinde nominibus, unde prioris nonniſi confirmatio eſt.

Digitized by Google

Digitized by Google

Datu ·v· IDVS IVLII· Heinrici re

Actum · aquis feliciter a

SECULUM XI.

niam id nobis ad præſentis vitæ ſalutem, & ad percipiendam æternæ beatitudinis retributionem firmiter prodeſſe credimus. Quapropter omnium ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrorumque fidelium noverit pietas tam futurorum quam & præſentium, quia venerabilis abbas *Richardus*, noſtris præſentavit obtutibus quoddam privilegium, cui erat inſcriptum, qualiter piæ memoriæ vir *Wolvini* pro remedio animæ ſuæ, propinquorumque ſuorum felici commemoratione monaſterium *Renaugia* nominatum, in *Turgowenſi* pago & in *Alemannico* ducatu, in comitatu *Bertoldi* comitis, prius vero ab impiis hominibus neglectum, atque pene destructum, ob amorem Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, eiuſque ſanctiſſimæ genitricis *Mariæ* perpetuæ virginis, nec non in honore S. *Petri* principis Apoſtolorum & S. *Blaſii* martyris, ſincera devotione reædificavit ac reſtauravit, & reſtaurato omnia ſuæ proprietatis loca, quæ in prædicto *Turgowenſi* pago habuit, ſcilicet *Martella*, *Helebenchova*, *Holzheim*, *Willegiſeſpach*, *Rodolfingon*, *Trullinchova*, *Brichinchova*, *Truitdinchova*, *Szlat*, *Stamheim*, *Nuzhoma*, *Morineſuvileri*, & in *Albgowe* cellam, quæ dicitur *Alba b*), *Aloſſa*, *Waldkyrcha*, ſeu quidquid illi in Italia in pago *Veronenſi* & *Tartonenſi* hereditario iure provenit, id eſt *Curtenova*, *Chodrun*, ac *Rubeſſel*: & in pago *Clechgowe*, *Hebtelinga*, *Sbilinga*, *Houeſtat*, *Heideſtat*, *Aldenburg*, *Balba*, *Swabowa*, *Raffa*, *Wolfenesruiti*, *Wilechinga*, *Haſelaha*, *Arzinga*, *Wizwila*, *Lochringa*, cum eccleſiis cunctiſque eccleſiaſticis rebus & mancipiis utriuſque ſexus, curtibus, ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, campis, paſcuis, ſylvis,

b) Confirmatur hic rurſum *Rhenaugiæ Cella alba*, quæ tamen ſi eadem fuiſſet cum *Cella Reginberti*, eidem amplius confirmari haud potuiſſet, utpote iam antea ab *Ottone* II. ſui iuris facta, aut iuxta ſpurium *Conradi* II. diploma epiſcopo Baſileenſi tradita. Aſt hæc iam legebatur in diplomate *Ludovici Germanici*, diceret aliquis, ex quo in hanc quoque chartam fuit tranſumta. Aſſenſum daremus, ſi nonniſi loca ibi expreſſa hic quoque haberentur; verum quum nova hic ſint addita, maxime in *Clechgowe*, potuiſſent ea facilitate iam amiſſa omitti, qua eidem noviter adquiſita fuerunt inſerta. Confirmata eſt igitur *Rhenaugiæ Cella alba*, non *Cella Reginberti*, cum bonis ad illam olim pertinentibus. Neque enim perſuaderi poſſumus, a *Rhenaugienſibus* poſt factam ſeparationem utriuſque monaſterii ſub Conrado epiſcopo partem bonorum, *quæ in Alpegoviæ pago haud exiguo numero ſita erant*, *ſponte* conceſſam fuiſſe fratribus *in Cella S. Blaſii*; quod quidem vult auctor hiſtoriæ diplomaticæ monaſterii Rhenaugienſis (Zapf monum. anecd. T. I. p. 318.) Aut an Reginbertus opus habuiſſet, aucto monachorum (utique ex *Cella alba* ad eum commigrantium) numero Ottonem pro novis prædiis ſollicitare, ſi vetera retinuiſſent? quæ neque hodiedum poſſident *Blaſiani*. Aut cur vetera iſta bona non fuerunt unacum novis confirmata ab Ottone *Blaſianis*, ſicuti in hoc ipſo diplomate factum eſt *Rhenaugienſibus* ab Henrico? Mirum autem eſt, quod l. c. aſſeratur, de illis *Alpegoviæ* bonis nullam poſt factam diviſionem ſec. X. *in monumentis Rhenaugienſibus amplius* occurrere mentionem, quum tamen hæc ipſa charta, quam ex archivo *Rhenaugienſi* producimus, ultra dimidium ſeculi poſtea data contrarium teſtetur, utpote in qua *Rhenaugiæ* eadem loca in *Alpegovia* confirmantur, quæ iam ante dictam ſeparationem in Ludovici Germanici diplomate ad eam pertinere notantur.

Digitized by Google

SECULUM XI.

ſylvis, aquis aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, vectigalibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, omnibusque ad eadem loca iure legitimeque pertinentibus, ut perpetualiter permaneant, ad præſcriptum monaſterium *Rinaugia* tradidit. Quo facto id ipſum monaſterium omniaque ſibi collata & tradita bona, in ius & dominium *Ludovici* regis, & omnium poſt illum ſuccedentium Regum vel Imperatorum, cum legitima libertate mancipavit; ea videlicet ratione, ut ſub illorum defenſione & immunitatis tuitione cum omni iure & integritate conſiſtant. Quæ quoniam ita ab anteceſſoribus noſtris legaliter in noſtram pervenere poteſtatem, volumus, ut cum eodem iure ſub noſtra defendantur & maneant Imperiali auctoritate, pro remedio animæ noſtræ, genitoriſque noſtri *Chonradi* Imperatoris, noſtræque genitricis *Giſilæ* Imperatricis, priorum quidem Regum & Imperatorum ante nos regnantium & imperantium inſtituta noſtris præceptis renovantes & corroborantes. Ut hæc autem noſtræ auctoritatis confirmatio ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo, hoc præceptum inde conſcriptum manu propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Wintherus Cancellarius vice *Bardonis* archi-Cancellarii recognovi.

Datum V. idus Iulii anno dominicæ incarnat. milleſimo quadrageſimo nono, indictione II. anno autem domini *Heinrici* tertii Regis, Imperatoris ſecundi, ordinationis eius XXI. regni quidem XI. Imperii autem III. In nomine Domini actum *Aquis* feliciter amen *c*).

c) Concordant anni: nam an. 1028. 13. April. coronatus eſt Aquisgrani rex. & an. 1046. 25. Dec. Romæ imperator, patri autem Conrado ſucceſſit an. 1039. 4. Iunii. Cæterum diploma hoc P. Herrgott quoque profert (T. II. Geneal. P. I. p. 120.)

N. XIX.

Leo IX. Papa monaſterium virginum *Werdenſe* S. Crucis ordinat.

Anno 1049. 3. Dec. Ex archiv. Werdenſi. *T. I. p.* 412.

Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. *Gunderadæ* dilectæ in Chriſto filiæ a nobis ordinatæ & conſecratæ noviter, facto a Patre tuo *Manegoldi* *S. Crucis* Monaſterio, tibique ſucceſſuris perenniter Abbatiſſis perpetuam in Domino ſalutem. Sacræ devotionis labor, quia ſemper divino favore iuvatur, ſemper optato fine terminatur. Ideo Filia, tui Patris ampli-

in-

in Deum devotio laudabilem fructum produxit, cum pro portione ſanctæ & vivificæ *Crucis*, in qua Dominus noſter *Ieſus Chriſtus*, ſalus noſtra, pependit, decenter auro & gemmis ornata, tunc ab Autocratore *Conſtantinopoleos*, nomine *Romano Argyro*, dono data, cum ad eum miſſus eſſet ab Imperatore *Chuonrado*, ut filiam ſuam nuptui daret eius filio, fundavit eccleſiam in petra, quia non ædificavit ſuper arenam, ut incumbentibus ventis, venientibus fluviis, deſcendentibus pluviis, quod ædificaſſet rueret, ſed firmiter fundatum perenniter permaneret. Ut vero votum ſuæ conſtructionis Deo ſolveret, ſecundum illum, qui dixit: vovete & reddite Domino Deo veſtro omnes, qui in circuitu eius affertis munera; nos a *Moguntina* ſynodo *Romam* verſus redeuntes ad ipſum Dei templum venire invitavit, quod a nobis III. Nonas Decembris merito honore dedicatum, ſic tandem iuri S. R. E. & beatiſſimo *Petro* Apoſtolo prompto donavit & obtulit animo, teque filiam ſuam, quam iam Deo in monaſtica converſatione & habitu ſacraverat, eiuſdem rogavit a nobis fieri abbatiſſam loci. Id, auſpice Deo, fecimus, attendentes in te, quantum homini eſt poſſibile, timorem Dei, cordis compunctionem, mentis humilitatem, morum gravitatem, in adoleſcentibus membris prætendentem iam ſenectutem; & conſtituentes eundem locum eſſe in perpetuum ancillarum Dei monaſterium, ubi tu de te & ſororibus tuis primas Deo primitias offeras religionis, merita caſtitatis omniſque bonitatis. Hoc tamen nomine noſtræ Apoſtolicæ ſedi parens tuus eandem fecit oblationem, ut dum ipſe vivit, ipſius loci advocatiam habeat, ſimiliter & poſt mortem ipſius, quem nunc habet, filius. Qui filius, ſi heredem habuerit, ipſe quoque advocatus ſit; ſi vero vel ipſo *Manegoldo*, vel eius filiolo nemo filius ſuperſtes extiterit, tunc liceat abbatiſſæ ipſique Congregationi advocatum ſibi ſecundum Deum eligere, petendum tamen ab Apoſtolica ſede. Lex vero omnium advocatorum poſt *Manegoldum* talis erit, ut, quisquis eorum digne non adminiſtraverit advocationis officium, liceat abbatiſſæ, ipſique Congregationi de eo apud Papam conqueri. Qui ſi vocatus ab eo fuerit, & monaſterio ſatisfecerit, advocatiam ſuam retineat. Quodſi venire diſtulerit, aut ſi venerit, & non ſatisfecerit, tunc liceat abbatiſſæ ipſique Congregationi ex conſenſu Papæ talem ſibi advocatum eligere, qui ſecundum Deum ſit. Poſt obitum vero tuum de ipſa Congregatione, quæ melior ſit, eligatur, ſi idonea inventa fuerit, eaque donum & conſecrationem abbatiæ a Papa recipiat: alioqui de alia Congregatione idonea eligatur, a Papa ſimiliter donanda & conſecranda. Decernimus præterea, ut in altari maiori, quod nos ipſi con-

SECULUM XI.

ſecravimus, nullus audeat miſſam celebrare, niſi ſit epiſcopus vel abbas, treſque ſacerdotes hebdomadarii, ad hoc officium deputati, eorumque ſucceſſores. Epiſcopus quoque, in cuius parochia locus eſt, nihil ſibi in eo vendicare audeat, præter ordinationem facere clericorum & monialium, ſi tamen gratis fecerit. Sin autem, ordinationes expetent ab alio, quocunque velint, epiſcopo. Ut vero locus ipſe in quadrageſimali tempore ſolvat Papæ annuam penſionem, ſtatuit ipſe *Manegoldus* penſionem ipſam anabolagium, id eſt, fanonem, ſtolam cum auro, manipulum & cingulum. Nos vero, quia locus ipſe conditus eſt propter eam, quæ ſupra dicta eſt, ſanctæ & vivificæ crucis portionem, eandem inibi ſemper manere volumus, cupimus, & optamus; & a nemine auferri ſtatuentes apoſtolica cenſura ſub divini iudicii obteſtatione, ut nullus Imperator, nullus Rex, nullus Epiſcopus, nulla Poteſtas, nulla præterea magna parvaque perſona eandem vivifici ligni portionem ab ipſo monaſterio audeat auferre quolibet modo, vel aliquid facere contra omnia, quæ ſuperius ſcripta ſunt, ſed nec etiam aliquid diminuere de bonis eiuſdem monaſterii, quæ modo habet, & uſque in æternum habebit, quolibet furto, quolibet raptu, quolibet alienationis modo. Id qui præſumpſerit, donec digne ſatisfecerit, anathema ſit. Qui vero pio intuitu cuſtos & obſervator huius noſtri privilegii extiterit, a Domino Deo benedictionem conſequatur, & æternæ vitæ particeps efficiatur.

Datæ III. nonas Decembris per manus *Petri* Diaconi Bibliothecarii & Cancellarii ſanctæ Apoſtolicæ ſedis. Anno Domini *Leonis* IX. Papæ I. Indictione III. *a*)

a) Leo IX. Papa ordinatus eſt die 12. Febr. an. 1049. qui adeo primus eiuſdem eſt hic notatus, quo a menſe Septembri iam currebat indictio III. iuxta cæſareanum computum, quo ſæpe uſus eſt *Leo* (L'art de verifier les dates p. 283.) ut adeo ad an. 1049. reponenda ſit charta, non ad ſequentem, qui iam fuiſſet *Leonis* ſecundus.

N. XX.

Charta confœderationis S. *Hugonis Cluniacenſis* cum monaſterio S. *Blaſii*.

Ex autographo archiv. S. Blaſ. circa fin. ſec. XI.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod domnus H. *a*) abbas *Cluniacenſis* ad *ſanctum Blaſium* veniens honorifice a domno

a) S. *Hugo* abbas *Cluniacenſis* abbatiam ab anno 1049. uſque 1108. tenuit.

Digitized by Google

domno VV. *b*) abbate eiuſdem loci & toto conventu ſuſceptus eſt, & honorificentius tractatus. Unde propter caritatem & ordinis obſervantiam, quam ibi invenit, placuit ipſi & abbati & fratribus eiuſdem loci, ut fraternitatem ſibi invicem darent & confirmarent. Ita inter eos ſtatutum & confirmatum eſt, ut conventus *ſancti Blaſii* tantum faciat pro fratribus defunctis *Cluniacenſibus*, quantum pro ſuis; ſimiliter & fratres *Cluniacenſes* idipſum facient pro defunctis fratribus *ſancti Blaſii*, excepta prebenda. Erunt autem in omnibus locis *Cluniacenſis* eccleſie ad quecunque venerint fratres *ſancti Blaſii*, in choro, in capipitulo, in refectorio in ordine ſuo. Similiter & fratres *Cluniacenſes* erunt in monaſteriis *ſancti Blaſii* ſecundum ordinem ſuum. Et ut iſta conſtitutio illibata ſemper permaneat, in ſcripto eſt redacta, & ſigillo Domni H. confirmata.

SECULUM XI.

b) Non *Wernerus* ſecundus abbas *S. Blaſii*, qui ab anno 1045. uſque 1068. præfuit, hic intelligi debet, ſed *Utto* abbas ab an. 1086. uſque 1108. qui primus conſuetudines *Cluniacenſes Fructuaria* a ſe allatas in monaſterium ſuum introduxit, quæ dein ordinis obſervantia apud nos tunc maxime vigens & brevi poſt exteris locis invecta S. *Hugoni* anſam præbuit ad ineundam hanc confœderationem. Præterea notantur hic S. *Blaſii* monaſteria plura, quæ tempore *Werneri* nondum erant. Occaſionem monaſterium noſtrum adeundi facile præbere potuit conſtructa recens circa an. 1087. in vicinia *Cella S. Petri* a *S. Udalrico*, cuius viſitandæ gratia S. *Hugo* vel vivente adhuc S. *Udalrico*, vel eo circ an. 1093. mortuo illam acceſſerit, ad S. *Blaſium* deinde divertens. Litteram initialem VV. pro more illorum temporum etiam pro littera V. fuiſſe uſurpatam, maxime a ſcriptoribus *Gallicis*, extra dubium eſt. Cæterum huic chartæ ipſius *Hugonis* ſigillum appenſum eſt.

N. XXI.

Heinricus IV. Imp. confirmat. terminos ab *Ottone* Imp. traditos, aliaque bona S. *Blaſii* monaſterio donata.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia rex, ad perpetuam nobis in Chriſto felicitatem proficere ſperamus, ſi eccleſias ab anteceſſoribus noſtris Deo conſtructas defendere, & perpetua pace ſtabilire non negligimus. Unde omnibus Chriſti noſtrique fidelibus tam futuris quam præſentibus notum eſſe volumus, qualiter nos Cellam in ſilva *Swarzwalt* a S. *Reginberto* conſtructam, ab *Ottone* autem imperatore Deo & S. *Blaſio* cum locis circumiacentibus & terminatione eorum in proprium traditam, conceſſam, confirmatam,

An. 1065. 8. Ian. Ex archiv. S. Blaſii *T. I. p.* 227.

SECULUM XI.

Deo & prædicto ſancto pro remedio animæ noſtræ, inſtinctu quoque fidelium noſtrorum tradidimus, conceſſimus, confirmavimus, ab omnium iure ſeparavimus, ea videlicet ratione, ut in eadem terminatione, hoc eſt, a fonte *Cheinbach* uſque ad villam *Heinbensvanda*, & inde uſque ad locum *Werenbrechtesvilla*, & ita per declivum montis uſque quo *Suendenbach* influit *Albam*, indeque uſque ad ortum *Steinaha*, indeque uſque ad montem *Ueltberch*, ad ortum *Albæ*, & inde uſque ad locum, ubi *Suarzaba* exit de lacu *Slouthſe*, & iuxta decurſum prædicti fluvii uſque ad locum, ubi *Cheinbach* influit *Swarzaba*, & ita uſque ad fontem *Cheinbach* nullus Dux aut comes, vel alia aliqua maior vel minor perſona aliquid iuris habeat, aliquam poteſtatem exerceat, vel ullam inquietationem monachis in eadem Cella manentibus inferre præſumat; id ſi præſumpſerit, regiæ poteſtati ſubiacebit. Inſuper etiam manſum unum in villa *Habaltingen* a *Theodorico Baſileienſis* eccleſiæ epiſcopo illuc traditum, & alterum *Brunnaderon*, tertiamque partem *Wangen* eidem eccleſiæ confirmavimus. Et ut hæc noſtra regalis confirmatio ſtabilis & inconvulſa omni permaneat tempore, hanc cartam conſcribi, manuque propria corroborantes ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum Domni *Heinrici* quarti regis.

Sigehardus cancellarius vice *Sigefridi* archicancellarii recognovi.

Data VI. Idus Iunii anno dominicæ incarnationis MLXV. Indictione III. Anno autem Domni *Heinrici* IV. Regis XII. *a)* regni vero VIIII. Actum *Baſileam* in Dei nomine feliciter amen.

a) Annus 1065. quo datum eſt diploma 8. Iunii, *Henrici* IV. non niſi undecimus erat a die 17. Iul. a. 1054. quo coronatus eſt; nonus vero regni a morte patris 5. Octob. a. 1056. cæterum extat apud P. *Herrgott* (Cod. Probat. P. I. n. 197. p. 136.) eadem confirmatio an. 1123. data ab *Henrico* V. eius filio.

N. XXII.

Digitized by Google

N. XXII.

Vita S. *Udalrici* monachi *Cluniacenſis* ex Mſc. Lectionario Biblioth. S. Blaſii ſec. XIII. circ. *a*)

Beatus *Udalricus*, ſancti *Udalrici* quondam *Auguſtenſis* epiſcopi *genere* *b*) & nomine decoratus, patrem habuit natione *Bavarum*, nomine *Bernaldum*; matrem natione *Suevam*, *nomine Buccam*, *quos coniunxerat matrimonio ſecundus Gebehardus*, *ex Auguſtenſi Canonico Ratiſponæ civitatis epiſcopus c*), *& ipſe parentela Suevus Buccæ patruus.* Hæc cum aliquot vitæ breviſſimæ ſoboles genuiſſet, & heredis ſpem uterque parens perdidiſſet, fecerunt ambo votum Deo, ſanctoque Magno beatorum abbatum Columbani & Galli quondam diſcipulo, ut ſi vitalis ſibi filius naſceretur, divinis altaribus ut alter Samuel ſiſteretur. Quo divinitus impetrato plurimum lætati, non ſolum filium, ſicut voverant, clericum fecerunt, ſed etiam corporalem S. Magni *d*) requietionem pretioſis cum muneribus honoraverunt.

SECULUM XI.

T. I. p. 466.

Prima veſtis, qua beatum infantulum religioſa mater induit, clericalis fuit; adeo velox ad exhibendum votum extitit. Præſignatus eſt ei in ſomnis futurus epiſcopus, cum nonniſi presbyter fuerit effectus: forſitan ad rememorandum, quod in primitiva eccleſia iidem fuerunt officio & vocabulo epiſcopi, qui propter ætatem dicebantur presbyteri. Poterat etiam mentis habitus epiſcopatu dignus præſignari, ſecundum quem beata quoque Dei genitrix Maria & Iohannes Evangeliſta martyres meruerunt prænuntiari. Nam beatæ Mariæ prædictum eſt: tuam ipſius animam pertranſibit gladius; Iohanni cum Iacobo: calicem quidem meum bibetis. Verumtamen ſicut dominus Ieſus quadam vice rex a populo conſtitutus fuiſſet, niſi fugiſſet: ita credibile eſt de beato *Odalrico*,

a) Sancti huius vitam exhibent *Mabillonius* ſec. VI. P. II. p. 779. & *Bollandiani* T. III. Iulii p. 149. Nos eiuſdem compendium ex noſtro codice ſiſtimus, per octo lectiones diſpoſitæ, haud dubie pro uſu in officio divino: unde feſtum eius iam tum apud nos fuiſſe celebratum quis haud male diceret. Cæterum manca admodum eſt poſt medium præcipue.

b) Quæ hic de eodem cum S. Udalrici Auguſtani genere dicuntur, forte *Buccam* matrem Suevam reſpiciunt.

c) Hic apud Hundium (Metrop. Salisburg.) ab a. 1023. uſque 1036. præfuiſſe ſcribitur: cuius ſi & genus adnotaſſet, illud quoque Buccæ ſciremus.

d) Videtur eſſe eccleſia S. *Magni* in ſuburbio *Ratisbonæ*, ubi hic ſanctus cœnobium deinceps conſtruere meditabatur, quod demum poſt ſeculum ab aliis effectui datum eſt (Hund. L. c. T. II. p. 310.)

Digitized by Google

SECULUM XI.

rico, quod, niſi citius imperialem curiam deſeruiſſet, & ipſe ſicut alii multi pro ſua conſuetudine pontificalem honorem ab imperatore conſecutus fuiſſet. Tertius enim Heinricus in regali dignitate, idemque ſecundus in auguſtali ſublimitate, pro *multa parentum eius caritate ſuſceperat eum de baptiſmate e)* non ſine magna donatione: ideoque adultus in curiam venit, & patrino ſuo aliquamdiu ſervivit.

Sicut ſane tranſmigratus Daniel ſuſtinuit magis quam dilexit Nabuchodonoſor regis aulam, ita & iſte Chriſti eunuchus quaſi captivatus magis toleravit quam amavit Heinricianam curiam, ideoque ſæpius inveniebatur in ſanctuario quam in palatio. Denique ipſe Auguſtus, quoties neceſſario quærendus erat, in choro ſanctorum inveniendum monebat: adeo ſanctam eius conſuetudinem denotaverat. Nimirum gravitati eius minime conveniebat levitas *concapellanorum f)*, *ne dicam cæterorum aulicorum*, ideoque ab inordinate ambulantibus ſecundum apoſtolum ſe quantum poterat ſubtrahebat, & tales iuxta beatum Hieronymum ſponſos potius exiſtimabat quam clericos. Sed quid mirum, quod hoc fecit iuvenis eruditus? Nam cum adhuc parvulus catechizaretur in ſcholis, etiam data ludendi licentia, noluit colludere ſociis, ſed ſecretum petens locum aliquid meditabatur & agebat utilitatis: unde quidam venerabilis ſenior, cum eum quadam vice ſic remotum a cæteris, & ſcribentem reperiſſet in tabulis, admiratus ſenile cor in puero, pronuntiavit aliquid magnum futurum de illo.

Cum pubertatis ingrederetur bivium, in quo maximum eſt caſtitatis periculum, ſuſcitavit Deus ſpiritum *prænominati epiſcopi g)*, licet ſibimetipſi, ut aiunt, non valde boni, quatenus diligentiſſime iuberet cuſtodiri corpus electi Dei a contactu muliebri, donec proficiente exercitio caſtimoniali voluntas ſuccederet neceſſitati, & in ſimilitudinem rubi ardere diſceret, & non comburi, hoc eſt tentari, & in tentationem non induci. Sic factum eſt, ut inter timorem & amorem perpetuæ virginitatis conſervaverit honorem. Poſtquam igitur imperatoris curiam deſeruit, eo quod omnia, quæ ibi vidit, ſecundum Eccleſiaſten vanitatem iudicavit, *patruus* eum *b)*, quemadmodum decens fuit, benigne recepit,

e) Teſtari hoc videtur de illuſtri ſancti noſtri proſapia.

f) Explicatur hinc editæ vitæ auctoris aſſertio, qui eum inter aulicos tantum Henrici III. recenſet; ſed inter capellanos, aulicos adeoque clericos eſſe referendum tam hæc quam præcedentia produnt.

g) Aſſerit hoc idem *Adlzreitter* in Annal. Boicis P. I. L. 14. n. 50. de *Gebhardo* I. *Ratisbonenſi* epiſcopo, cui tamen caſtitatis ſervatæ laudem non denegat, ſed genium liberiorem pompamque exteriorem vitio vertit; quod item de *Gebhardo* II. de quo hic ſermo eſt affirmat *Aventinus*.

b) Patruus hic, ut inferius conſtat, fuit *Nizo*, quem alii cum *Meichelbeckio* (Hiſt. Friſing. T.

Digitized by Google

pit, præpoſitura Friſingenſi ſimulque archidiaconatu donavit. Quibus quam columbina mente uſus fuerit, ſpirituum dominator Dominus in hac re oſtendit. Mulier quædam magnis criminibus impetita, in omni examine, quod conſuetudo exercet eccleſiæ, patuit ruinæ. Cumque deberet vel excoriari vel cauteriari, vir beatus miſericordia, non ſuperbia, ſacerdotale præſumens officium, quoddam nefandum & ignotum per confeſſionem elicuit flagitium, indictaque pœnitentia abſolutionem pro impoſitis criminibus reddidit iudicium. Sic novus Daniel novam Suſannam mirabiliter liberavit.

Beatus igitur *Odalricus* aliquanto tempore domi tranſacto gravari cœpit animo, labores ſibi impoſitos a patruo non ſatis credens placere Deo. Cupiens igitur exonerari & bene levis pro Chriſto peregrinari, *beneficia reddidit*, Hieroſolymam pergere cœpit, uno famulo eodemque eleemoſynario, uno etiam contentus equo. A die vero exitus Friſingæ uſque in diem introitus Hieroſolymæ nulla die ſedit ſuper caballum, priuſquam ex integro decantaſſet pſalterium, interim iubens equitare ſervum, magnum forſitan meditatus cum ſuo ſociali famulo Martinum.

Iam vero cum ſancta loca vir ſanctus attigiſſet, impoſſibile dictu eſt, quantis affectionibus monimenta nativitatis, paſſionis, reſurrectionis aſcenſioniſque dominicæ ſalutaverit, quantis geniculationibus adoraverit, quantis lacrymarum fluminibus irrigaverit, cum etiam domeſtica virtus orationis & compunctionis eius virtutem dicendi ſuperaverit. Re enim vera illud pſalmiſtæ: laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo, ita ſecundum litteram implevit, ut & familiaribus ſuis ſtuporem incuſſerit, & ipſe ante tempus oculos amiſerit, uti clarius in ſequentibus liquebit. Dederat ei Deus irriguum ſuperius & irriguum inferius, hoc eſt, compunctionem de amore cœleſtis regni, & de timore gehennalis tormenti: ſed iam perfecta caritas foras miſerat timorem. Denique interrogatus a quodam familiari, quare tam immaniter plangeret ſingulis noctibus, & neminem circa ſe quieſcere permitteret, quare etiam deficientibus oculis

non

I. p. 235.) eumdem faciunt cum *Nithero*, qui ab an. 1039. uſque 1052. ſedem Friſingenſem tenuit. Sed quæ ibi de obſcuris eius natalibus ex *Aventino* dicuntur, cum nobili *Udalrici* noſtri proſapia, haud conveniunt. Vitæ editæ auctor *Nitonem* eum vocat, ac editores eum non epiſcopum, ſed epiſcopi abſentis aliquamdiu vices tenuiſſe ſuſpicantur. Quem quidem nodum ſolvendum *Germaniæ ſacræ* ſociis relinquimus, verum eius nomen ex noſtro Mſc. produxiſſe contenti. Notandum quoque diſcrimen, quo editi Udalricum ab eo diaconum ordinatum, noſter vero codex archidiaconatu donatum ſcribunt.

Digitized by Google

SECULUM XI.

non parceret, reſpondit, ſe longæ peregrinationis tædere in hoc ſeculo, cupientem diſſolvi & eſſe cum Chriſto, nec multum curare de lumine caduco.

Cum a Ieroſolymis per Dei auxilium repatriaſſet, *Nizonem* epiſcopum reperit mortuum *i*), abdicatiſque prorſus *Friſingenſis* eccleſiæ beneficiis, contulit ſe ad hereditatem ſuam præbendamque *Ratisponæ*; cœpitque de ſalute animæ ſuæ magis ac magis indies tractare, iuxta illud pſalmiſtæ: ibunt de virtute in virtutem; & illud: iuſtus ut palma florebit, ut cedrus libani multiplicabitur in domo Domini. Cogitabat cœnobium facere apud ſanctum *Magnum*: ſed metuebat ſibi adverſaturum *tertium*, qui tunc præſul erat, *Gebehardum k*): dumque ſperavit ſucceſſurum fore meliorem, derepente doluit, ſurrepſiſſe peiorem. Omiſſa igitur hac voluntate, diviſaque inter proximos hereditate, ſtatuit patriam relinquere. Aſſumto igitur *Geraldo l*) tunc temporis *Ratisponenſi* magiſtro, poſtmodum *Oſtienſi* epiſcopo, viſitavit limina Apoſtolorum Petri & Pauli: indeque *Lugdunenſem Galliam* adiens monachus efficitur *Cluniaci*. *Geraldus* quibuſdam vaticiniis & præmonſtrationibus crediderat, quod in eodem anno moriturus eſſet, & hoc metuens, dum ſuſcepit monachiſmum, beatæ mortis implevit præſagium.

Interea magis ac magis diſſolvi & eſſe cum Chriſto cupiebat: ſed acerbum mortis tranſitum valde metuebat. Hinc etiam ſæpe auditus eſt optare, quod & obtinuit apud divinam propitiationem, quo videlicet ſibi daret tolerabilem carnis abſolutionem. Nam cum matutinas laudes devote cum fratribus exegiſſet, uſque ad Primam in lecto decumbens breve & lentum cum morte luctamen habuit, & ſic cum felici triumpho ad Chriſtum migravit. Hoc enim teſtificari videntur non ſolum merita & miracula, ſed etiam ultima verba. Nam cum eum in ipſo mortis articulo venerabilis Prior *Eberhardus m*) interrogaret, quomodo

i) *Nitkerus*, ut vidimus, anno 1052. obiit. Udalricus igitur poſtea demum *Friſingam* reverſus eſt. Ex mox vero adiunctis patet, bona ſibi *Ratisbonæ* ſat ampla fuiſſe, ut etiam de conſtruendo ibidem S. *Magni* monaſterio cogitare potuerit.

k) *Gebehardus* III. Ratisbonenſis epiſcopus *Gebehardi* II. ſucceſſor, a fratre ſuo Conrado Salico obtinuit epiſcopatum a. 1036. quem 24. annis tenuit a. 1060. mortuus ex *Hundio*; cui ſucceſſit *Otto* ſchiſmaticus; dubium adeo de quo ſucceſſore peiore hic ſermo ſit. Vix autem credibile eſt, *Udalricum* uſque ad an. 1060. *Ratisbonæ* ſubſtitiſſe ſub epiſcopo, cuius patruelis *Henricus* III. *Udalrici* familiam dein perſequebatur: unde forte hic eo modo *Ratisbona* relicta Cluniacum ſeceſſit, quo patruus ſuus *Nitkerus* epiſcopus *Friſinga* aliquamdiu abfuit.

l) De eo æque ac *Udalrico* paucis agit *Bibliotheca Cluniac.* p. 1641. & *Mabillonius* in vita S. *Udalrici*, qui latius proſequitur eiuſdem geſta *Cluniaci*, in *Briſgoia* & *Silva Nigra*, quæ hic deſunt.

m) Alter hic *Cellæ S. Udalrici* poſt eum Prior, auctor creditur vitæ illius, quæ in editis extat.

Digitized by

modo ſe haberet: audior, inquit, audiris. Quæ nimirum verba nos ita intelligimus, ut quia fuerunt ambo boni viri, ambo meruerunt pro beato fine divinitus audiri. Obiit autem *pridianis idibus Iulii n)*, & apparens *ſupradicto Kunoni Priori de Cella S. Pauli o)* dixit, ſe quidem bene receptum eſſe, æmulis autem ſuis eadem menſura, qua ſibi menſi fuiſſent, remetiendum fore. Hoc utique, ſicut idem *Kuno* lacrymando proteſtatus eſt, valde timere poterant, qui ei aliquam iniuriam fecerant.

SECULUM XI.

Audita fama tranſitus eius, abba Cluniacenſis ſæpe dictus *Hugo*, & quod ſepultus eſſet in clauſtro, impenſe mandavit *Gebehardo p)* epiſcopo quatenus eum cum digna veneratione per ſemetipſum transferret in oratorium, aſſerens, eum nequaquam fuiſſe de monachis ſui temporis. Teſtimonium hoc verum eſſe non ignorans epiſcopus, ipſe quidem gravi occupatione præpeditus venire non poterat; ſed hæc per idoneas perſonas exhiberi devote præcepit. Poſitus eſt ergo amator crucis ante aram crucis, & non multo poſt commendatus divinitus hoc ſigno ſalvus. Debilis quidam pedibus & cruribus, & omnino gradiendi facultate deſtitutus, admonitus eſt in ſomnis ſemel & iterum, ut quomodo poſſet, offerret ſe pro certo curandum ad hominis Dei ſepulcrum. Quod cum primo neglexiſſet, ſecundo correptus, tandem venit in vigiliis ſanctæ Agathæ martyris, & excubans ad tumbam confeſſoris, invenit gratiam ſalvatoris. Nam cum in matutinis laudibus illud breve reſponſorium cantaretur: *ſpecie tua & pulcritudine tua*; repente nervorum contractione ſoluta, optata recepit ambulandi munia.

n) De die obitus 14. Iul. omnes fere conveniunt, licet feſtum eius nunc die 10. huius menſis celebretur.

o) Cella hæc SS. Petri & Pauli eadem eſt, quæ deinceps S. *Udalrici* a primo conditore dicta fuit; cuius tunc Prior erat *Kuno*. Vel hinc tamen etiam patet, vitam hic datam eſſe mancam, quum tam de *Kunone* Priore, quam *Hugone* abbate in ea nulla prius facta ſit mentio.

p) Eſt hic *Gebhardus* III. *Conſtantienſis* epiſcopus. Cæterum hæc cum ſequenti additione in editis deſunt.

N. XXIII.

Bulla *Urbani* II. Papæ, qua donationem a *Mathilda* comitiſſa factam monaſterio S. *Blaſii* confirmat.

Anno 1098. 6. Febr. Ex archiv. S. Blaſii.

Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei univerſis per Sueviam fidelibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sicut irrationabilia poſcentibus

Digitized by Google

SECULUM XI.

tibus negari debet aſſenſus, ſic iuſta petentium votis benigna debemus aſſenſione concurrere. Idcirco kariſſimæ noſtræ filiæ *Matildi a)* comitiſſæ devotioni duximus annuendum. In pago namque *Spirenſi* iuris ſui prædium, quod *Titensheim b)* dicitur, pro ſalute ſuæ animæ in *B. Blaſii* monaſterium, quod in *Suevia* ſitum eſt, & nonnulla alia obtulit, quæ noſtra poſtulat auctoritate firmari. Nos igitur præſentis decreti auctoritate ſancimus, ut tam præfatum prædium, quam cætera omnia, quæ comitiſſa eadem *Beato Blaſio* obtulit, integra ſemper & illibata permaneant ſervorum Dei, pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Nulli omnino hominum liceat præfato monaſterio illa ſubtrahere vel minuere, vel quaſi piis de cauſis ſuis uſibus applicare. Si quis vero, quod abſit, huic noſtro decreto in perpetuum manſuro contraire temptaverit, anathemate feriatur, & honoris atque officii ſui periculum patiatur, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit. Obſervantibus autem hæc pax a Domino & miſericordia perenniter conſervetur, amen. Data *Romæ* VIII. Idus Februarii. Indictione III. *c)* per manum *Iohannis* ſanctæ R. eccleſiæ diaconi cardinalis, anno dominicæ incarnationis MXCIII. pontificatus vero domini *Urbani* II. Papæ anno ſexto.

a) *Mathildis* hæc alia hand eſt, quam celebris *Tuſciæ* comitiſſa, tum in vivis ad huc degens, quæ ex hereditate materna, ſeu ex primo ſuo cum duce Lotharingiæ connubio, nonnulla adhuc bona in illo terrarum tractu habuit.

b) Locus hic in pago *Spirenſi* in *Paulini* pagis Germaniæ dicitur *Didinesheim*, hod. *Deydesheim*.

c) Indictio III. anno 1093. haud convenit, ſed prima; paſſim tamen conſtat, pontificis huius bullas in indictionibus ſæpe vaciare.

N. XXIV.

Eiuſdem *Urbani* II. Papæ bulla pro monaſterio *Wiblingenſi*.

An. 1099. 3. April. Ex archiv. Wibling. *T. I. p.* 250.

Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio *Wernero* abbati monaſterii S. *Martini*, quod *Wiblingen* dicitur, eiuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Quia igitur romanæ eccleſiæ filii *Hartmanus* comes & *Otho a)* frater

a) De fratribus hiſce comitibus *Kirchbergenſibus* diximus T. I. p. 251. ſeq.

Digitized by Google

ſrater eius B. *Martini* eccleſiam in loco, qui dicitur *Wiblingen*, ſuis ſumptibus ædificatam B. *Petro* & S. ſedi apoſtolicæ tradiderunt, eam in ius & tutelam ſuſcipientes apoſtolicæ auctoritatis privilegio communimus, ſtatuentes, ut quæcunque prædia, quæcunque dona, tam ex ipſorum fratrum largitione, quam ex devotorum fidelium oblatione ſupra dicta *B. Martini* eccleſia in præſentiarum poſſidet ſive in futurum iuſte atque canonice adipiſci poterit, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones aufferre vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis fatigare vexationibus, ſed omnia integre conſerventur, eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnino profutura, ſalva *Conſtantienſis b)* canonica reverentia, cui tamen non liceat omnino exactionem aliquam, vel conſuetudinem, quæ regularium quieti noceat, irrogare. Advocatiam ipſius monaſterii poſt *Hartmannum* religioſum comitem, heres eius, quem abbas cum fratribus elegerint, adminiſtret, qui ſi poſtmodum monaſterio inutilis fuerit, remoto eo alium præficiant. Sepulturam quoque eiuſdem loci omnino liberam eſſe decernimus, ut eorum, qui illic ſepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi forte excomunicati ſint, nullus obſiſtat. Præterea manſuro in perpetuum decreto ſancimus, ut nulli omnino viventium liceat, in veſtro monaſterio aliquas proprietatis conditiones, non hereditarii iuris, non inveſtituræ, nec cuiuslibet poteſtatis, quæ libertati & quieti fratrum noceat, vendicare. Chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſive baſilicarum, ordinationes monachorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, ab epiſcopo, in cuius diœceſi eſtis, accipietis, ſiquidem gratiam & communionem apoſtolicæ ſedis habuerit, & ſi ea gratis, ac ſine pravitate voluerit exhibere, alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire Antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacramenta ſuſcipere, qui apoſtolicæ ſedis fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Obeunte te nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & D. Benedicti regulam elegerint. Ad indicium autem perceptæ a Romana eccleſia libertatis Bizantium aureum ſingulis annis Lateranenſi Palatio perſolvetis. Si qua igitur eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua

SECULUM XI.

b) Suppl. *epiſcopi*.

SECULUM XI.

grua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremi iudicii examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat: cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum boni actus percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Scripta per manum Petri *ſcriniarii* S. Palatii.

Data *Laterani* III. Nonas Aprilis per manum *Ioannis* S. R. E. diaconi cardinalis anno dominicæ incarnationis MXCIX. Pontificatus vero domini *Urbani* II. Papæ XI. *c*)

c) Annus hic iam completus ſumi debet, nempe a die ordinationis 12. Martii an. 1088. quod & in ſequenti eius bulla notandum.

N. XXV.

Eiuſdem *Urbani* II. Papæ bulla, qua monaſterium S. *Blaſii* in ſedis apoſtolicæ protectionem recipit.

An. 1100. 27. Mart. Ex archiv. S. Blaſii.

Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili filio *Hutoni a*) abbati monaſterii S. *Blaſii*, quod eſt ſitum in *Nigra Silva*, eiuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum. Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, quatenus & devotionis ſinceritas laudabiliter creſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Quia igitur dilectio tua ad ſedis apoſtolicæ præſidium confugiens eius tuitionem devotione debita requiſivit, nos ſupplicationi tuæ clementer annuimus, & monaſterium, cui Deo auctore præſides, cum omnibus ad ipſum pertinentibus ſub tutela apoſtolicæ ſedis excipimus. Per præſentis igitur privilegii paginam apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quæcunque hodie idem cœnobium poſſidet, ſive in futurum conceſſione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium iuſte ac canonice poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones aufferre, vel oblatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus

a) Eſt hic *Udo* ſeu *Utto* quartus S. *Blaſii* abbas, *Giſilberti* an. 1086. ſucceſſor uſque ad an. 1108. de quo plura T. I. hiſtoriæ noſtræ memoravimus.

Digitized by Google

xationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Conſecrationes altarium ſive baſilicarum, ordinationes monachorum, chriſma, oleum ſanctum, & cætera ad epiſcopale officium pertinentia ab epiſcopo *Conſtantienſi*, in cuius diœceſi eſtis, accipietis, ſi tamen catholicus erit, & gratiam ac communionem apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea gratis & ſine pravitate impendere voluerit: alias liceat vobis, quem volueritis adire antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacramenta ſuſcipere, vel ad ſedem apoſtolicam recurrere, qui fultus auctoritate apoſtolica ſine ambiguitate poſtulata concedat. Sane ſepulturam eiuſdem loci omnino liberam eſſe decernimus, ut eorum, qui illic ſepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi forte excomunicati ſint, nullus obſiſtat. Laicos ſive clericos ſæculares ad converſionem ſuſcipere nullius epiſcopi vel præpoſiti contradictio vos inhibeat. Obeunte te nunc eiuſdem loci abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars ſanioris conſilii ſecundum Dei timorem & *B. Benedicti* regulam elegerint. Si qua igitur eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire attemptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Scriptum per manum *Petri* notarii regionarii & ſcriniarii ſacri palatii.

Datum *Laterani* per manum *Iohannis* S. R. E. diaconi cardinalis VII. Kal. Aprilis, Indictione VII. *b)* anno dominicæ incarnationis MC. Pontificatus autem domni *Urbani* II. Papæ XII.

b) Si indictio non fallat, dicendum foret, iam *Urbanum* II. eam primum poſt paſcha inchoaſſe, quod an. 1100. evenit d. 29. Martii, biduo nempe poſt datam d. 27. Martii hanc bullam, quo iuxta hunc computum per biduum adhuc currebat prioris anni indictio VII. Vid. *Nouveau Traité de diplomatique* (T. V. p. 166.)

N. XXVI.

Arnoldus de *Warte* eiuſque fratres eccleſiam in *Wittnau S. Blaſio* cedunt.

Seculum XI.

Ann. 1100. Ex eodem. *T. I. p.* 408.

In Chriſti nomine. Ego *Arnoldus* natione de *VVart*, & fratres mei *Heinricus* & *Erkinboldus* abdicavimus nos omni expoſtulatione ſive exactione proprietatis, quam habere poſſemus in eccleſia apud *VVitnow* conſtituta, & omnibus ad eam pertinentibus. Hæc abdicatio facta eſt anno MC. coram aſtantibus, quorum iſta ſunt nomina. *Berchtoldus* dux de *Zeringen* a) *Berchtoldus* comes de *Nuwenburch* b), & coram aliis multis.

a) Hic eſt *Bertholdus* II. huius nominis, monaſterii S. *Petri* in Silva Nigra conditor, de quo plura *Schœpflinus* in hiſtoria Zaringo-Badenſi (T. I. p. 67. ſeqq.)

b) *Bertholdus comes de Nuenburc* ſeu *Novo Caſtro* notatur etiam in rotulo fundationis eiuſdem abbatiæ an. 1111. (*Schœpfl.* L. c. T. V. p. 39.)

N. XXVII.

Charta fundationis monaſterii in *Ochſenhuſen*.

Ann. 1100. 31. Dec. Ex archiv. S. Blaſ. *T. I. p.* 393. &c.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus fidelibus tam futuris quam præſentibus, qualiter *Hawinus* & *Adelbertus* & *Counradus* per manum ducis *VVelfonis* locum, qui vulgariter dictus eſt *Ochſenhuſen*, id eſt, eccleſiam unam cum IIII. manſis dotatam, & unum molendinum, unamque tabernam & VI. manſos, unamque ſilvam in eadem villa, id eſt, *Ochſenhuſen*, ad monaſterium S. *Blaſii*, quod eſt in *Nigra Silva*, in proprietatem tradiderunt, qui locus ſitus eſt in pago *Ramechgowe* a), in comitatu *Hartmanni Bozze*. Traditus eſt autem idem locus a prædictis viris ad prædictum monaſterium in præſentia domni *Uotonis* abbatis & *Adelgozi* advocati de S. *Blaſio* coram multis teſtibus cum omnibus appendiciis ſuis, id eſt, utriuſque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, exitibus & redditibus, agris acquiſitis & acquirendis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationi-

a) Occurrit etiam huius *Sueviæ* pagi villa *Sconenpirch* ſeu *Schœnenbirg*, aut *Schœnenburg*, inter Ochſenhauſen & Laupheim in comitatu *Arnulfi*. vid. Herrgott Cod. Prob. T. II. P. II. p. 58.

Digitized by Google

piſcationibus, ſilvis, & cum omnigena utilitate, quæ ullo modo inde provenire vel excogitari poteſt abſque omni contradictione, cum perhenni proprietate. Sed ego *Uto* indignus abbas de S. *Blaſio* fraterna compaſſione admonitus & futuræ utilitati providens poſt aliquos annos ad prædictum locum fratres noſtros direxi ad inſtituendum Dei ſervitium: monaſterium in eodem loco fieri feci, ut ſemper ibi ſit divinum ſervitium ſub abbate de S. *Blaſio* ſecundum ordinem noſtrum, quem de *Fructuaria* habemus. Et idem locus cum omnibus ad illum pertinentibus monaſterio S. *Blaſii* ſemper in omnibus obediat, & ſubiaceat, ſicut & *Fructuarienſi* cœnobio quælibet ſuæ Cellæ obediunt & ſubiacent. Hoc tamen notum ſit omnibus eccleſiæ filiis, quo tenore ego *Uto* humilis abbas Congregationis S. *Blaſii* cum conſilio archiepiſcopi *Salzburgenſis Thiemonis*, & epiſcopi *Conſtantienſis Gebehardi*, & vice domni *Heinrici*, & aliorum religioſorum fratrum petitione eumdem locum in divino ſervitio & in proprietate prædictæ eccleſiæ S. *Blaſii* ſemper inviolabilem perſeverare, ad laudem omnipotentis Dei decrevi. Primum ut nulli abbatum ſive potentum de rebus ad *Ochſenhuſen* pertinentibus aliquid inde abalienare vel ſubtrahere liceat in beneficia. Secundo ut alius nullo modo ibi ſit Prior, niſi quem abbas de S. *Blaſio* præeſſe voluerit. Tertio ut nullus ibi advocatus ſit, niſi quem prædictus abbas conſtituerit; ille autem advocatus tamdiu in illa advocatione ſit, quamdiu abbas eum utilem iudicaverit: alius autem minor, qui vulgo ſubadvocatus dicitur, nullus ibi habeatur. *Prior* autem de his, qui ad converſionem venire volunt, ſive ille ſit monachus, ſive clericus vel laicus, nullum admittat in conſortium fratrum, niſi cum voluntate & conceſſione abbatis de S. *Blaſio*. Omnia maiora negotia in mutandis locis, in transferendis eiuſdem loci beneficiis & cætera huiusmodi pendeant in arbitrio abbatis de S. *Blaſio*. Inſuper conſtituimus, ut deinceps in monaſterio S. *Blaſii* ſemel in anno agatur memoria omnium illorum cum officio pro defunctis, qui prædictum locum tradiderunt ad idem monaſterium, & *Prior* de *Ochſenhuſen* ipſa die præſens ſit, & faciat caritatem fratribus ſecundum quod illi abbas conſtituerit. Scripta eſt hæc carta confirmationis anno MC. II. Kal. Ianuarii ex petione domni *Utonis* abbatis de S. *Blaſio*, hoc confirmante & in Chriſto roborante archiepiſcopo *Salzburgenſi* & epiſcopo *Conſtantienſi*, ut prædictus locus, id eſt, *Ochſenhuſen* deinceps in ſervitio Dei ſub poteſtate monaſterii S. *Blaſii*, ut prædictum eſt, perpetuo iure permaneat. Iſti ſunt teſtes huius traditionis: *Hartmannus* comes de *Geroshuſen*. *Mangoldus* comes & filius eius *VVolferadus* de *Iſinun*, & de *Alshuſen*. *Hart-*

Digitized by Google

SECULUM XI.

Hartmannus comes & frater eius *Otto* de *Chilchberg*. *Luitfridus* & *Manegoldus* de *Billenhuſen*. *Heinricus* de *Baldisheim*. *Reginhardus* de *Urſinun*. *Ocoz*. *Regenboto* de *Heigernbouch*. *Adelgoz* de *Luzelunburg*. *Ripertus* & *Wolſtregel* de *Lovbon*. *Hatto* de *Ochſenhuſen*. *Hartnit* de *Stevensriet* *b*).

b) Donatio hæc denique confirmata eſt a *Lothario* II. imp. a. 1126. *Herrgott*. Cod. Prob. T. II. P. I. p. 147.

N. XXVIII.

Conradus de *Baldeshuſin* monaſterio S. Blaſii eccleſias in *Aſcpach* & *Biurron* donat.

Ann. 1105. 26. Febr. Ex archiv. S. Blaſ. *T. I. p.* 393.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod *Conradus* de *Baldeshuſin* & uxor eius *Richinza* ac filius eorum *Raputo* dederunt dimidiam partem in eccleſiam *Aſcpach* conſtitutam: item dederunt in terra, molendinum & terram ſalicam, & alia iuris ſui prædia, decem & ſeptem manſos in eadem villa: item dederunt in villa *Biurron* Deo & S. *Blaſio* & omnibus ibi Domino ſervientibus, dimidiam partem & octavam alterius partis & advocatiam ſuper eandem eccleſiam apud villam *Biurron* conſtitutam abſque omnium hominum contradictione cum omni iure ipſius prædii: ſcilicet curtem unam ad viginti manſos computatam, ut præfatum monaſterium eo iure vel lege poſſideat, ſicut ipſi per ſuccedentium temporum curricula poſſederunt, cum mancipiis utriuſque ſexus ad idem prædium pertinentibus. Hæc traditio facta eſt temporibus domni *Utonis* venerabilis abbatis, cuius etiam ſigillo hæc charta eſt ſignata. Actum apud *Ulmo* anno ab incarnatione Domini MCV. IV. Calendas Martii, coram teſtibus, quorum iſta ſunt nomina. *Henricus* filius *VVelſonis* ducis de *Altorf*. *Bertholdus* de *Chilchperch*. *Okocz* de *VVarmundiſriet*. *Tietho* de *Bozmundishuſin*. *Swikerus* de *Gundilvingin*. *Bertholdus* & frater eius *Erlewinus* de *Sparwariſeicko*. *Sigefridus* de *Breintintal*. *Manegoldus* de *VVeirde*. *Liutoldus* de *Figinhart*. *Pilgrinus* de *Hurwiln*. *Tegenhardus* & frater eius *Bertholdus* de *Rotinbach*. *Hoboldus* de *Gozirshuſin*, & alii plures.

Bertholdus comes *Chilchperc* dedit in eadem villa *Biurron* unum manſum.

Tiethelmus quoque dedit quartam partem in eccleſia apud eandem villam *Biurron* *a*).

N. XXIX.

a) Appendet in autographo San-Blaſiano Sigillum *Utonis* abbatis S. *Blaſii*.

N. XXIX.

Heinrici V. R. R. privilegium pro monaſterio S. *Georgii*.

SECULUM XII.

Ann. 1108. 28. Ian. Ex chartul. S. Georgii. *T. I. p.* 451. 295.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia Romanorum rex. Quia regalem decet dignitatem, iuſtitiam, & pietatem, neceſſitatibus eccleſiarum ſucurrere, profectibus gaudere, & utilitatibus conſulere, & favere: ob hanc rem, quæ in litteris iſtis ſequuntur agenda, ob interventionem Moguntienſis archiepiſcopi *Rodhardi*, Colonienſis archiepiſcopi *Friderici*, Trevirenſis archiepiſcopi *Brunonis*, Monaſterienſis epiſcopi *Burchardi*, & aliorum quorundam noſtri regni principum, miſericorditer ſuſcepimus, ordinando clementer diſpoſuimus, comprobando diligenter confirmavimus. Notum ergo fore volumus & cupimus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam modernis, quod duo illuſtres viri *Hezelo*, & *Heſſo* cellulam condiderint in regno noſtro, Conſtantienſi epiſcopatu, in pago nomine *Bara*, in comitatu *Aſeheim*, in Sylva, quæ dicitur Nigra, iuxta fluvium *Briganam* in honorem Dei omnipotentis, & ſancti *Georgii* martyris, eamque ſatis pie, & honeſte prædiorum ſuorum beneficiis initiaverint ad neceſſitatem monachorum ſecundum regulam ſancti Benedicti degentium, in perpetuum, favente miſericordia divina, ibi futurorum. Ut ergo id firmius, & ſtabilius eſſe poſſit, placuit illis, eandem Cellam beato Petro apoſtolo, & romanæ ſedis antiſtiti mancipari, & ad eius palatium Lateranenſe ſingulis annis aureum, quem dicunt Bizantium, preſentari, ea intentione & pactione, ut ſub tanti Pontificis mundiburdio & defenſione, ab omni adverſariorum iniuſta læſione protegi poſſent, & defenſari. Hoc revera ut felices negotiatores prudenter fecerunt; potiſſimum propter ſpem vitæ æternæ, ob ſalutem corporum, & ſempiternam requiem animarum, & ob quotidianam memoriam ſui, ſuorumque omnium parentum poſtumorum, conſanguineorum, propinquorum, & amicorum, ſimulque omnium ad curam ſuam pertinentium; ob memoriam quoque regum, epiſcoporum, principum, & omnium prædictæ Cellæ ſtatum & honorem diligentium, & defendentium, atque (omnium) prorſus Chriſti fidelium; & prout poſſe ſuberit, ut cunctis Chriſti pauperibus beneficum illic pateſcat receptaculum. Huius confirmationis, a duobus Apoſtolicis *Urbano a)* ſcilicet ſecundo & *Paſchale*

a) Bullam *Urbani* II pro cœnobio S. *Georgii* exhibet Schœpflinus Alſat. diplom. T. I. p. 197. datam an. 1095. uti & illam Paſchalis II. datam a. 1105. ibidem p. 185.

SECULUM XII.

ſchale ſecundo, bina tenent privilegia, in quibus hoc ſancitum eſt; ut, quandocunque patre ſuo ſpirituali orbati fuerint, ipſi eiuſdem monaſterii fratres habeant liberam poteſtatem, ſecundum regulam S. Benedicti, inter ſe, vel undecunque utile fuerit, abbatem ſibi non ſolum eligendi, ſed etiam conſtituendi. Præterea, ut nulli ſacerdotum, regum, ducum, aut comitum vel quarumlibet perſonarum liceat in eo loco aliquas ſibi proprietatis conditiones, non hæreditarii iuris, non advocatiæ, non cuiuslibet poteſtatis uſurpatione, quæ libertati monaſterii noceant, vendicare. Advocatum etiam ſibi conſtituendi, ut abbas cum ſuis fratribus liberam habeat poteſtatem: & ſi is poſtmodum monaſterio inutilis fuerit, remoto eo, alium conſtituant. Decretum quoque ibi eſt, ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ſubditas ei poſſeſſiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integre conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimode profutura. In fine additur, ut, ſiquis in craſtinum archiepiſcopus aut epiſcopus, imperator aut rex, dux vel marchio, comes, aut vice comes, aut perſona quælibet, eccleſiaſtica vel ſæcularis huius conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonitus, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino iudicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, atque a ſacratiſſimo corpore domini noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, & in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax domini Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. His decretis propter gratiam Dei nos annuimus, has conſtitutiones comprobamus & confirmamus. Inſuper & noſtras libenter benignitates, & miſericorditer adiungimus, & ſtatuimus, ut ſi quiſpiam, quod abſit, unum manſum, unum molendinum, vel ſaltem unam vineam, vel unum mancipium vel tale quid a ſupradicto monaſterio temerarie, & iniuſte abſtulerit, is noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum regia poteſtate coactus tria auri talenta ad regis ærarium perſolvat, primitus eccleſiæ reddito, quod uſurpaverat. Si vero curtem aliquam, vel villam inde violentus abalienaverit, ſive invaſor ipſius Cellæ exſtiterit, ſive huius teſtamenti decreta, traditioneſque quocunque ingenio ſeu argumento legum ſecularium pervertere vel infringere attentaverit, is triginta auri libras ad regiam perſolvat cameram, reddito primitus eccleſiæ ſecundum legum iuſtitiam, quod abſtulerat, ſicque intentio illius omnino irrita fiat.

Huic

Digitized by Google

Huic monaſterio *Folmarus Metenſis* urbis præfectus & filius eius *Folmarus* ſubaddiderunt, delegarunt, & in perpetuam proprietatem dederunt, quidquid in villis *Lukesheim* & *Alba* habuerunt, in eccleſiis, in campis, in decimis, in mancipiis, in tributis, in ſylvis, in pratis, in paſcuis, in aquis, aquarumque decurſibus, in molendinis, in piſcationibus, in venationibus, in decimationibus, & in omnibus reditibus ea prorſus iuſtitia, qua ipſi illa hæreditario iure poſſederant. Hæc traditio facta eſt ſuper reliquas ſancti *Georgii*, primo apud *Argentinam*, dehinc in ipſa villa *Lukesheim*, in præſentia multorum idoneorum teſtium, ea conditione, ut apud eandem villam *Lukesheim*, monaſteriolum fieret, in quo aliquot, ut ſeptem monachi, proviſi a monaſterio S. *Georgii*, futuri ſerviturique forent, pro ipſorum ſalute, ſuorumque parentum requie animarum continue ſupplicaturi. Sequenti vero anno tradiderunt ſuper reliquas .... tres ſedes ſartaginum in villa *Marſula*, in præſentia multorum. Præterea ſub teſtimonio veracium virorum idem *Folmarus* & filius eius prædium, quod quædam matrona, nomine *Richinza*, in villa *Ginnenheim* habuit, ad idem monaſterium ex ipſius petitione tradiderunt, quia ipſa, & bona ſua in proprietate illorum fuerunt. Ut ergo hæc ſupradictarum additionum, & conſtitutionum decreta ab hac die omni ævo in Chriſto rata & inconvulſa permaneant, hanc chartam teſtamentariam manu propria corroboravimus, noſtrique ſigilli impreſſione inſigniri fecimus. SECULUM XII.

Datum quinto Calendas Februarii, Indict: prima, anno dominicæ incarnationis 1108. regnante. *Heinrico* V. Roman. rege, anno tertio, ordinationis ſuæ anno nono. Actum eſt *Moguntiæ* feliciter.

N. XXX.

Henricus V. Romanorum rex confirmat fundationem monaſterii *Gottesaugienſis*.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. *Henricus* divina favente clementia rex. Omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium cognoſcat induſtria, quod in regno noſtro regulare quoddam monaſterium ſitum eſt, in provincia ſcilicet, quæ dicitur *Teutonica Francia* in epiſcopatu *Spirenſi*, in pago *Albicgowa*, in comitatu *Werchheim a)*, in ſilva, quæ dicitur *Lusbart*, iuxta fluvium, qui dicitur *Alba*; quod *Godesbowu b)* nuncupatum, honori- An. 1110. 16. Aug. ex chart. l Ochſenhuſ. *T. I.* p. 450.

a) Leg. *Vorchheim.* b) Schœpfl. *Gottesawa nuncupatur.*

SECULUM XII.

norifice conſtructum, & Deo dicatum eſt, a quodam comite, nomine *Berchtoldo*, coniuge ipſius *Lutgartha c)*, filio eius *Bertholdo*, & filiabus, & *Mathilda*, ſibi in pio hoc negotio conſentáneis.

Et inprimis ipſum locum *Godeshowa* cum omnibus nunc in præſentiarum illuc collatis iuſtitiis legitimis, & pertinentibus prædiorum, mancipiorum, cenſuum, ſeu quarumcunque rerum ex toto ſuper altare delegavit, & contradidit Domino Deo, S. Mariæ, ſanctisque omnibus Apoſtolis, & S. Benedicto, in poteſtatem, & proprietatem prædicti monaſterii abbati nomine *Wolpotoni*, eiuſque ſucceſſoribus, in diſpoſitionem liberam, Cellæque neceſſariam, fratribuſque Deo ſub regula monaſtica ibi ſervituris ad utilitatem.

Et ne unquam a poſteris ſuis Dei ſervitium deinceps illic deſtrui poſſit, prudenter prorſus decrevit, & conſtituit, eandem Cellam cum omnibus ſuis pertinentiis nunc collatis, & dehinc conferendis, ab hac die, & deinceps omnino non ſubdi, nec ſubeſſe iugo alicuius terrenæ perſonæ, vel poteſtatis, niſi abbatis ſolius dominationi, ordinationi, & poteſtati: & ſic totius libertatis iure ex privilegio ampliavit, & ob regni cæleſtis hæreditatem in Chriſto omnimodis ſtabiliter ſublimavit. Dehinc omni poteſtate, ſervitio, iure, & proprietate, prædicti monaſterii ipſe cum coniuge, & filio, & filiabus ſupradictis ſeſe feliciter omnino abdicavit.

Sed hoc totum revera felix negotiator prudenter effecit: primo ob ſpem, & præmium vitæ æternæ, ob remiſſionem omnium peccatorum, ob ſalutem corporum, & ſempiternam requiem animarum: & ob quotidianam memoriam ſui ipſius, coniugis ſuæ prænominatæ, filii, & filiarum ſuarum, nec non omnium parentum, poſterorum conſanguineorum, amicorumque ſuorum, & omnium ad curam ſuam pertinentium: ob memoriam quoque regum, epiſcoporum, principum, & omnium prædictæ Cellæ ſtatum, & honorem diligentium, & defendentium, & omnium Chriſti fidelium, & quod, prout poſſe ſuberit, cunctis Chriſti fidelibus pauperibus beneficium ſemper illic pateſiat receptaculum.

Ad hæc etiam, ut fratres cœnobii ipſius, nunc inibi congregati, & adhuc in Chriſto congregandi, tutius, ac liberius Domino Deo in ſancta profeſſionis ſecuritate ſervire poſſint, huiusmodi eos libertatis munere donavit, ut quandocunque patre ſuo ſpirituali orbati fuerint, ipſi

c) *Tritbemius Lucam*, vocat alii *Luciam*; *Schæpflini* charta illam, filiumque eius *Bertboldum* omittit, & *Lutgardam* ac *Mechtildam* filias ſtatuit, ut adeo in noſtro diplomate nominum tranſpoſitio ſcriptoris incuria irrepſerit.

Digitized by Google

ipſi habeant liberam poteſtatem, ſecundum regulam S. P. Benedicti inter ſe, vel undecunque, ſi opus fuerit abbatem ſibi non ſolum eligendi, ſed etiam conſtituendi, quem dum regulariter fratres eligunt, de hinc (ut ſolet) ad conſtituendum eum in choro monaſterii conveniant, & una clero, advocato, populoque in ſanctuario præſentibus, Decanus, vel quicunque ſit Prior loci illius, accipiat virgam regiminis de altari S. Mariæ, & abſque omni prorſus contradictione tradat in manum ipſius, quem tota fratrum congregatio ſibi elegerat. Hic ſubinde canonice abbas ordinatus, ſine alicuius perſonæ dominatione, & impedimento ſuſceptum miniſterium pro poſſe, & ſcire ſuo adimpleat, ſolique Deo ſecundum ordinem ſuum liber ſerviat, liberamque omnino rerum ſibi commiſſarum in Chriſto diſponendarum intus, & foris poteſtatem habeat. Qui ſi forte præter neceſſitatem monaſterii, & communem fratrum utilitatem ſacrilegus (quod abſit) licentioſe, & ſæculariter abuti præſumpſerit, inſtituta libertate, familia, bonis, rebuſque ſanctuarii, & ob id fratrum præmonitiones contemnens ad ſuam, ſuorumve privatam cupiditatem, & libitum temere ea diſſipaverit: vel ſi beneficia quibuslibet perſonis, niſi neceſſariis monaſterii ipſius ſervitoribus, præſtiterit: aut ſi regibus, epiſcopis, vel quibusve perſonis conſentaneus annuerit, ſi forte libertatem monaſterii pervertere, ſibique locum ſanctum ſubiicere attentaverint, ſive aliquod ſervitii ſtatutum inde ſibi fieri exegerint: mox poſteri comitis prædicti cum ſuffragio fratrum advocati, cleri totius familiæ, & omnium bonorum, rite hunc a fratribus accuſatum, iuſteque ab eis convictum, dignitate ſua abjici perficiant: aliumque iuxta prædictam libertatem, & S. Benedicti regulam fratres ſibi eligant, & abſque omni contradictione pro illo ſubſtituant.

Concedit etiam prædictus comes præfatæ Cellæ advocatum aliquem de poſteris ſuis fieri, ſi tamen loci ipſius abbas, cum conſilio fratrum talem inter eos invenerit, qui ſicut ipſe comes nunc, non pro terreno commodo, ſed pro æterna mercede ſollicitus, & ſtudioſus, bona, & conſtitutam monaſterii libertatem, & iuſtitiam defendere voluerit: ſin autem, aptum, & utilem, undecunque ſibi placuerit, advocatum eligat: hic denique abbate petente, a rege accipiat bannum legitimum, & ter in anno, ſi neceſſe fuerit, aut in ipſam Cellam, aut ubicunque, vel quando abbati placuerit, invitatus ab illo veniat, & ibi placitum iuſtum pro cauſis, & neceſſitatibus monaſterii rite peragat.

Nullum autem aliud ſervitium, ius, & beneficium ſibi per hoc concedi recognoſcat, niſi tertium bannum, & conſuetudinariam iuſti-

 tiam,

SECULUM XII.

tiam, & legem, quam cæteri advocati in aliis liberis monaſteriis habent ſuper fures, proterviam, cenſuales, & cætera tallia, & in illis trium placitorum diebus, in unoquoque unum maltrum de frumento, & unum Friskingum, & unum ſcilum de vino, & cætera ad hæc pertinentia.

Præterea item conſtituit, quod niſi abbate volente, & advocante, bona, & loca monaſterii ſuis frequentiis temerarius, & ſine cauſa minime adeat, vel attingat; nec præſumptuoſus in eis placitum quodlibet, vel pernoctandi licentiam habeat: nec ſubadvocatum per ſe faciat, nec omnino aliquam absque ratione calumniam, pervaſionem, aut iniuriam monaſterio, aut abbati, vel familiæ faciat. Si autem non ut advocatus, ſed potius calumniator, & pervaſor monaſterii fuerit: omnino habeat poteſtatem abbas cum conſilio fratrum hunc reprobare, & alium ſibi meliorem undecunque eligere.

Conſtituit etiam hoc comes præfatus, & nos ipſius petitione ſtatuimus: quodſi quispiam poſterorum ſuorum, vel quarumcunque homo perſonarum, unam vineam, unum manſum, unum molindinum, vel ſaltem unum mancipium, vel tale aliquid a ſupradicta Cella iniuſte abſtulerit: ut noſtri, noſtrorumque ſucceſſorum regia poteſtate coactus, tria auri talenta ad ærarium regis perſolvat, primitus reddito eccleſiæ, quod invaſerat: ſi vero quislibet illorum (quod abſit) vel aliquam villam inde violentus abalienaverit: ſive manifeſtus invaſor bonorum ipſius Cellæ exſtiterit: vel ſi hoc teſtamentum traditionis, & libertatis, quocunque ingenio, ſeu argumento legum ſæcularium pervertere, vel infringere attentaverit, centum auri libras ad regiam item perſolvat cameram: & reddat primitus eccleſiæ, & ſecundum leges item componat, quod ablatum fuerat: & ſic intentio illius omnino irrita fiat.

Miniſtris quoque, & familiæ ſanctuarii eandem legem, & ſervitutem concedit, quam cæteræ in regno noſtro liberæ abbatiæ habent, ut tanto fideliores prælatis ſuis per omnia ſerviant.

Super hæc omnia comes ſæpe dictus apoſtolicum privilegium acquiſivit: & conſtituit, ut unum corporale ſingulis annis Romam ad altare S. Petri ab abbate prædicti monaſterii perſolvatur: eo pacto, ut libertatis iſtius, & traditionis ſtatuta tanto perennius inconcuſſa amodo permaneant: & ut prædictum cœnobium ſub romanæ eccleſiæ mundiburdio, & maieſtate ſemper ſtabiliatur, & defendatur; ſi forte quispiam regum, vel poſterorum eius, ſeu quarumcunque homo perſonarum (quod abſit) teſtamentum hoc ullo ingenio infirmare, vel infringere præſumpſerit.

Si autem id (quod abſit) a quolibet illorum, diabolo inſtigante, fiat: obſecrat comes idem, & omnino teſtificatur apoſtolicum Pontificem

Digitized by Google

cem per Chriſtum, & per S. Mariam, Petrum Apoſtolum, & per omnes Sanctos Dei, & per tremendi iudicii diem, ut illum Dei, & Sanctorum eius contemptorem, & teſtamentariæ huius conſcriptionis deſtructorem, niſi reſipuerit, tradat omnino ſatanæ, & anathematizet eum, ac profanet, a conſortibus, & filiis eccleſiæ ſanctæ Dei, & hæredibus vitæ æternæ, & auferat Deus memoriam illius de terra viventium, & deleat nomen eius de libro vitæ: & ut cum Datan, & Abyron, quos terra aperto ore deglutivit, & vivos infernus abſorbuit, perennem incurrat damnationem: & ut Herodis, Pilati, Iudæ ſocius factus in æternum diſcrucietur, & ut cum Sodomitis, & Gomorrhitis ignis, & ſulphuris imbres hic experiatur: & Heliodori plagas, & verbera hic perpetiatur: & Antiochi tormentis, vermibus ſcilicet ſcaturiens, & cum fætore computreſcens, miſerrime conteratur: & niſi reſipiſcat, Petrum regni cælorum clavigerum cum S. Maria, & tota cæleſti militia, portæ Paradiſi obſtitorem in æternum habeat.

Prædia autem ad prædictum monaſterium pertinentia, & ab eodem comite tradita hæc ſunt: ipſe locus ſcilicet *Godesbowa*, & alia *Godesbowa*, *Dagemaresdunk*, *Burdam*, *Gnudelingen*, *Stafpbort*, *Hicbelingowa*, Novale ante ipſam Cellam, *Altericberdorff*, *Bernfol*, *Barcbuſen*, *Grezingen*, *Craſingeraſi*: vineam in *Hobenberc*, in *Buslat*, unam Huebam. Hic eſt autem terminus, quem a nullo deinceps violenter invadendum, ſive transgrediendum prædicto Clauſtro, bonisque ſuis adiacentibus regia maieſtate præfigimus, a Novali ante Clauſtrum, & a *Rintdan*, uſque in medium *Luzbart*, item a *Rintdan* uſque *Salzfurt* per aſcenſum fluentis lacunæ uſque *Bromehe*, de *Bromebe Dagimarisdung*: item a *Dagimarisdung* uſque *Burtan*, a *Burtan* quouſque perveniatur ad Novale.

Ut autem prædictæ traditionis, & libertatis ſtatus, & omnia prædicta ſtatuta ea ratione, qua Deo, & Sanctis eius deſtinata ſunt, ab hac die, omni ævo in Chriſto rata, & inconvulſa permaneant, hanc chartam teſtamentatoriam prædicti comitis rogatu conſcribi, manuque propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum Domni *Henrici* quinti Romanorum regis invictiſſimi.

Albertus cancellarius recognovit.

Data XVII. Kal. Septembris. Indictione III. anno dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo decimo. Regnante *Henrico* V. rege Romanorum an. IIII. ordinationis eius X. *d)* Actum eſt *Spiræ* in Chriſto feliciter amen.

N. XXXI.

d) Anni ordinationis Henrici computantur a die 6. Ian. 1099. quo a patre in regni conſortium adſcitus eſt; igitur tempus dati huius diplomatis iam ordinationis undecimus erat inchoatus, decimus vero completus, qui hic notatur: tamen apud Schœpflinum omiſſus eſt.

Digitized by Google

N. XXXI.

Oggoz prædia in *Warmundisriet* promittit S. *Blaſio*.

Seculum XII.

An. 1110. 22. Oct. Ex archiv. S. Blaſii.

Ego *Oggoz* de *Heigirnbuch a)* trado in manum fidei *Wernhero* de *Swabeiko b)* prædia, quæ hodierna die viſus ſum habere in loco, qui dicitur *Warmundisriet* cum omnibus appendiciis ſuis agris, pratis, ſilvis, cultis, & incultis, quæſitis & inquiſitis, nec non *Heinricum* cum omni familia ad idem oppidum pertinente, ea videlicet conditione, ut ſi abſque liberis ex legitima coniuge procreatis ex hoc ſeculo diſcedam, vel ſi ante manum non retaxem, ipſe eadem prædia ad monaſterium S. *Blaſii*, quod in *Nigra Silva* ſitum eſt, contradat. Actum prope caſtrum *Chelminzo c)* anno ab incarnatione Domini MCX. indictione III. X. Kal. Novembris feria prima præſentibus, quorum iſta ſunt nomina. *Oudalricus* de *Bregenzo*. *Chuono* de *Baldisheim*. *Eberhardus* de *Meizingen*. *Heinricus* de *Hohenwanc*. *Teginhardus* & frater eius *Bertoldus* de *Rotinbach*. *Amizo* de *Gersbach*. *Helinwinc* de *Riedin*. *Landoldus* de *Lobhein*.

a) *Oggoz* hic, ſeu *Adelgoz* de *Heigirnbuch* forte illius familiæ fuit, unde deinde prodierunt comites de *Haigerloch*.

b) Celebris olim fuit comitum *Schwabecenſium* progenies in viciniis *Auguſtanæ* civitatis, & *Mindulæ* fluvii. *Wernerus* de *Swabeiko* idem fuiſſe videtur, qui circa idem tempus abbatiam *Urſpergenſem* condidit comes de *Schwabeco*. (Annal. Præmonſtr. T. II. p. 1148.)

c) *Kelminz*, ſeu *Cælius Mons* arx cum pago in comitatu *Rechenbergenſi* ad *Ilaram* fluvium.

N. XXXII.

Calixtus II. monaſterium S. *Blaſii* in protectionem apoſtolicam recipit, variasque donationes confirmat.

Anno 1120. 19. Mart. Ex archiv. San-Blaſii.

Calixtus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei dilecto filio *Ruſtino* abbati monaſterii S. *Blaſii*, quod in *Conſtantienſi* epiſcopatu in loco videlicet, qui *Nigra Sylva* dicitur, ſitum eſt, eiuſdem ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Ad hoc nos diſponente domino in apoſtolicæ ſedis ſervitium promotos agnoſcimus, ut eius filiis auxilium implorantibus, efficaciter ſubvenire, tueri, ac protegere, prout dominus

nus dederit, debeamus. Unde oportet nos venerabilibus locis manum protectionis extendere, & ſervorum Dei quieti attentius providere. Proinde tuis dilecte in Chriſto fili *Ruoſteine a)* poſtulationibus clementius annuentes commiſſo tuo regimini *beati Blaſii* monaſterio *b)*, ſalva *Conſtantienſis* epiſcopi reverentia, confirmamus *Cellam* de ſilva *Swarzwalt* a S. *Reginberto* conſtructam cum omnibus poſſeſſionibus, eccleſiis, prædiis, & terris ad eam pertinentibus *c)*. Ad hæc ſpecialiter eccleſiam *Nallingin d)* ab *Anshelmo* nobili viro monaſterio tuo cum ſuarum dimidietate decimarum nuper donatam tibi confirmamus. Eccleſiam etiam *Sneiſanc e)* ab *Erlewino* comite delegatam. Eccleſiam quoque *Batemaringin f)* a quodam *Arnolfo* conceſſam: item eccleſias *Berowa g)*, *Numchilcha*, *Omingin*, a fundatoribus earum cum ſuarum portionibus decimarum legitime traditas tibi ac ſucceſſoribus tuis apoſtolica auctoritate firmamus. In his ergo & in aliis, quas habetis eccleſiis, decernimus, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, vel quibuslibet vexationibus fatigare, ſalva tamen epiſcopali iuſtitia & reverentia. Confirmamus etiam diſpoſitionem illam, quam filius noſter cariſſimus imperator *Heinricus* de veſtri cœnobii advocatia conſtituit *h)*, ut videlicet in advocati electione abbas liberam habeat poteſta-

 tem,

a) *Ruſtenus* quintus monaſterii S. *Blaſii* abbas, *Uttonis* an. 1108. ſucceſſor, in id maxime intentus erat, ut res eiuſdem Pontificum ac Caſarum chartis ſalvas præſtaret, ſeque ab advocatia Baſileenſium epiſcoporum, ſeu eorum potius, qui ab ipſis ſubadvocati erant conſtituti, liberum redderet. Unde eo agente an. 1120. apud *Baſileam* mediante *Gregorio* cardinali *Calixti* II. legato amicabilis compoſitio facta eſt, cuius inſtrumentum (T. I. p. 380. ſeq.) dedimus.

b) Egimus de hac *Cellæ S. Reginberti* confirmatione S. *Blaſii* monaſterio facta ibid. p. 224. ſeq. atque exinde utriuſque tam a ſe invicem, quam a *Cella Alba* diverſitatem ſtatuimus: ultimam diſtinctionem mox ſupra p. 16. & 23. denuo aſſeruimus; prior ex hac ipſa bulla liquet: aut quei confirmari potuiſſet eidem monaſterio *S. Reginberti Cella*, ſi eadem cum monaſterio fuiſſet? Altum vero hic & deinceps, uti antea poſt iam exortam *S. Reginberti Cellam*, de *Cella Alba* ad S. *Blaſii* cœnobium pertinente ſilentium, quæ *Rhenaugienſi* monaſterio confirmata permanſit; niſi quod, ut iam diximus, ob primos poſt S. *Reginbertum* eiuſdem Cellæ incolas ex *Cella Alba* adventantes, prioris adhuc *Cellæ* nomen novæ aliquamdiu adhæſerit, donec tandem novo conſtructo per *Uttonem* monaſterio S. *Blaſii* nomen inditum fuerit, ob deportatas ex *Cella Alba* in illam *Reginberti*, ac denique in novo monaſterio eiuſdem S. Martyris depoſitas Reliquias.

c) Patet hic cauſa confirmationis, ob poſſeſſiones ſcilicet, eccleſias, prædia & terras *Cellæ S. Reginberti* proprias, ex donatione *Ottonis* II. imp. an. 983. quæ deinde S. *Blaſii* monaſterio confirmatæ ſunt.

d) Eccleſia *Nallingen* in *Würtembergico* ducatu præpoſituræ nomine uſque ad mutatæ religionis tempora S. *Blaſii* monaſterio cum bonis ſuis parebat.

e) *Schneiſingen* parochialis eccleſia in Argovia ac capitulo Rurali *Regenſperg* hodiedum a S. *Blaſio* dependet.

f) *Batemaringen* ſeu *Bettmaringen* parochia regularis in capitulo *Stüblingano*.

g) Tranſtulerat brevi antea *Ruſtenus* abbas moniales ex valle S. *Blaſii* in montem *Berowe*. Vid. T. I. pag. 394. de aliis duabus eccleſiis quod dicamus, interim non occurrit.

h) Sunt hæc ipſa verba diplomatis, quo *Henricus* V. imp. limites bonorum ad Cellam S. *Blaſii* perti-

Digitized by Google

SECULUM XII.

tem, cum fratrum ſuorum conſilio talem eligere, quem ad defendendam monaſterii libertatem bonum & utilem cognoverit. Qui non pro terreno commodo, ſed Dei amore, ac peccatorum venia, & æternæ beatitudinis mercede advocatiam ipſam bene habere cupiat & tractare. Si autem calumpniator potius quam advocatus exiſtens monaſterii bona pervaſerit, & ſemel, ſecundo, tertiove commonitus non emendaverit, abbas habeat facultatem alium ſibi utiliorem ſtatuere advocatum. Ad indicium autem noſtræ tuitionis & conceſſæ veſtro monaſterio libertatis *aureum unum* quotannis *Lateranenſi* palatio perſolvetis. Si quis igitur decreti huius tenore cognito temere, quod abſit, contraire tenptaverit, honoris & officii ſui periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit. Amen. Amen. Amen.

Ego *Calixtus* catholicæ eccleſiæ epiſcopus.
Ego *Cono Præneſtinus* epiſcopus.
Ego *Lambertus Oſtienſis* epiſcopus.
Ego *Boſo* presbyter cardinalis titulo S. Anaſtaſiæ.
Ego *Iohannes* presbyter cardinalis titulo S. Criſogoni.

Datum *Laterani* per manum *Criſogoni* S. R. E. Diaconi cardinalis ac Bibliothecarii XIV. Kal. Aprilis, indictione XII. *i*) dominicæ incarnationis anno MCXX. Pontificatus autem domini *Calixti* II. Papæ an. I. Amen. Amen.

nentium deſcribit, atque abbati liberam eligendi advocati poteſtatem confirmat, apud P. Herrgott Cod. prob. T. II. P. I. p. 136. Sed diploma illud primum Kal. Ian. 1123. datum a *Calixto* II. iam a. 1120. confirmari haud potuit. Unde alterutrum ſequitur, vel anteriorem adhuc aliquam *Henrici* imp. deſuper conſtitutionem extitiſſe, vel diſpoſitionem illam a Cæſare iam tum fuiſſe factam, ſed anno 1123. demum *Spiræ* expeditam, in quo dato indictio IV. cubat in mendo: anno enim 1123. currebat indictio I.

i) Conveniunt hæ notæ chronicæ an. 1120. & diei 19. Martii, quo adhuc fluebat indictio XII. uſque ad d. 25. eiuſdem menſis, iuxta modum numerandi Pontificum.

N. XXXIII.

Wernerus Auguſtenſis advocatus *a*) oppidum *Warmundisriet* tribuit S. *Blaſio*.

Ann. 1123. 30. April Ex archiv. S. Blaſii.

Notum ſit omnibus hominibus maioribus, minoribus, liberis & ſervis, viris & fœminis, qualiter *Wernberus Auguſtenſis* advocatus oppidum

a) Mox ſupra N. XXXI. *Oggoz* eadem prædia S. *Blaſii* monaſterio poſt obitum ſuum tradenda an.

Digitized by Google

pidum *Warmundisriet* cum omnibus appendiciis ſuis agris, pratis, ſilvis, cultis & incultis, quæſitis & inquiſitis, nec non *Heinricum* cum omni familia ad idem oppidum pertinente Deo & S. *Blaſio* ad ſuſtentationem monachorum regulariter inibi Deo ſervientium contradidit, ob remedium animarum *Oggozi*, *Heginonis*, ſuæ etiam ipſius animæ, & omnium ſuorum parentum. Iſti ſunt autem liberi homines, qui in præſenti contraditione præſentes affuerunt, *Wolſtregel*, *Henricus*, *Teginbardus*, *Bertoldus*, *Chuonradus*, *Egilolfus*, *Reginbardus*, *Adelbero*, *Ruodolfus*, *Swikerus*, *Ruodolfus*, *Hermannus*, *Marquardus*, *Chuonradus*, & filius ſuus *Chuonradus*, *Sigmarus*, *Chunradus*, *Sigihardus*. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini MCXXIII. Indictione I. II. Kal. Maii regnante *Heinrico* imperatore, ſub comite *D.* in pago *Auguſtenſi b)* in *Lovctorf*. SECULUM XII.

1110. *Wernbero* de *Swabeico* commiſerat, qui forte hic idem fuit cum *Wernbero* hoc *Auguſtenſi* advocato, quod munus advocatiæ eccleſiæ *Auguſtanæ* hereditario quaſi iure tenebant comites de *Suabec*, ex quibus an. 1125. advocatus hic idem *Wernberus* in monumento *Auguſtano* notatur, per cuius manus non res tantum, ſed perſonæ quoque eccleſiaſticæ choro capituli traditæ memorantur apud *Wegelinum* T. IV. Theſ Rer. Suev. p. 38. Mortuo igitur *Oggozo* reipſa traditionem hanc fecit *Wernberus* de *Schwabeck*, de quo plura legere eſt apud eumdem *Wegelinum*, *Cruſium*, & *Velſerum*.

b) *Auguſtenſis* pagus idem videtur, qui in chronico Gottwicenſi dicitur *Auguſgow*, *Auguſtgoi*, ſeu *Auguſtugoe* (T. II. p. 552.), ſeu tractus ille, qui ſupra *Auguſtam Vindelicorum* inter fluvios *Licum*, *Wertach* & *Sinckel* protenditur, ac *Campus Lici* appellatur. Huius quædam loca ibi ex variis chartis exprimuntur, quibus haud dubie etiam *Warmundisriet* & *Louctorf* (*Warmesried* & *Lauchdorf* inter *Wertacham* & *Mindelam* fluv.) hic expreſſa accenſeri poſſunt.

N. XXXIV.

Concambium inter *Udalricum Augienſem* & *Wernerum* S. *Georgii* abbates de bonis in *Fridenwiler* &c.

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis; notum ſit omnibus eccleſiae fidelibus tam preſentibus quam & futuris, qualiter *Augienſis* eccleſiae abbas *Uodalricus a)* nec non *Wernherus* abbas ſancti *Georgii b)*, quod ſitum eſt in ſilva, quæ *Swarzwalt* dicitur, pro utriuſque commoditate quandam commutationem fecerunt. Tradidit enim abbas ſancti *Georgii* cum

An. 1123. 26. Nov. Ex chart. monaſt. Fridenwiler. T. I. p. 458.

a) Secundus huius nominis, eodem anno iuxta *Galliæ chriſtianæ* auctores defunctus.
b) De hoc egimus T. I. p. 451.

SECULUM XII.

cum manu advocati ſui *Counradi* de *Zaringen c*) ad *Augienſe* monaſterium, quicquid in pago *Albenespara* in comitatu *Counradi* viſus eſt poſſidere, in villis videlicet *Teggingen*, *Huſen*, cum agris, pratis, aedificiis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, cultis & incultis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquaerendis, & cum omnibus ad eaſdem proprietates pertinentibus. Recepit autem de *Augienſi* abbate *Udalrico* eiusque advocato *Heinrico* Bavarorum duce in recompenſationem ſupradictarum rerum quicquid in pago prenominato & comitatu prefati comitis viſus eſt habere, in villa *Fridenwilare* nuncupata, & *Leſſingen*, cum terris, pratis, eccleſia, decimis, ædificiis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus & immobilibus, viis & inviis, cultis & incultis, & cum omnibus ad eaſdem proprietates legitime pertinentibus. Actum *Conſtantiæ* in magno conventu, anno ab incarnatione Domini MCXXIII. indictione I. regnante *Heinrico* imperatore IV. XVII. anno *d*) VI. Kal. Decembris Luna V. feria ſecunda, coram *Friderico* duce & duce *Heinrico*, & duce *Counrado*, & ceteris ſubnotatis, *Adalbrecht* com. *Marcwart* com. *Loudewich* com. *Roudolf* com. *Eberhart* com. *Oudalrich* com. *Wernhere* com. *Diethalm*, *Walthere*, *Eberhart*, *Adalbero*, *Reginhart*, *Rouprecht*, *Heinrich*, *Bertholt*, *Volemar*, *Landolt*, *Reginger*, *Burchart*, *Tieterich*, *Arnolt*, *Manegolt*, *Wezel*, *Swigger*.

c) Hic ſimul fuerat advocatus S. *Blaſii* dein conſtitutus, in cuius comitatu tunc erat pagus *Albenespara*, qui idem videtur eſſe cum celebri pago *Bertholispara* ſeu *Para*, in quo ſita eſt *Leſſingen* villa, iuxta chartam apud *Goldaſtum* Script. Rer. Alem. T. II. p. 55.

d) Annus tunc fluxit regni *Henrici* V. decimus ſeptimus cum dimidio & ultra; ſubinde tamen anni completi dumtaxat notantur: reliquæ notæ ad amuſſim cum 26. Nov. a. 1123. conveniunt.

N. XXXV.

Calliſti II. P. confirmatio monaſterii Engelbergenſis ad petitionem fundatoris *Conradi* de *Seldenburon a*).

Anno 1124. 5. April. Ex archiv. Engelberg. *T. I.* p. 421.

Caliſtus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis *Adelhelmo* Priori & fratribus monaſterii S. *Mariæ*, quod nos *Mons Angelorum* cognominari volumus, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Veniens ad nos vir nobilis *Cuonradus* de *Selenburon* eccleſiam veſtram in iuris ſui prædio

a) Confirmationem eiuſdem monaſterii factam anno ſequenti 1125. ab *Henrico* V. imp. habes apud P. *Marquardum Herrgott* Cod. Probat. Geneal. Habsburg. T. II. P. I. p. 143. ubi iidem nobiles viri *Conradus* de *Salenburon* & *Egelolphus* de *Gamelinchoven* notantur.

Digitized by Google

prædio eius ſumptibus fabricatam, & omnia ad eam pertinentia per manus *Egelolphi* nobilis viri de *Gamelinchoben* beato *Petro* & S. R. E. contradidit ſub cenſu unius aurei ponderis *Turicenſis* monetæ ſingulis annis ad altare S. *Petri* a patre prædicti monaſterii perſolvendi. Nos eius devotionem ſupplicem attendentes locum veſtrum, & omnia ad eum pertinentia in B. *Petri* ius & protectionem ſuſcepimus. Præſentis itaque ſcripti auctoritate conſtituimus, ut quandocunque patre ſpirituali orbati fuerint, ipſi habeant liberam poteſtatem ſecundum regulam S. *Benedicti* inter ſe vel undecunque, ſi opus fuerit, (alium) non ſolum eligendi ſed etiam conſtituendi. Statuimus etiam, ut idem monaſterium cum omnibus ſuis pertinentiis nunc collatis & dehinc conferendis ab hac die & deinceps non ſubiaceat iugo alicuius terrenæ perſonæ poteſtatis, niſi patris monaſterii ſolius dominationi, poteſtati, ordinationi. Advocatum ipſe cum conſilio ſeniorum fratrum eligat, undecunque ei placuerit, & ei commendet ob remedium animæ ſuæ, & ut nunquam hereditario iure in aliquem perveniat, qui non pro terreno commodo, ſed pro æterna mercede ſollicitus & ſtudioſus bona, & conſtitutam monaſterii libertatem & iuſtitiam defendere voluerit: a rege tamen patre monaſterii petente accipiat bannum legitimum. Si autem non ut advocatus, ſed potius calumpniator & pervaſor monaſterii fuerit, omnino poteſtatem habeat abbas cum conſilio ſeniorum fratrum, hunc penitus reprobare, & alium regia adiutus poteſtate, ſi aliter fieri non poteſt, ſibi utiliorem undecunque eligere. Si vero forte, quod abſit, aliquis aliqua temeritate vel pertinacia prave inductus ſupradictum monaſterium inquietare, moleſtare, diſveſtire ulterius audeat, ſciat ſe noſtro iudicio pro contemptu ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & teſtamentoriæ huius conſcriptionis deſtructione, niſi reſipuerit, æterna damnatione perire. Data *Laterani* anno dominicæ incarnationis MCXXIIII. Nonis Aprilis, indictione II. Sabbato ſancto Paſchæ, Luna XVII. *b*).

b) Cunctæ hæ notæ chronicæ concordant cum die 5. April. an. 1124. quo littera Martyrologii erat *k* & Paſcha incidebat in 6. Aprilis.

N. XXXVI.

Henricus V. *Udalrico* epiſc. *Conſtantienſi* fundum pro monaſterio in *Creuzlingen* prope *Conſtantiam* confirmat.

Seculum XII.

Ann. 1125. 7. Ian. Ex arch. Creuzlingano *T. I.* p. 370.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *Henricus* divina favente clementia quartus Romanorum imperator auguſtus. Quoniam ex ignorantia naſcitur oblivio, ex oblivione rerum immutatio, decrevit fidelis antiquitas patrum, ſcripturæ memoriæ commendare, quæ voluit uſque ad poſteros fideliter pervenire. Scire itaque volumus, tam præſentis, quam futuræ ætatis chriſti fideles, qualiter nos pro remedio animæ noſtræ, noſtrorumque prædeceſſorum, atque ſucceſſorum, interventu quoque dilectæ coniugis noſtræ *Mathildis* reginæ concedimus fideli noſtro *Udalrico Conſtantienſi* epiſcopo noſtrorumque principum conſilio de reditibus eiuſdem eccleſiæ, quæ menſam ſuam contingunt, quoddam hoſpitale, quod ab incolis illius terræ *Crucelin* vocatur, ad pauperum Chriſti conſolationem iuvare, atque reſtaurare; beatus enim *Conradus* eiuſdem *Conſtantienſis* eccleſiæ epiſcopus idem hoſpitale conſtruxerat, quod ex negligentia quorundam ſucceſſorum, quos idem fervor charitatis non accenderat, ex magna parte deſtructum, felicis memoriæ *Gebehardus* ibidem epiſcopus prudenti illius eccleſiæ conſilio in alium tranſtulit locum, quem & homines terræ illius vulgari nomine *Münſterlin* vocant, ubi regulari ordine ſanctimoniales fideliter Domino hodie famulantur. Volens itaque prædictus epiſcopus deſtructum iam reſtaurare locum in honorem SS. *Udalrici* confeſſoris & *Affræ* martyris, conſtructum vero a prædeceſſore ſuo conſervare, nos adiit, & ut hæc idonee, & ſine communi damno eccleſiæ fierent, poſtulavit. Nos vero rem utrobique diligentius intuentes piis eius ſtudiis acquievimus, ſunt autem hæc, quibus iam dictum iuvare concedimus locum, decimatione ſcilicet *Sasbach* quam *Udalricus* habuit, decimas in *Bollingen*, item decimas *Trullinhofen*, & beneficio unius hominis in *Lancsviſa*, & uno manſo in *Horringen*, item manſo in ſuburbio & agro uno *Hurlin*, & taberna *Eigoltesboven*, & decimas de piſcationibus eius, præterea quæcunque viſus eſt habere in villa *Richenbach*, mancipiis, vineis, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, viis, & inviis, exitibus, & reditibus, cultis, & incultis, ſuper hæc & prædium *Ba-*

themarin-

Digitized by Google

themaringen, quod dux *Fridericus* ad idem hoſpitale contradidit, & prædium *Chervelmos*, quod dux *Henricus* donavit, & manſum in *Buch*, quem *Waltherus* dedit de *Tegenfeld*, ea ſcilicet ratione, ut nullus ſuccedentium epiſcoporum, aut dux, marchio, comes, vicecomes, advocatus, ſive aliqua maior vel minor perſona inhabitantibus locum illum audeat quidquam præſumptuoſe inferre, aut poſſeſſiones eorum diſtrahere, vel diminuere, aut inbeneficiare, & ut nullus epiſcoporum, aut aliqua perſona in diſponendis rebus eorum habeat poteſtatem, niſi ut proviſores eiuſdem loci petierint. Si quis vero, quod abſit, huius noſtræ conceſſionis decretum infringere præſumpſerit, auri puriſſimi centum libras componat, dimidium cameræ noſtræ, dimidium ipſi eccleſiæ. Acta ſunt hæc præſentibus, & conſentientibus *Anſerico* ſcilicet *Biſuntino* archiepiſcopo, *Geroldo Loſannenſi* epiſcopo & cancellario, *Stephano Metenſi* epiſcopo, *Huberto Genuenſi* epiſcopo, *Brunone Argentinenſi* epiſcopo, *Arnoldo Spirenſi* epiſcopo, *Bertholdo Baſilienſi* epiſcopo, aliisque principibus *Friderico* duce, *Conrado* duce, *Godefrido*, palatino comite, *Wilhelmo* comite, *Rudolpho* comite, *Adelberto* comite, *Adelberone* comite, *Hermanno* comite, *Wernhero* comite, *Wecellone* comite, comite Pet. *Ottone de Salm*, *Udalrico* comite, *Burchardo* comite, *Hugone* comite. Ut autem huius noſtræ conceſſionis auctoritas ſtabilis, & inconvulſa omni permaneat ævo, hanc inde chartam manu propria confirmatam ſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Signum *Henrici* quarti Romanorum imperatoris inviċtiſſimi. *Philippus* cancell. vice *Adelberti Moguntini* archicancel. recognovi. Anno dom. incarn. MCXXV. indict. III. VII. idus Ian. data *Argentinæ* feliciter amen. SECULUM XII.

N. XXXVII.

Honorius II. P. M. monaſterium *Wiblingenſe* eiuſque bona confirmat, & in protectionem apoſtolicam recipit.

Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio *Warnerio* abbati monaſterii S. *Martini*, quod *Wiblingen* dicitur, eiuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum. Deſiderium, quod ad religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur, auctore Deo ſine aliqua dilatione eſt complendum. Quam ob rem nos, dilecte in Chriſto fili, tuis per venerabilem fratrem noſtrum *Udalricum Conſtantienſem*

An. 1126. 28. Mart. Ex archiv. Wibling. *T. I. p.* 426.

SECULUM XII.

ſtantienſem epiſcopum poſtulationibus inclinati, B. *Martini* monaſterium, cui diſponente Deo præſidere cognoſceris, quod videlicet a prædeceſſore noſtro felicis memoriæ *Urbano* Papa in ſpeciale ſedis apoſtolicæ ius ac tutelam ſuſceptum eſt, apoſtolicæ auctoritatis privilegio communimus, ſtatuentes, ut quæcunque prædia, & quæcunque bona tam ex fundatorum ſuorum, *Hartmani* comitis & *Othonis* fratris eius largitione, quam cæterorum fidelium iuſta oblatione prædicta eccleſia in præſentiarum poſſidet, ſive in futurum iure atque canonice poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integre conſerventur, eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus profutura, ſalva tamen *Conſtantienſis* epiſcopi canonica reverentia, cui tamen omnino non liceat exactionem aliquam vel conſuetudinem, quæ regularium quieti noceat, irrogare. Advocatiam ipſius cœnobii poſt *Hartmannum* religioſum comitem heres eius, quem abbas cum fratribus elegerint, adminiſtrare debebit, qui ſi poſtmodum monaſterio inutilis fuerit, remoto eo alium præficiant. Sepulturam eiuſdem loci omnino liberam eſſe decernimus, ut eorum, qui illic ſepeliri elegerint, devotioni & extremæ voluntati, niſi forte excomunicati fuerint, nullus obſiſtat. Præterea manſuro in perpetuum decreto ſancimus, ut nulli omnino viventium liceat in veſtro monaſterio aliquas proprietatis conditiones, non hereditarii iuris, non inveſtituræ, nec cuiuslibet poteſtatis, quæ libertati & quieti fratrum noceat, vendicare. Criſma, oleum ſacrum, conſecrationes altarium, ſive baſilicarum, ordinationes monachorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, ab epiſcopo, in cuius diœceſi eſtis, accipietis, ſi quidem gratiam atque communionem apoſtolicæ ſedis habuerit, & ſi ea gratis & ſine pravitate voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacramenta ſuſcipere, qui apoſtolicæ ſedis fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Obeunte te nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & B. Benedicti regulam elegerint. Ad indicium autem perceptæ a Romana eccleſia libertatis bizantium aureum quotannis *Lateranenſi* palatio perſolvatis. Si qua igitur eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita,

ſi

Digitized by Google

ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat; cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. SECULUM XII.

Data *Laterani* per manum *Hiemerici* S. R. E. diaconi cardinalis & cancellarii V. Kalendas Aprilis incarnationis dominicæ MCXXV. *a)* indictione IV. Pontificatus autem Domini *Honorii* PP. II.

a) Ponendus hic eſt annus 1126. ubi indictio IV. & annus ſecundus pontificatus *Honorii* II. 21. Dec. an. 1124. electi currebat, quod patet etiam ex mox ſequente altera eiuſdem bulla eodem die & anno data.

N. XXXVIII.

Epiſtolæ *Lotharii* regis, *Adelberti* archiepiſcopi Moguntini, *Arnoldi* epiſcopi Spirenſis, & *Henrici* Bavariæ ducis in favorem monaſterii S. *Blaſii* ad *Honorium* II. P.

Anno 1126. Ex archiv. S. Blaſii *T. I.* *p.* 383.

Domino & univerſali Papæ *Honorio Lotharius* Romanorum rex devotum cum filiali dilectione obſequium. Benedictus Deus, qui faciem eccleſiæ ſuæ reſpexit, & te patrem, ut decuit, in ea ſublimavit. Proinde duplici ſperamus nos uſuros commoditate, videlicet eccleſiæ gubernacula a te dirigi, & nos in regimine præpoſito tuo Pater interventu ſummo placere rectori. Unde ſiquidem magnam oppreſſionem fratrum S. *Blaſii* veſtræ conquerimur Paternitati, quia cauſa iſta a prædeceſſoribus noſtris tam regibus quam imperatoribus, & noviter in noſtra præſentia, videlicet a principibus eccleſiæ & regni ſubtiliter ventilata ac diiudicata eſt, ita ſcilicet, ut non ſit opus, ſi tantum veſtra nobis ſuccurrerit auctoritas, eam amplius retractari & diiudicari. Rogamus igitur veſtram Paternitatem, ut prædictus *Baſilienſis* epiſcopus ſic rigidam veſtræ diſtrictionis cenſuram a vobis ſentiat, ut deinceps ab oppreſſione filiorum

SECULUM XII. filiorum veſtrorum deſiſtat. Quod enim regulari iudicio diffinivimus, vos decet auctoritate veſtra roborare *a*).

Domino & univerſali Papæ *Honorio* A. (*Adelbertus*) *Magunciacenſis* ecclefiæ archiepiſcopus ſervitium & devotæ ſubiectionis obedientiam. Quia onera omnium, qui gravantur, portare debetis, in noſtris anxietatibus ad ſinum Matris eccleſiæ, ad ſinum veſtræ miſericordiæ confugimus, obnixe pro religioſis fratribus S. *Blaſii* deprecantes, quatenus ab oppreſſione *Baſilienſis* epiſcopi patrocinio veſtro, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ liberentur. Niſi enim veſtra nobis ſuccurrat auctoritas, nec regum vel imperatorum & epiſcoporum iudicio liberari poſſunt. Libertatem enim loci, quam ſæpe coram ſpiritualibus & ſæcularibus iudicibus, videlicet tam modernis quam antiquis regibus & imperatoribus nobis præſentibus obtinuerant, prædictus *Baſilienſis* epiſcopus *Bertoldus* ſibi uſurpat. Ad veſtram igitur, Pater venerande, ſpectat diligentiam, quæ nos canonica auctoritate iudicio diffinivimus, vos privilegio Romanæ auctoritatis corroboretis.

Honorio ſummo Pontifici *A.* (*Arnoldus*) *Spirenſis* eccleſiæ humilis miniſter, ſe ipſum & filium obedientiſſimum. Quoniam pia religione pollentibus ſubvenire congruit apoſtolico moderamini, Paternitatem tuam monemus, & monendo rogamus, ne cœnobium S. *Blaſii* quadam nova & inſolita tyrannide invaſum, diu fatigatum & pene obrutum patiaris deinceps periclitari. Nonnullis enim fratrum noſtrorum, epiſcoporum ſcilicet, aſſidentibus coram multis principibus nos quoque tam viſu quam auditu cognovimus, quod duo privilegia de controverſia *Baſilienſis* eccleſiæ & cœnobii S. *Blaſii*: alterum ſcilicet S. *Blaſii* de libera loci ſui conſtitutione: alterum videlicet *Baſilienſe* ex antiqua traditione imperatori *Heinrico* ſunt repræſentata. Quorum altero, ſcilicet *Baſilienſi*, iudiciali veritate, & chronicorum vetuſtate, & geſtis *Chounradi* refutato, alterum eſt receptum & ab omnibus confirmatum. Tuæ igitur auctoritatis tam litteris quam verbis, quæ recte iudicata cognoſcimus, quæ ipſi vidimus, quibus interfuimus, quibus atteſtari libere poſſumus, confirma, quatenus præfati loci habitatores in lectulo ſuæ quietis valeant requieſcere, & morſus luporum & inſidias deinceps non pertimeſcere.

Domino

a) Omnes hæ litteræ in favorem S. *Blaſii* monaſterii exaratæ ſunt poſt *Argentinenſem* Principum conventum, in quo d. 2. Ian. 1126. edictum *Lotharii* Rom. regis de libera electione advocati pro eodem monaſterio emanavit. Vid. Hergott Cod. prob. T. II. P. I. p. 149. Cæterum epiſtola *Lotharii* non videtur eſſe integra, quum *prædictum Baſileenſem* epiſcopum (Bertholdus is erat) coerceri poſtulat, de quo tamen antea nulla facta fuit mentio.

Digitized by Google

Domino *Honorio* apoſtolicæ ſedis pontifici venerando *H.* (*Henricus*) *Bawariorum* dux *b*) licet indignus obedientiæ & ſervitii inviolabile pignus. Pauperes fratres cœnobii S. *Blaſii* a *Baſilienſi* epiſcopo ſuisque fautoribus violenter oppreſſi imperatorem *Heinricum Argentinæ* convenerunt, & in præſentia optimatum ſuorum, qui ibi aderant, utpote ad curiam invitati, præſente *Baſilienſi* epiſcopo, ſuisque quam pluribus, quæ paſſi fuerant, conqueſti fuerunt. Imperator vero prædictus cauſam eorum diligenter audivit, & quod iniuſte oppreſſi fuiſſent, conſilio principum ſuorum certo iudicio diffinivit, eoſque liberos eſſe a iugo *Baſilienſis* eccleſiæ dando privilegium confirmavit *c*). Quo defuncto glorioſus *Lotharius* in regnum ſucceſſit, & privilegium, quod prædeceſſor eius religioſis fratribus ad libertatem loci eorum dederat, aſſenſu primatum ſuorum corroboravit, eosque liberos eſſe a iugo *Baſilienſis* eccleſiæ iterum privilegio confirmavit. Exoramus itaque Paternitatem veſtram, quatenus præfatis frattibus ſubveniatis, & epiſcopum, qui eos infeſtare non ceſſat, ſpirituali gladio compeſcatis. Quod enim in aula regia ſaniori conſilio apud nos eſt terminatum, hoc vos cum Romana curia ſtabilire debetis, & conſtituere ratum.

SECULUM XII.

b) Cognomento *Superbus*, qui patri *Henrico Nigro* an. 1125. ſucceſſit.
c) Privilegium hoc *Henrici* V. imp. 8. Ian. 1125. *Argentinæ* datum exhibet P. *Herrgott* l. c. p. 139.

N. XXXIX.

Honorius II. monaſterium S. *Blaſii* in protectionem apoſtolicam recipit, & confirmat liberam advocatiam.

Anno 1126. 28. Mart. Ex archiv. S. Blaſii. *T. I. p.* 382.

Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio *Bertoldo* abbati monaſterii S. *Blaſii*, quod in *Conſtantienſi* epiſcopatu in loco videlicet, qui *Nigra Silva* dicitur, ſitum eſt, eiusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Ad hoc univerſalis eccleſiæ cura nobis a proviſore omnium bonorum Domino commiſſa eſt, ut religioſas diligamus perſonas, & bene placentem Domino religionem modis omnibus propagemus, nec enim Domino gratus aliquando famulatus impenditur, niſi ex caritatis radice procedens a puritate religionis fuerit conſervatus. Proinde nos ſupplicationi tuæ clementer annuimus, & B. *Blaſii* monaſterium, cui auctore Deo præſides, cum omnibus ad ipſum per-

Digitized by Google

SECULUM XII.

tinentibus apoſtolicæ ſedis tuitione munimus. Statuimus enim, ut quæcunque hodie idem monaſterium iuſte & legaliter poſſidet, ſive in futurum conceſſione pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium iuſte atque canonice poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Nulli igitur omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Conſecrationes altarium ſive baſilicarum, ordinationes monachorum, chriſma, oleum ſacrum, & cætera ad epiſcopale officium pertinentia, a *Conſtantienſi* epiſcopo, in cuius eſtis diœceſi, accipiatis, ſi tamen catholicus fuerit, & gratiam ac communionem apoſtolicæ ſedis habuerit, & ſi ea gratis ac ſine pravitate voluerit exhibere, alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antiſtitem, & ab eo conſecrationis ſacramenta percipere, qui apoſtolicæ ſedis fultus auctoritate, quæ poſtulatis, indulgeat. Sepulturam quoque eiuſdem loci omnino liberam eſſe decernimus, ut eorum, qui illic ſepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Porro laicos ſive clericos ſæculariter viventes ad converſionem ſuſcipere nullius epiſcopi vel præpoſiti contradictio vos inhibeat. Obeunte te nunc eius loci abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & B. Benedicti regulam elegerint. Ad hæc ſalva *Conſtantienſis* epiſcopi reverentia confirmamus veſtro monaſterio *Cellam* de ſilva *Swarzwalt* a S. *Reginberto* conſtructam cum omnibus poſſeſſionibus, prædiis, & terris ad eam pertinentibus *a*). Confirmamus etiam diſpoſitionem illam, quam bonæ recordationis *Heinricus* IV. imperator de monaſterii veſtri libertate & advocatia conſtituit, & prædeceſſor noſter felicis memoriæ Papa *Calixtus* auctoritatis ſuæ privilegio roboravit, atque dilectus filius noſter *Lotharius* rex *b*) præcepti ſui firmitate munivit, & nos communi fratrum noſtrorum epiſcoporum & cardinalium deliberatione ratam habuimus, ut videlicet in advocati electione abbas liberam habeat poteſtatem cum fratrum ſuorum conſilio talem eligere, quem ad defenſionem libertatis monaſterii bonum & utilem

a) En iteratam *Cellæ S. Reginberti* confirmationem S. *Blaſii* monaſterio factam.

b) Vid. ſupra N. XXXII. Cæterum bulla hæc confirmat ea, quæ ab *Honorio* in præmiſſis litteris petebantur, quas adeo mox poſt dictum conventum datas fuiſſe neceſſe eſt, quum 28. Mart. iam ratæ ſint habitæ.

Digitized by Google

utilem eſſe cognoverit, qui non pro terreno commodo, ſed pro Dei amore ac peccatorum ſuorum venia, nec non & æternæ benedictionis mercede advocatiam ipſam bene habere cupiat & tractare. Si autem calumpniator potius quam advocatus exiſtens monaſterii bona pervaſerit, & non magis ea defenderit, & ſemel, ſecundo, tertiove commonitus nullatenus emendaverit, abbas habeat facultatem cum fratrum conſilio alium ibi utiliorem ſtatuere advocatum, quatenus ſicut a ſupradicto *Heinrico* imperatore, & a præfato filio noſtro *Lotbario* rege iudicio definitum eſt, cœnobii veſtri libertas modis omnibus a iure ſit alienata *Baſilienſis* eccleſiæ. Ad indicium autem noſtræ tuitionis & conceſſæ veſtro monaſterio libertatis *aureum unum* quotannis *Lateranenſi* palatio perſolvetis. Si quæ igitur in futurum eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit; poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri *Ibeſu Chriſti* aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri *Ibeſu Chriſti*, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego *Honorius* catholicæ eccleſiæ epiſcopus.
Ego *Creſcentius Sabinenſis* epiſcopus.
Ego *Petrus Portuenſis* epiſcopus.
Ego *Vitalis Albanus* epiſcopus.
Ego *Guillielmus Præneſtinus* epiſcopus.
Ego *Bonifacius* presbyter cardinalis tit. *S. Marci.*
Ego *Gg.* presbyter cardinalis tit. *Apoſtolorum.*
Ego *Benedictus* presbyter cardinalis tit. *Eudoxiæ.*
Ego *Iohannes* presbyter cardinalis tit. S. *Cæciliæ.*
Ego *Deſiderius* presbyter cardinalis tit. S. *Praxedis.*
Ego *Petrus* cardinalis presbyter tit. S. *Suſannæ.*
Ego *Saxo* presbyter cardinalis tit. S. *Stephani.*
Ego *Iohannes* presbyter cardinalis tit. S. *Griſogoni.*
Ego *Sigizo* presbyter cardinalis tit. S. *Xiſti.*
Ego *Aldericus* presbyter cardinalis tit. *Pamachii.*
Ego *Hubertus* presbyter cardinalis tit. S. *Clementis.*
Ego *Petrus* tit. *Calixti* presbyter cardinalis.
Ego *Petrus* presbyter cardinalis tit. S. *Marcelli.*

Digitized by Google

SECULUM XII.

Ego *Deuſdedit* presbyter cardinalis tit. S. *Laurentii* in *Damaſo.*
Ego *Gregorius* S. *Angeli* diaconus cardinalis.
Ego *Stephanus* diaconus cardinalis S. *Mariæ* in *Coſmidin.*
Ego *Ionathas* diaconus cardinalis SS. *Coſmæ* & *Damiani.*
Ego *Gregorius* diaconus cardinalis SS. *Sergii* & *Bachi.*
Ego *Iohannes* diaconus cardinalis S. *Nicolai* de *Carcere.*
Ego *Angelus* diaconus cardinalis S. *Mariæ* in *Donnica.*
Ego *Stefanus* diaconus cardinalis S. *Luciæ.*
Ego *Petrus* diaconus cardinalis S. *Mariæ* in *via lata.*
Ego *Hugo* diaconus cardinalis S. *Theodori.*

Data *Laterani* per manum *Aimerici* S. romanæ eccleſiæ diaconi cardinalis & cancellarii V. Kal. Aprilis indictione IV. incarnationis dominicæ anno MCXXVI. Pontificatus autem Domini *Honorii* II. Papæ anno ſecundo.

N. XL.

Henricus dictus *Schudi* agnoſcit maioratum *Glaronæ* ſe a monaſterio *Seckingenſi* habere.

Anno 1128. 15. Febr. T. I. p. 470.

In nomine Domini nri *Ieſu Xri.* amen. Notum ſit univerſis præſentes litteras viſuris, quod ego *Hainricus* maior a *Glarus* dictus *Schudi* ipſum maioratum *Glaronæ* a venerabili *Gutta* abbatiſſa & capitulo monaſterii *Seckingæ* &c. Actum in monaſterio *Seckingæ*: teſtes qui preſentes fuerunt *Henricus* a *Krenchingen*, *Rudolphus* a *Guttenburg*, *Cuno* dapifer a *Rinfelden*, *Henricus* a *Togern*, *Udalricus* de *Berowe* milites & alii plures. Dat. die XV. Febr. anno dominicæ incarnationis MCXXVIII. ſub Lothario tertio imperatore. Indictione VI.

N. XLI.

Innocentius II. P. M. confirmat. libertatem S. *Blaſii* ab advocatia *Baſileenſi* a).

An. 1130. 2. Nov. Ex archiv. S. Blaſii T. I. p. 380.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio *Bertholdo* abbati monaſterii S. *Blaſii*, quod in *Conſtantienſi* epiſcopatu, in loco videlicet,

a) Hic iam a. 1120. ceu Legatus Papæ ratam habuit compoſitionem de iure advocatiæ, de qua T. I. p. 380. Cæterum bulla hæc eadem fere eſt cum illa Honorii II. N. XXXIX.

Digitized by Google

cet, qui *Nigra Silva* dicitur, ſitum eſt, eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Officii noſtri nos hortatur auctoritas pro eccleſiarum ſtatu ſatagere, & eorum quieti & utilitati ſalubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque & honeſtati conveniens eſſe cognoſcitur, ut qui ad eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas & a pravorum hominum nequitia tueamur, & *beati Petri* atque apoſtolicæ ſedis patrocinio muniamus. Proinde dilecte in domino fili *Bertolde* abbas ſupplicationi tuæ clementer annuimus, & *beati Blaſii* monaſterium, cui auctore Deo præſides, cum ſuis omnibus pertinentiis apoſtolicæ ſedis ſuffragio roboramus. Statuimus enim, ut quæcunque idem monaſterium in præſentiarum iuſte & legitime poſſidet, ſive in futurum (conceſſione) pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium iuſte & canonice poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Conſecrationes altarium ſive baſilicarum, ordinationes monachorum, criſma, oleum ſanctum, & cætera ad epiſcopale officium pertinentia, a *Conſtantienſi* epiſcopo, in cuius diœceſi eſtis, accipietis, ſi tamen catholicus fuerit, & gratiam ac communionem apoſtolicæ ſedis habuerit, & ſi ea gratis ac ſine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis adire epiſcopum, & ab eo conſecrationum ſacramenta percipere, qui apoſtolicæ ſedis fultus auctoritate, quæ poſtulantur, indulgeat. Sepulturam quoque eidem loco omnino liberam eſſe decernimus, ut eorum, qui illic ſepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Porro laicos ſive clericos ſæculariter viventes ad converſionem ſuſcipere nullius epiſcopi aut præpoſiti contradictio vos inhibeat. Obeunte vero te nunc eiuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars ſanioris conſilii ſecundum Dei timorem & *beati Benedicti* regulam elegerint. Ad hæc ſalva *Conſtantienſis* epiſcopi reverentia confirmamus veſtro monaſterio *Cellam* de ſilva *Suarzewalt*, a S. *Reginberto* conſtructam cum omnibus poſſeſſionibus, prædiis & terris ad eam pertinentibus. Confirmamus etiam diſpoſitionem illam, quam bonæ recordationis *Henricus* IV. imperator de monaſterii veſtri libertate & advocatia conſtituit, & prædeceſſor noſter felicis memoriæ *Calixtus* auctoritatis ſuæ privilegio roboravit, atque dilectûs filius noſter *Lotharius*

rex

Digitized by Google

SECULUM XII.

rex præcepti ſui firmitate munivit, & ſanctæ recordationis Papa *Honorius* epiſcoporum & cardinalium deliberatione firmavit, ut videlicet in advocati electione abbas liberam habeat poteſtatem cum fratrum ſuorum conſilio talem eligere, quem ad defenſionem libertatis monaſterii bonum & utilem eſſe cognoverit, qui non pro terreno commodo, ſed pro Dei amore & peccatorum ſuorum venia, nec non & æternæ benedictionis mercede advocatiam ipſam bene habere cupiat, & tractare: ſi autem calumniator potius quam advocatus exiſtens monaſterii bona pervaſerit, & non magis ea defenderit, & ſemel, ſecundo, tertiove commonitus nullatenus emendaverit, abbas habeat facultatem cum fratrum conſilio alium ſibi ſtatuere advocatum utiliorem, quatenus ſicut a ſupradicto *Henrico* imperatore, & a præfato filio noſtro *Lothario* rege iudicio diffinitum eſt, cœnobii veſtri libertas modis omnibus a iure ſit aliena *Baſilienſis* eccleſiæ. Ad indicium autem noſtræ tuitionis & conceſſæ veſtro monaſterio libertatis *aureum unum* quotannis *Lateranenſi* palatio perſolvetis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri *Iheſu Chriſti* aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri *Iheſu Chriſti*, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego *Innocentius* catholicæ eccleſiæ epiſcopus.
Ego *Guilielmus Præneſtinus* epiſcopus.
Ego *Matheus Albanenſis* epiſcopus.
Ego *Iohannes Oſtienſis* epiſcopus.
Ego *Guido Tiburtinus* epiſcopus.
Ego *Iohannes* tit. S. *Criſogoni* presbyter cardinalis.
Ego *Petrus* presbyter cardinalis tit. *Equitii.*
Ego *Ubertus* presbyter cardinalis tit. S. *Clementis.*
Ego *Petrus* presbyter cardinalis tit. S. *Anaſtaſiæ.*
Ego *Goſelinus* presbyter cardinalis tit. S. *Cæciliæ.*
Ego *Gregorius* diaconus cardinalis SS. *Sergii & Bachi.*
Ego *Guido* diaconus cardinalis S. *Mariæ* in *via lata.*

Dat.

Digitized by Google

Dat. *Cluniaci b*) per manum *Aimerici* S. R. E. diaconi cardinalis & cancellarii IV. nonas Novembris indictione VIII. incarnationis dominicæ anno MCXXX. Pontificatus autem domni *Innocentii* II. PP. Anno I. SECULUM XII.

b) *Innocentius* II. die 15. Febr. a. 1130. Papa electus ob ſchiſma *Petri Leonis*, cui *Romani* adhærebant, in *Gallias* ſeceſſit, ibique, antequam *Claromontanum* concilium celebraret, *Cluniacum* divertens, illius monaſterii eccleſiam dedicavit, & quidem, ut probat *Pagius* (Brev. Rom. Pontif. T. II. p. 618.) circa d. 18. Oct. aut aliquot diebus poſterius, ſi quidem iuxta *Odericum Vitalem* nonniſi XI. diebus ibi commoratus ſit, quum ibi, antequam diſcederet, bullam hanc die 2. Nov. dederit. Mabillonius Annal. T. VI. p. 186. diem 25. Octob. huic dedicationi aſſignat, quæ perperam ad an. 1131. in *Bibliotheca Cluniacenſi* refertur, quum eo anno ipſo illo die 25. Oct. *Ludovicum Iuniorem Remis* regem conſecraverit *Innocentius*.

N. XLII.

Udalricus epiſcopus *Conſtantienſis Innocentium* II. certiorem facit de commiſſa S. *Blaſio* eccleſia *Burglenſi*.

Domino Papæ Innocentio *Conſtantienſis* eccleſiæ miniſter *Oudalricus* ſanctæ obedientiæ fidelem devotionem cum aſſiduitate orationum. Rogatu abbatis S. *Blaſii* & ſanctæ eius congregationis, & conſultu archiepiſcopi *Mogontini*, & ex conſenſu fratrum noſtrorum quandam Cellam in fundo S. *Blaſii*, in loco, qui dicitur *Burgilum*, ubi prius parochiana eccleſia fuit, plantari permiſimus. Huius loci ſtabilitatem quatenus auctoritate veſtra & privilegio munire & conſolidare dignaremini, paternitatem veſtram apud *Leodium a*) diligenter rogavimus: ſed quoniam multis negotiis magnarum rerum impliciti petitioni noſtræ tunc ſatisfacere non potuiſtis, idcirco de eodem, quod tunc petivimus, paternitatem veſtram iterum pulſamus, & quatenus Cella illa in quiete de cætero permaneat, privilegio auctoritatis veſtæ iuxta teſtamentum eiuſdem loci, quod conſcripſimus, comunire dignemini.

Circa a. 1132. Ex archiv. S. Blaſii. *T. I. p.* 409.

a) *Udalricus* II. ex monacho *San-Blaſiano* epiſcopus *Conſtantienſis* (T. I. p. 370.) *Innocentium* II. P. iam anno 1131. 22. Mart. *Leodii* agentem de hoc negotio promovendo ſollicitaverat; quem coronatione regis Lotharii aliiſque negotiis tunc diſtentum, demum in *Italiam* reverſum denuo pro confirmatione interpellavit. Quum ergo Papa a menſe Aprili a. 1132. *Placentiæ* manſerit uſque ad Novembrem, quo ſequens einſdem Bulla data fuit, omnino ad anni 1131. finem vel ſequentis initium conſignanda eſt hæc epiſtola. Eiuſdem epiſcopi confirmatio tranſactionis ſuper *Burgulum* a. 1130. 8. Febr. habetur apud P. *Herrgott* T. II. P. I. p. 154. & amplior apud *Schœpflinum* hiſt. Zaringo-Bad. T. V. p. 69.

N. XLIII.

Innocentius II. P. M. approbat ſeparationem eccleſiæ *Burglenſis* ab eccleſia *Eggenheim.*

SECULUM XII.

Ann. 1132. 4. Nov. Ex archiv. San-Blaſ. *T. I.* p. 409.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio *Bertoldo* abbati monaſterii S. *Blaſii* eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Quemadmodum ea, quæ a nobis ſtatuuntur, firma volumus & illibata conſiſtere, ita quæ a fratribus noſtris rationabili ſtudio geſta ſunt, intemerata cuſtodiri ſancimus. Proinde dilecte in Domino fili *Bertolde* abbas, quod de *Burgala a)* Cella & capella S. *Iohannis*, quæ in loco, qui *Ekkeneim b)* dicitur, ſita eſt a venerabilibus fratribus noſtris bonæ memoriæ *Odelrico c) Conſtantienſi* epiſcopo, & ſucceſſore eius itidem *Odelrico*, conſenſu archipresbyteri, ac cæterorum presbyterorum illius parochiæ ſtatutum eſt, auctoritate ſedis apoſtolicæ confirmamus, ut videlicet prædicta *Burgala* Cella & eccleſia *B. Iohannis*, quæ nimirum præfatis epiſcopis conſentientibus in allodio conſtructæ ſunt, quod *Quarnerius* & *Aguipertus d)* ad converſionem venientes monaſterio B. *Blaſii*, cui Deo auctore præſides, obtulerunt, cum ſuis pertinentiis perpetuo iam dicti cœnobii iuris exiſtant, ita tamen, ut in prænominata *Burgala* Cella fratres monaſterii S. *Blaſii* libere & abſque alicuius contradictione Domino famulentur, & in eccleſia B. *Iohannis* in pede montis ædificata plebs divina percipiat ſacramenta; & unaquæque ſuis contenta ſit terminis, quemadmodum a ſupradictis epiſcopis noſcitur inſtitutum. Nulli ergo hominum fas ſit hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel mutare, ſed omnia, ſicut ſuperius eſt expoſitum, perpetuis futuris temporibus in ſua ſtabilitate ſerventur. Si quis autem huius noſtræ conſtitutionis temerator exſtiterit, indignationem beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ſe noverit incurſurum.

N. XLIV.

a) Chronicon huius *Cellæ Burglenſis* ſcripſit *Conradus* S. *Blaſii* monachus, quod edidit noſter P. *Ruſtenus Heer* in *Anonymo Murenſi*, ubi plurima hanc bullam illuſtrantia habentur.

b) Eccleſia *S. Ioannis* in villa *Eggenheim* ad pedem montis *Bürglenſis* parochialis fuit, ac mutata religione adhuc dum eſt.

c) Ex charta *Hermanni* epiſc. *Conſtantienſis* inferius ad an. 1195. producenda liquet, quod *Udalricus* I. epiſc. *Conſtantienſis* de *Dillingen*, qui obiit iam anno 1127. (T. I. p. 370.) tranſtulerit *eccleſiam Burglun in poteſtatem monachorum auctoritate Domini Papæ Honorii atque Mogontini archiepiſcopi Adelberti.* Negotium ergo hoc iam inceperat *Udalricus* I. perfecit vero ſucceſſor eius *Udalricus* II. *Conſtantienſis* epiſcopus, cuius confirmatio tranſactionis ſuper loco *Burgulun* abbati S. *Blaſii* aſſerto habetur apud P. *Herrgott* Cod. Probat. T. II. P. I. p. 154. data *Baſileæ* a. 1130. 8. Febr. qui dies convenit cum feria VII. ſeu ſabbatho.

d) Sunt hi *Wernherus* de *Kaltenbach*, eiuſque frater *Wipertus*, qui ſub *Ruſteno* abbate circa an. 1120. monachi in S. *Blaſio* effecti bona ſua in *Burglen*, *Ekinheim Kaltinbach* aliaque eidem monaſterio contulerunt, ut ex citato *Bürglenſi* chronico liquet.

Digitized by Google

Ego *Innocentius* catholicæ eccleſiæ epiſcopus. Data *Placentiæ* II. nonas Novembris *e*). SECULUM XII.

e) Annum datæ huius bullæ 1132. mox numero præcedente indicavimus, quo *Innocentius* II. adhuc dum *Placentiæ* morabatur.

N. XLIV.

Bulla eiuſdem *Innocentii* P. ad *Bertholdum* abbatem S. *Blaſii* de pace cum *Scaphuſenſibus* monachis ſervanda.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis *Bertholdo* abbati & fratribus monaſterii S. *Blaſii* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Habitantes in domo Domini ſervare debent unitatem ſpiritus in vinculo pacis. Quia ergo inſpirante divina gratia ſecularia deſideria reſpuiſtis, & ſecundum B. *Benedicti* regulam vitam monaſticam profeſſi eſtis, expedit, ut veſtrum propoſitum ſtudioſius attendatis, & omnipotenti Deo verbo & opere placere curetis, ut videlicet populus fidelium veſtro exemplo & bonis moribus ad melius informetur, & veſtra devotio pro temporalibus laboribus vitam perpetuam acquirere mereatur. Nos autem dilectum filium noſtrum *Ricc.* fratrem veſtrum paterna benignitate ſuſcepimus, & ſuper controverſia, quæ inter vos & *Scaphuſenſes a*) monachos agitatur, id vobis duximus reſcribendum, quod videlicet largiente Domino Legatum noſtrum ad partes veſtras in proximo tranſmittemus, qui auditis utriuſque partis rationibus eidem liti debitum finem imponere iuſtitia dictante curabit. Orantes vos pro nobis divina gratia conſervet incolumes, & ſuo ſervitio reddat acceptos. Datum *Piſis* VI. Idus Auguſti *b*).

Anno 1134. 8. Aug. Ex eodem archivo. *T. I. p.* 436.

a) Quæ fuerit iſthæc *Blaſianorum* cum *Schafhuſenſi* S. Salvatoris monaſterio controverſia, aut quomodo diremta, non produnt monumenta domeſtica. Videtur tamen fuiſſe de monte *Stouphen*, quam diremit *Conradus* III. imp. diplomate an. 1150. dato apud P. *Herrgott* T. II. P. I. p. 174. quo montem illum S. *Blaſio* adiudicat.

b) *Innocentius* II. die 30. Maii a. 1134. *Piſis* concilium celebravit, ubi data eſt hæc bulla.

N. XLV.

Innocentius II. P. M. monaſterium *Werdenſe* in protectionem apoſtolicam ſuſcipit.

SECULUM XII.

Anno 1136. 19. Iun. Ex archiv. Werdenſ. *T. I.* p. 412.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto in Chriſto filio *Dietrico a)* abbati monaſterii S. *Crucis* de *Wörda* eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis, in perpetuum. Quemadmodum ex geſtis prædeceſſoris noſtri ſanctæ memoriæ *Leonis* IX. Papæ *b)* didicimus, nobilis quondam vir *Mangoldus* de *Wörda* devotionis intuitu monaſterium in caſtro ſuo conſtruxit, quod beato *Petro* apoſtolorum principi offerens fecit in honore ſanctæ ac vivificæ crucis per manus eiuſdem Romani pontificis conſecrari, ſanctimoniales fæminas ibidem Deo ſervituras inſtituit. Factum eſt autem, ut eodem cœnobio per operam pravorum hominum diruto atque deſtructo alter *Mangoldus* iam dicti nobilis viri filius ab apoſtolica ſede obtinuit, ut ſibi licentia præberetur idem monaſterium ad alia loca transferre, ac per hoc iuxta ipſum caſtrum in planitie terræ fundavit eccleſiam, & ſanctimoniales ibi ad Dei ſervitium deputavit. Quibus utique tam religione quam numero decreſcentibus tertius *Mangoldus* prædeceſſorem noſtrum egregiæ recordationis *Paſchalem c)* Papam humiliter adiit, ut amotis ſanctimonialibus in eodem loco monachi ponerentur, expetiit. Cuius petitioni idem Romanus pontifex benigne conſenſit, & *Gebhardo* quondam *Conſtantienſi* epiſcopo tunc apoſtolicæ ſedis Legato per ſua ſcripta mandavit, ut videlicet de Cella S *Blaſii* monachi aſſumerentur, & in eodem monaſterio ponerentur. Quod cum præfatus epiſcopus impleviſſet, idem locus tam in temporalibus quam ſpiritualibus, Deo gratiæ ſint, eſt plurimum augmentatus. Quia igitur dilecte in Domino fili *Dietrice* abbas a nobis humiliter poſtulaſti, ut idem cœnobium, cui auctore Deo præſides, apoſtolicæ ſedis privilegio muniremus: Nos, quorum præcipue intereſt, loca, quæ ad ius ſanctæ Romanæ eccleſiæ pertinent, diligere & fovere, interventu dilecti filii noſtri quarti *Mangoldi* illuſtris viri tuis deſideriis benignitate debita duximus annuendum. Per præſentis itaque privilegii paginam apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut idem cœnobium, ab ipſis fundatoribus beato *Petro* oblatum perpetuis temporibus

a) *Theodoricus* is erat, e S. *Blaſio* an. 1101. accerſitus primus *Werdenſis* abbas.

b) *Leonis* IX. hac de re bulla an. 1049. data habetur ſupra N. XIX. p. 24.

c) Paſchalis II. litteræ ad *Gebhardum* III. epiſcopum *Conſtantienſem* hic memoratæ ad manus noſtras haud pervenerunt.

Digitized by Google

poribus ſub ſanctæ Romanæ eccleſiæ tutela conſiſtat, & ordo monaſticus, qui ſecundum beati *Benedicti* regulam per iam dictum prædeceſſorem noſtrum ibidem noſcitur inſtitutus, abſque ſexus varietate ſeu mutatione in eodem loco irrefragabiliter obſervetur. Prohibemus etiam, diœceſanus epiſcopus in eodem loco nihil ſibi audeat vendicare, exceptis conſecrationibus altarium vel eccleſiarum, ordinationibus monachorum ſeu clericorum: ſi tamen hæc ipſa vobis gratis & ſine actione vel pravitate exhibere voluerit; alioquin, quemcunque malueritis, catholicum adeatis antiſtitem ab eodem ea, quæ ad ſpiritualia pertinent, ſuscepturi. Sepulturam quoque ipſius loci liberam fore decernimus, ut videlicet eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, devotioni ac ſupremæ voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat, ſalva nimirum iuſtitia matricis eccleſiæ. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat portionem ligni vivificæ crucis, quæ in eodem loco recondita eſſe creditur, pro cuius honore veſtrum cœnobium factum eſt, exinde amovere: vel quidquam ex his, quæ iam dictus prædeceſſor noſter *Leo* IX. eidem firmavit eccleſiæ, quæve in præſentiarum canonice poſſidetis, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione imperatorum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis in perpetuum & illibata ſerventur. Ad indicium autem, quod monaſterium veſtrum iuris ſit beati *Petri*, unum aureum ſingulis annis nobis noſtriſque ſucceſſoribus perſolvatis. Si qua igitur impoſterum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego *Innocentius* catholicæ eccleſiæ epiſcopus.

Ego *Willihelmus Præneſtinus* epiſcopus.

Ego *Gerardus* presbyter cardinalis tit. S. *Crucis* in *Hieruſalem*.

Data *Piſis* per manus *Aimerici* ſanctæ Romanæ eccleſiæ diaconi cardinalis & cancellarii XIII. Kal. Iulii indictione XIII. incarnationis dominicæ an. MCXXXVI. Pontificatus Domini *Innocentii* PP. II. an. VI. *d)*

d) Indictio XIII. & annus VI. pontificatus inchoatus melius convenirent anno præcedenti 1135. quo pariter *Piſis* morabatur Papa.

N. XLVI.

Teſtimonium *Theodewini* card. dedicatæ eccleſiæ *Burglenſis*.

SECULUM XII.

An. 1136. 15. Iun. Ex archiv. San-Blaſ. *T. I.* p. 409.

Anno ab incarnatione Domini MCXXXVI. indictione XIV. XVII, Kal. Iulii ego *Theodewinus* Dei gratia S. *Rufinæ* epiſcopus cardinalis, pro legatione ſanctæ eccleſiæ ad partes *Teutonicas* a Latere Domini Papæ *Innocentii* deſtinatus in epiſcopatu *Conſtantienſi* a venerabili abbate S. *Blaſii Bertolfo* eiuſque fratribus ad quandam eorum Cellam, quæ dicitur *Burgula*, pro conſecranda ibidem eccleſia ſum invitatus, quam quia privilegio Domini Papæ munitam reperi, manum ad conſecrandum fiducialiter appoſui: & quia non aliud iudex, aliud præco clamare debet, quod Dominus Papa de diſpoſitione eiuſdem loci ſcripto confirmavit *a*), ego quoque viva voce ſub anathemate confirmavi. Noverint igitur omnes Chriſti fideles, quod eccleſiam hanc, quæ in monte ſita eſt, in honorem S. *Ioannis Baptiſtæ* & S. *Ioannis* Evangeliſtæ dedicavimus, ea videlicet ratione, ut monachi in ea Deo ſerviant, & parochianus presbyter eam, quæ in pede montis ſita eſt *b*), cum his, quæ ſibi delegata ſunt habeat, nulliſque deinceps vexationibus monachos perturbare præſumat. Si quis ſane epiſcopus, ſacerdos & laicus hæc profanare temptaverit, indignationem BB. Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ſe incurſurum noverit.

a) Habetur bulla *Innocentii* II. ſupra. N. XLIII.
b) Eccleſia ſcilicet parochialis in *Eggenbrim*.

N. XLVII.

Innocentius II. P. M. confirmat monaſterio S. *Blaſii Ochſenhuſium*.

An. 1137. 29. Nov. Ex archiv. San-Blaſ. *T. I.* p. 393.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio *Bertholdo* abbati monaſterii S. *Blaſii* de Silva Nigra eiuſque ſucceſſoribus tam præſentibus quam futuris in perpetuum. Deſiderium, quod ad religionis propoſitum & animarum ſalutem pertinere monſtratur, auctore Deo ſine aliqua eſt dilatione complendum. Quam ob rem dilecti in Domino filii veſtris deſideriis

Digitized by Google

ſideriis annuentes monaſterium ædificatum a fratribus veſtri cœnobii in prædio, quod nobiles viri *Hawinus*, *Adhelbertus* atque *Chunradus* aſſenſu illuſtris quondam ducis *Welfonis* in loco, qui vulgo *Ochſenhuſen* dicitur *a*), monaſterio S. *Blaſii* in Nigra Sylva devotionis intuitu tradiderunt, qui utique in pago *Ramechgowe b*) in comitatu *Bozze*, apoſtolicæ ſedis privilegio communimus; ſtatuentes ut quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona tam in mancipiis utriuſque ſexus, areis, ædificiis, exitibus & reditibus, agris acquiſitis ac acquirendis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, ſilvis, & aliis utilitatibus ſuis, quæ in præſentiarum canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, imperatorum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis præſtante domino idem locus poterit adipiſci, firma vobis in perpetuum & illibata permaneant. Ita tamen, ut idem monaſterium cœnobio S. *Blaſii* omni tempore ſit ſubiectum, & iuxta eius normam ſive ordinem divinum ibi officium celebretur, quemadmodum ab ipſa ſua fundatione noſcitur inſtitutum. Decernimus etiam, ut nulli abbatum, ſive potentum, nulli omnino hominum liceat bona prædictæ eccleſiæ de *Ochſenhuſen* pertinentia temere perturbare, aufferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet moleſtiis fatigare; ſed & omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. *Priorem* autem eidem loco non alium præeſſe ſancimus, niſi quem abbas S. *Blaſii* providerit ſtatuendum. De advocato quoque idipſum nihilominus conſtituimus, qui ſi forte inutilis apparuerit, alius ſibi idoneus ad eiuſdem abbatis arbitrium ſubrogetur, nulluſque ibi alius de his, qui minores advocati dicuntur, aliquo tempore habeatur. Si qui vero illuc ad converſionem venire voluerint, non licebit *Priori* vel fratribus abſque licentia abbatis S. *Blaſii* eos ſuſcipere in ſuo conſortio. Maiora ſane negotia, ut puta de ædificiis transmutandis, vel beneficiis canonice concedendis, & his ſimilia ſupradicti abbatis diſpoſitioni & arbitrio reſerventur. Si quis autem huic noſtræ diſpoſitioni contradictor exſtiterit, niſi reatum ſuum congrue correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini noſtri Iheſu Chriſti alienus fiat: conſervantes autem interrenien-

a) Chartam fundationis dedimus ſupra N. XXVII.

b) De pago *Rammekewe*, *Ramechgowe*, l. c. quædam diximus. In *Traditionibus San-Gallenſibus* chart. LIX. legitur, *Lantbertum* & *Huitonem* mancipia ſua, quæ in pago *Ramackewi* habebant, monaſterio S. *Galli* obtuliſſe. *Act. in villa, que dicitur Louphaim* (ad dextram *Rothami* fluvii, qui infra *Ebingen in Danubium* præcipitatur). Cæterum qui hic *comitatus Bozze* dicitur, in charta *Herrgotti* T. I. p. 58. *comitatus Arnulfi* appellatur.

Seculum XII.

terveniеntibus beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* meritis a remuneratore omnium bonorum Domino æternæ vitæ præmia conſequantur. Amen. Amen. Amen.

Ego *Innocentius* catholicæ eccleſiæ epiſcopus.
Ego *Gregorius* diaconus cardinalis SS. *Sergii* & *Bachi.*
Ego *Guido* diaconus cardinalis S. *Adriani.*
Ego *Griſogonus* diaconus cardinalis S. *Mariæ* in *porticu.*
Ego *Ivo* diaconus cardinalis S. *Mariæ* in *Aquira.*

Data *Romæ* per manum *Lucæ* presbyteri cardinalis agentis vicem domni *Aimerici* S. R. E. diaconi cardinalis & cancellarii III. Kal. Decembris indictione I. *c*) incarnationis dominicæ anno MCXXXVII. Pontificatus vero Domini *Innocentii* PP. II. anno VIII.

c) Conſtat hinc, indictionem ab *Innocentio* ſubinde etiam iam ante Nativitatem vel novum annum fuiſſe inchoatam.

N. XLVIII.

Innocentius II. P. res & privilegia monaſterii S. *Georgii* confirmat.

Anno 1139. 14. April. T. I. p. 451.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei dilecto filio *Ioanni* abbati monaſterii ſancti *Georgii*, quod ſitum eſt in *Sylva Nigra* iuxta flumen *Briganam*, eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuam memoriam.

Apoſtolicæ ſedis clementiæ convenit, religioſa, & ſancta loca diligere, eorum quieti & utilitati paterna ſollicitudine providere, ut quemadmodum divina clementia patres in Dei populo dicimur, ita per Dei gratiam effectibus comprobemur. Ea propter dilecte in Domino, tibi, *Ioannes* abba! tuis, & fratrum tuorum deſideriis apoſtolica benignitate impertimur aſſenſum, atque ad exemplum prædeceſſoris noſtri, ſanctæ memoriæ, *Urbani* Papæ *a*), monaſterium S. *Georgii*, cui auctore Deo præeſſe dignoſceris, quod utique a nobilibus viris *Hezelone*, & *Heſsone*, ipſius loci fundatoribus *b*), beato *Petro* apoſtolorum principi collatum, ſub

a) *Urbani* II. bulla, qua S. *Georgii* monaſterium in ſuam protectionem recipit an. 1095. extat in *Schœpflini Alſatia diplom.* T. I. p. 177.
b) Bulla *Paſchalis* II. a. 1105. ib. p. 185. Vid. ſupra N. XXIX. *Heinrici* IV. imp. privilegium an. 1108. p. 41.

Digitized by Google

ſub eiuſdem apoſtolorum principis tutela & defenſione ſuſcipimus, ipſumque cum omnibus ad ipſum pertinentibus præſentis ſcripti robore communimus; ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona a præfatis viris, vel ab aliis fidelibus eidem cœnobio ſunt collata, quæcunque & in futurum conceſſione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis modis iuſte, & canonice poterit idem locus acquirere, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: villam, quæ dicitur *Stetten*. Tertiam partem villæ *Phiezen*. Prædium in loco, qui dicitur *Cambit*, & *Flauſingen*. Villam *Walda*, & *Eckha*. *Degernauw*. *Ingeltingen*. *Eysſtetten*. Prædium *Onningen*. *Leidringen*. *Degewingen*. *Magerheni*. *Wluolingen*. *Baltrameshoven*. *Tindenhoven*. *Gugenwaldt*. *Achara*. *Schlatta*. *Betechoven*. *Gruningen*. *Schweningen*. *Aſeheim*. *Embach*. *Arnoldesbach*. *Mulnheim*. *Drudenheim*. *Altheim*. *Endingen*. *Schopfheim*. *Butenheim*. *Eggeboldesheim*. *Oſthozen*, & quaſdam ſedes tributarias in *Wormatia*. *Schazboldesheim*. *Steneneswilare*. Cellam *Luchesheim* cum appendiciis ſuis. Prædium quoque *Megenhelmeswilare*, in quo & Cella, quæ vocatur S. *Ioannis*. Cellam ſitam in prædio, quod dicitur *Fridenwilare*, quod legitima commutatione cambitum eſt ab eccleſia *Augienſi c)*. Et Cellam *Ambtenhuſen*. Eccleſiam quoque in loco, qui dicitur *Vokhenhuſen*, a te tuiſque ſucceſſoribus & fratribus perpetue procurari permittimus. Decimæ quoque omnium rerum, quæ de ſylva ad eandem Cellam pertinente provenient, vel de finitimis locis alias iam pertinentibus, ſicut a venerabili *Gebehardo* epiſcopo *d)* eſt conſtitutum, veſtris, & fratrum uſibus omnimodis cedant.

Chriſma ſane, oleum ſanctum, promotiones ordinum, conſecrationes altarium, ſive Baſilicarum, ſeu alia quælibet ſacra, a *Conſtantienſi* ſuſcipietis epiſcopo, ſi quidem catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem apoſtolicæ ſedis habuerit, eamque gratis & ſine gravitate voluerit exhibere, alioqui liceat vobis catholicum, quemcunque malueritis, adire antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacra ſuſcipere. Sepulturam vero præfati cœnobii, & Cellarum ſuarum liberam omnino fore ſancimus, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Obeunte autem te nunc eiuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi, qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi aſ-

c) chartam habes ſupra N. XXXIV.

d) *Gebhardus* III. *Conſtant.* epiſcopus an. 1086. donationes eiuſdem monaſterii confirmavit. Vid. T. I. p. 184.

SECULUM XII.

ſenſu, aut fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & beati *Benedicti* regulam elegerint. Nulli quoque eccleſiaſticæ ſæcularive perſonæ licentia pateat in iam dicto monaſterio aliquas ſibi proprietatis conditiones vel hæreditarii iuris, vel advocatiæ, vel cuiuslibet poteſtatis uſurpationem, quæ libertati ipſius loci noceat, vendicare, ſeu eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel indebitis fatigationibus infeſtare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum conſervatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Porro advocatum vobis conſtituendi communi conſenſu, omnino liberam vobis concedimus facultatem, quem nimirum, ſi monaſterio inutilis fuerit, amovere, & alium idoneum vobis ſubſtituere liceat. Ad indicium autem perceptæ huius a ſancta Romana ſede libertatis, ſingulis annis unum bizantium nobis, noſtriſque ſucceſſoribus perſolvetis. Si quis igitur in poſterum huius noſtri decreti tenorem, contra eum temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonitus, ni reatum ſuum congrua emendatione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Domini redemptoris noſtri *Ieſu Chriſti* corpore & ſanguine alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubiaceat ultioni. Conſervantes autem hoc, omnipotentis Dei, & beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius benedictionem & gratiam conſequantur. Amen. Amen. Amen.

Datum *Laterani* per manum *Americi* ſanctæ Romanæ eccleſiæ cancellarii 18. Kal. Maii. Dominicæ incarnationis anno 1139. indictione II. Pontificatus Domini *Innocentii* PP. II. anno X.

N. XLIX.

Welfo dux *Spoleti* &c. benefactor monaſterii S. *Blaſii a*).

Anno 1140. Ex archiv. S. Blaſii.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus in Chriſto fidelibus, quod ego *Welpho* dux *Spoleti*, marchio *Thuſciæ*, princeps *Sardiniæ*, ac Dominus totius domus comitiſſæ *Mathildis* in loco, qui dicitur *Cunigeſtdel*

a) *Welfo* III. frater erat *Henrici* cognomento *ſuperbi*, *Bavariæ* & *Saxoniæ* ducis, a *Lothario* imp. cuius filiam duxerat, honoribus & poſſeſſionibus aucti, ſed his iterum a *Conrado* III. imp. ſpoliati, quas ſibi dein ſtrenue vindicare nitebatur *Welfo*.

Digitized by Google

eſdel b) coram *Friderico* duce *Swevorum c)* aſtantibus fidelibus meis ſcilicet *Radeperto* de *Otbolſeswanc. Herimanno* de *Marcdorf. Rodetperto* de *Crumbach. Werinhero* de *Raderei*, *Ogozo* de *Ringinhuſin. Luipuldo* de *Degginhuſin*, ac miniſterialibus meis *Hainrico* de *Walpurc. Herimanno* de *Vurte*, & cæteris quam plurimis, trado Deo & S. *Blaſio* mancipia in *Nendingen*, ſcilicet *Ioticha*, *Irmingart*, *Nahthilt*, filias *Operti* de *Wilare* apud *Ravinspurch d)* cum omni poſteritate earum ob remedium animæ meæ, omniumque parentum meorum, in ſervitutem omnium ibi Deo ſervientium. Et ſi quis hoc irritare præſumpſerit, coram Deo & angelis eius iudicatus gehennales ſemper ſentiat cruciatus. Facta autem ſunt hæc anno ab incarnatione Domini. MCXL. SECULUM XII.

b) Videtur hic eſſe locus in hiſtoria *Germaniæ* mediæ notiſſimus *Königſtahl* prope *Renſam* oppidum in *Colonienſi* tractu ad *Rhenum*, ubi olim novi electi Germaniæ reges aut cæſares proclamabantur, unde ei quoque nomen adhæſit. Datas ibi etiam fuiſſe chartas in principum conventu teſtatur charta *Friderici* ducis *Sueviæ* univerſis principibus totius *Sueviæ* in publico placito, loco qui dicitur *Kunigeſtahl*, conſidentibus an. 1185. apud P. Herrgott Cod. Prob. T. II. P. I. p. 196.

c) Fuit hic *Fridericus*, frater *Conradi* III. imp. *Barbaroſſa* dictus, dein Cæſar, tum vero dux *Sueviæ*, cui *Welfo* iſte acceptiſſimus erat, de quo plura in *Originibus Guelphicis* T. II. p. 359. ſeqq. ubi tamen p. 368. perperam primum anno 1153. in conventu Procerum *Conſtantiæ* eidem ducatum *Spoleti*, marchiam *Tuſciæ*, Principatum *Sardiniæ* & domum comitiſſæ *Mathildis* a rege *Friderico* collatum eſſe aſſeritur: dum ex hoc ipſo diplomate contrarium conſtet. Ac forte id non niſi confirmatio fuit aut reſtitutio harum terrarum *Italicarum*, quæ ei ex hereditate obtigerant. Cæterum, quæ l. c. p. 360. habentur de victoria *Welfonis* contra *Luipoldum Auſtriæ* marchionem, cui *Bavariæ* ducatus *Henrico Welfonis* fratri ereptus a *Conrado* III. imp. adiudicatus fuerat, in obſidione arcis *Valeiæ* reportata, egregie faciunt ad illuſtrandam hiſtoriam *Adelberti* II. comitis de *Bogen*, in illa obſidione an. 1140. ſagitta percuſſi, & dein apud S. *Blaſium* ſepulti, de quo pluribus T. I. Silvæ Nigræ p. 403. ſeqq. egimus.

d) *Welforum* ditiones circa *Ravenſpurgum* amplas fuiſſe vel celebre *Weingartenſe* monaſterium apud *Altorf* ab ipſis fundatum argumento eſt.

N. L.

Hermannus epiſcopus *Conſtantienſis* dotationem monaſterii *Engelbergenſis* confirmat.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis: ſicut ea, quæ prava ſunt & Deo contraria, convenit evellere ac deſtruere, ita e diverſo ea, quæ ſunt Deo amabilia ac religioſa, ſtabilire atque roborare ex Dei præcepto & noſtro officio conſtringimur. Ea propter id, quod prædeceſſor noſter B. memoriæ *Udalricus a)* epiſcopus, in *monte Angelorum* initiavit ac Anno 1143. 20 Dec. Ex archiv. Engelberg. *T. I.* p. 422.

a) Haud facile dixerim, primus ne *Udalricus Conſtant.* epiſcopus, vel ſecundus eiuſdem nominis fuerit, monachus antea *San-Blaſianus*. Bullam *Caliſti* II. P. pro eodem monaſterio dedimus ſupra

SÆCULUM XII.

ac ſtatuit, nos quoque ratum habemus, videlicet, ut eccleſia ibi ſita baptiſmalis ſit & decimalis. Et ut nullus imposterum quolibet pravo ingenio poſſit inquietare monachos ibi degentes, conſtituentes confirmamus, quatenus in monte prædicto a *Beinſtraſſo* uſque ad ſummitatem *Surranecco* in decimis & in parochia aliquid iuris & poteſtatis & requiſitionis habeat, nec *Stagnenſis* eccleſiæ presbyter ad præſens *Chuonradus*, nec aliquis ſucceſſorum eius, ſed abbas eiuſdem loci cum fratribus ſuis in præſentiarum *Frowinus*, & deinceps ſucceſſores eius, poteſtative & ſine refragatione poſſideat atque diſponat. Et ut hæc noſtræ conſtitutionis pagina maneat in perpetuum inconvulſa, placuit eandem noſtri ſigilli impreſſione roborare. Omnibus hoc decretum ſcriptum ſervantibus pax & vita æterna a Domino concedatur: omnibus, qui hoc temerare præſumpſerint, & annihilare temptaverint, ira & indignatio a Deo immittatur, ut & hic a corpore Domini præſcindantur, & in futuro æterno igni mancipentur. Amen. Amen. Amen.

Hoc vero privilegii ſtatutum ego *Hermannus Conſtantienſis* epiſcopus dedi anno ab incarnatione Domini MCXLVIII. indictione X. XIII. Kalendas Ianuarii, in ipſo loco, qui eſt caput epiſcopatus mei, id eſt; *Conſtantia*.

N. XXXV. diploma vero *Henrici* V. exhibet *Herrgottus* T. II. P. I. p. 143. cui ſubſcriptus eſt *Udalricus* epiſcopus *Conſtantienſis* huius nominis I. ad quem adeo hic memorata ſpectare videntur.

N. LI.

Apographum concambii inter monaſterium S. *Blaſii*, & *Elchlingenſe*.

Anno 1150. 24. Sept. Ex Apogr. Elchling. *T. I.* p. 428.

Nil inconſultum agere illos condecet, qui omnia ſapienter ſatagunt ac prudenter agere; quae vero ſanioris conſilii deliberatione aguntur ſeu acta firmantur, ne per antiquitatem temporis irritentur, ac oblivioni tradita infirmentur, litterarum neceſſe eſt elementis ad *a)* poſteros deſignare, & vera veracibus fideliter enarrare.

Notum ſit igitur tam futuris quam praeſentibus Chriſti fidelibus, quod fratres S. *Blaſii*, nec non & fratres de monaſterio, quod dicitur *Elchingen*, conſilio fratrum, utriuſque eccleſiae utilitati proſpicientium, fece-

a) Alibi in pergamena copia habentur: *ad poſterorum utilitatem deſignare &c.*

Digitized by Google

fecerunt quoddam concambium, fratribus utriuſque eccleſiae deinceps per ſucceſſiones temporum profuturum. Nam fratres S. *Blaſii* tradiderunt ad monaſterium *Elcbingen b)* nominata prædia his nominibus vocata: ſcilicet: *Ochſenbrunnen*, *Talbain*, *Diepelzhofen*, *Libin*, cum mancipiis, ſilvis, pratis, aquarum decurſionibus, piſcationibus, cultis, & incultis, cum omni iure, & lege, qua ipſi praefata praedia poſſederant. Simili modo *Elcbingenſis* abbas, & fratres omni repoſtulatione ſubmota tradiderunt S. *Blaſio* praedia, quae ipſi poſſederant *c) Aralingen*, *Siggingen* cum mancipiis, pratis, ſilvis, & molendinis, piſcationibus, aquarum decurſionibus, cultis & incultis cum omni lege, & iure, ac poteſtate, qua ipſi ea poſſederant.

Haec mutatio praediorum facta eſt per manus advocatorum utriuſque eccleſiae, *Conradi* regis advocati *Elcbingenſis* cœnobii, nec non & aequivoci *Cunradi* ducis advocati monaſterii S. *Blaſii.*

Acta ſunt autem haec anno ab incarnatione Domini milleſimo, centeſimo quinquageſimo VIII. Kalend. Octobris apud villam *Nawen d)*; rege *Conrado* in praefata villa colloquium cum principibus regni habente, aſtantibus idoneis teſtibus utriuſque dignitatis, & aetatis, quorum nomina infra notabimus *e)*.

Hermannus Conſtantienſis epiſcopus.
Fridilo Augenſis abbas.
Wernherus abbas de S. *Gallo.*
Adalberthus abbas *Campidonenſis.*
Stephanus abbas de *Biblingen.*
Fridericus dux.
Conradus dux.
Item *Fridericus* frater ducis *Friderici.*
Hermannus marchio.
Diepoldus marchio.

b) Alibi: nominatum, praedia his nominibus vocitata.

c) In pago Turricino in comitatu *Wernheri* comitis, his vocitata, nominata, videlicet: *Kilchdorf. Baden*, *Nuſsbomen* &c. habentur alibi in altera pergamena & antiqua copia.

d) Videtur hæc villa eſſe *Nawe* prope *Ulmam* in confinio monaſterii *Elcbingenſis*, quæ hodie *Langenau* dicitur.

e) Qui hic teſtes numerantur, plerique iterum occurrunt in diplomate *Friderici* I. imp. pro diœceſi *Conſtantienſi* dato an. 1155. *Gallia Chriſt.* T. V. inter inſtrum. p. 517. Scrupulum movere poſſent *Adelbertus Campidonenſis* abbas & *Stephanus Wiblingenſis* hic notati, quorum iſte primum poſt an. 1152. notatur in Gallia chriſtiana, alter iam an. 1147. defunctus memoratur. Potius tamen chartæ ſtandum arbitramur. Vid. etiam infra N. LVIII.

 Rudol-

Digitized by Google

SECULUM XII.

Rudolphus comes de *Rammſperg.*
Eberhardus comes de *Kirchberg.*
Burckardus comes de *Zollern.*
Marquardus comes de *Veringen.*
Alwicus comes de *Sulz.*
Diepoldus comes de *Bergin.*
Beringer de *Albecko.*
Vdalricus de *Lenzburg.*
Tegenhardus de *Halenſtein.*
Burckardus de *Horburg.*
Lutoldus de *Tegenfeld.*
Cuno de *Cunringen*, & alii plures.

N. LII.

Parthenon in *Sicinchilcha* ab abbate & capitulo S. *Blaſii* conſtabilitur.

Anno 1151. 3. Nov. Ex archiv. S. Blaſ. *T. I. p.* 409.

Omne quod in partes diverſas bonis moribus, ſaniſque conſiliis fuerit diffinitum, neceſſe eſt propter futura iurgia, quæ ſuccedentibus temporibus oriri poſſunt, præcavenda, conſcriptionis vinculo annotare. Hac igitur ſubſcripta carta recognoſcat tam præſens quam futura poſteritas, quod ego *Guntherus* abbas S. *Blaſii* communi fratrum meorum conſilio, petitione quoque familiarium noſtrorum clericorum ac laicorum, ſorores, quæ temporibus anteceſſoris noſtri Domni *Bertholdi* abbatis iuxta eccleſiam noſtram *Sicinchilcha* conſederunt, ſub obedientiam noſtram & ſubiectionem recepimus, ipſumque locum cum omnibus ad eum pertinentibus, ſive quæ in præſenti habuerint, ſive quæ poſt in futurum acquiſierint cum omni iure proprietatis & debitæ ſubiectionis ſuſcepimus, nobiſque & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum ſubditum eſſe ipſum locum confirmamus. Unde & ſecundum regulam S. *Benedicti* ordinemque *Berowenſium* perpetualiter domino ſervire inſtituimus, orationeſque pro defunctis earum ſicut *Berowenſibus* dedimus. Ad ſupplementum itaque ſervitii Dei ipſam eccleſiam noſtram *Sicinchilcha*, quæ quondam *Werinherus* de *Chaltinbach* cum filiis ſuis *Werinhero* & *Wiperto* Deo & S. *Blaſio* legitime tradidit, cum omnibus appendiciis ſuis, quos in eadem villa poſſidet, eis concedimus, & omnibus ibi Domino in noſtra

Digitized by Google

noſtra obedientia & ſubiectione ſervientibus. Sed & prædium quod *Ruodolfus* de *Madilberch Sancto Iohanni* apud *Burgulun* tradidit, quod ipſæ ſorores pro xx talentis *Priscaugenſis* monetæ in vadimonium acceperant, rogatu prædictorum religioſorum fratrum *Werinheri* & *Wiperti*, quorum prior apud nos præpoſitus, ſequens apud ipſum locum *Burgulun* procurator fuit, etiam eiuſdem ſororibus ad utendum conceſſimus. Statuimus etiam, ut curam animarum a Priore de *Burgulun* noſtra commendatione habeant, nullumque deinceps ſine conſilio tam noſtro quam Prioris de *Burgulun* ibidem recipiant. Et ut pactum hoc inviolabiliter & inconvulſum perpetuo maneat, ſigilli noſtri impreſſione confirmare ſtuduimus. Acta ſunt hæc in cœnobio S. *Blaſii* anno incarnationis Dominicæ MCLI. III. nonas Novembris feliciter. Amen. Amen. SECULUM XII.

N. LIII.

Conradus II. monaſterii *Tiezelnheimenſis* pro viris religioſis Ord. S. Aug. fundationem confirmat.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis *Counradus* divina favente clementia Romanorum rex ſecundus Auguſtus. Anno 1151. 7. Ian. Ex arch. Creuzling. T. I. p. 477.

Si anteceſſorum noſtrorum regum & imperatorum circa eccleſias Dei, & eccleſiaſticas perſonas confovendas ac promovendas devotionis ac pietatis inhærere veſtigiis ſtudebimus, & ad cultum divinæ religionis & obſequii propagandum, imperialis noſtræ tuitionis ſuffragia eis nunc & in perpetuum providebimus, id nobis tam ad præſentis vitæ tranquillitatem, quam ad æternam beatitudinem promerendam nobis profuturum fore non ambigimus.

Eapropter notum ſit omnibus tam præſentibus, quam futuræ ætatis Chriſti fidelibus, qualiter nos religioſorum virorum preces clementer admiſimus, & Cellam quamdam *Tiezlenheim* dictam, quam liber homo, & nobilis *Marcwardus* nomine, uxore orbatus ac liberis, *Ieſum Chriſtum* filium Dei univerſorum bonorum ſuorum hæredem conſtituens, in honorem eius, & beatiſſimæ matris ipſius *Mariæ* in proprio allodio fundavit, ſub noſtra imperiali tuitione ſuſcipimus, & prædia, quæ ipſe ad ſuſtentationem fratrum Deo inibi ſub regula beati *Auguſtini* devote famulantium, ſine omnium hominum contradictione legaliter contradidit,

villas

Digitized by Google

SECULUM XII.

villas videlicet *Criesheim*, *Munechingen*, *Eſſinum*, *Wilo*, *Ruthi*, *Ranſebach*, *Rieden a)*, vel quæcunque oblatio fidelium in poſterum contulerit, ſeu ſollicitudo fratrum quoquo modo iuſte contraxerit, prædictæ Cellæ præſentis ſcripti privilegio, ac totius corroborationis munimine confirmamus. Concambium quoque quod pro decimis eius loci, in qua Cella conſtructa eſt, cum *Karolo Tugenſe* parochiano & eius eccleſia, licentia, & conſenſu *Hermanni Conſtantienſis* epiſcopi, adſtipulantibus utrinque advocatis, iure legali factum eſt, ratum habentes, locum ipſum ab omni iure decimali, quod prius *Tugenſi* eccleſiæ perſolvebat, liberum eſſe in perpetuum ſtatuimus. Præterea decernimus, ut *Cuonradus* de *Crenkingen*, & poſt eum per ſucceſſionem prolis, filius primogenitus, eccleſiæ iam dictæ advocatiæ dignitatem conceſſione abbatis, qui nunc præeſt abbatiæ, eiuſque ſucceſſorum, tali conditione obtineat, ut nullum ſubadvocatum vice ſua unquam ſubſtituat: & ſi quam iniuriam eccleſiæ, vel fratribus populisve advocatiæ ſuæ ſubiectis, ſciens, & contumelioſe facere præſumpſerit, niſi ſecundo tertiove per abbatem vocatus, congrua ſatisfactione emendaverit, dignitate advocatiæ privetur, & alter, quem abbas cum fratribus de eadem cognatione idoneum & utilem elegerit, per manum abbatis ſubſtituatur. Ut autem hoc imperiale decretum noſtrum omne per ævum ſtabile, & inconvulſum permaneat, præſentis privilegii noſtri paginam ſigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Adiicientes, & regia auctoritate ſancientes, ut ſi quis horum, quæ ſtatuimus, temerarius violator extiterit, banno regali ſubiaceat, & triginta libras auri optimi cameræ noſtræ, totidem prædictæ eccleſiæ perſolvat. Teſtes quoque idoneos, in quorum præſentia hæc facta ſunt, ſubterſcribi iuſſimus: quorum nomina hæc ſunt: *Hermannus Conſtantienſis* epiſcopus, *Ortliebus Baſilienſis* epiſcopus, *Adelgotus Curienſis* epiſcopus, *Fridelohnus Augenſis* abbas, *Wernher* abbas ſancti *Galli*, *Egelolfus Morbacenſis* abbas, abbas de *Petrishuſen Albertus*, *Manegoldus* abbas ſancti *Oudalrici*, *Fridericus* dux *Sueviæ*, *Conradus* dux *Burgundiæ*, filius eius *Bertoldus*, *Hermannus* marchio de *Baden*, Dominus *Welfo*, comes *Wernherus* de *Baden*, comes *Humbertus*, & frater eius, *Udalricus* de *Lenzburch*, comes *Eberhardus* de *Nellenburch*, comes *Rudolfus* de *Phullendorf*, comes *Albertus* de *Dillingen*. Actum *Conſtantiæ* feliciter an. 1152. Signum Domini *Conradi* Romanorum regis ſecundi. Ego *Arnoldus* cancellarius, vice *Henrici* archiepiſcopi, & archicancellarii recognovi, data 7. idus Ianuarii, indictione XV. anno domi-

a) In hanc villam *Riederen* brevi poſtea translata eſt Cella; ac dein *Creuzlingano* cœnobio ſub Præpoſituræ nomine unita.

dominicæ incarnationis MCLII. Regnante Domino *Cunrado* glorioſiſſimo Romanorum rege ſecundo Auguſto an. II. *b)* regni eius XIIII. SECULUM XII.

b) Numerus hic II. redundat, utpote nec ad regem referendus, qui iam ſecundus dictus fuit, nec ad regni annos, nec ad imperium, quum imperator numquam coronatus fuit.

N. LIV.

Cura eccleſiæ in *Chaltenbach* committitur *Burglenſi* Priori.

Anno 1155. 25. Ian. Ex archiv. S. Blaſ. T. I. p. 480.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *Hermannus Conſtantienſis* eccleſiæ epiſcopus per omnia diſponentis Dei gratiam. Noverit omnium tam præſentium quam futurorum fidelis devotio, quia in *Nigra Silva* in pago *Priſacaudia* ſita eſt quædam eccleſia in villa *Chaltenbach*, quæ quidem eccleſia ab omni aliarum eccleſiarum ſubiectione libera & abſoluta cognoſcitur, quantum ad ipſam ſpectat, niſi quod, quando epiſcopus vel eius nuntius ſedet in iudicio apud *Chandero a)*, ibi debet occurrere, & iudicium pati pro eccleſiaſtico iudicio & iure populus de prædicta villa. Hæc tamen eccleſia, quamvis curam hominum in ſuis terminis poſitorum habeat, non tanta præpollet ſubſtantia, quæ ſufficiat cuiquam clerico ad victum & veſtitum. Quod ego ſolerti atque pia pertractans conſideratione conceſſi atque adiunxi prædictam eccleſiam *Chaltenbach* cum omni facultate ſua, & ea, quæ ei pertinet, cura animarum eccleſiæ de *Burglun*, ea lege, quatenus Prior eiuſdem Cellæ cum fratribus ſuis libere ac ſapienter præſit ac provideat eidem eccleſiæ & hominibus eo pertinentibus. Hoc autem conceſſi petitione *Guntheri* abbatis monaſterii S. *Blaſii*, *Wernheri* & *Wiperti*, quorum parentes exſtiterunt fundatores eccleſiæ de *Chaltenbach*, & cæterorum religioſorum virorum; præcipueque hæc cauſa ad hoc faciendum impulit, quod felicis memoriæ *Udalricus* de *Tilingin b)* meus prædeceſſor tranſtulit eccleſiam *Burglun* in poteſtatem monachorum auctoritate Domini Papæ *Honorii* atque *Mogontini* archiepiſcopi *Adelberthi*. Cæterum ut hæc conſtitutio inconvulſa permaneat in perpetuum, noſtro ſigillo impreſſo hanc paginam

a) *Kanderen* vicus eſt *Badenſis* infra montem *Burglen*, ad fluv. *Cander* verſus *Baſileam*.
b) Huius nominis I. qui, ut & eius ſucceſſor *Udalricus* II. rem confecit, ut patet ex bulla *Innocentii* II. ſupra N. XLIII. producta.

Digitized by Google

SECULUM XII. roborare placuit. Actum eſt anno ab incarnatione domini MCLV. indictione II. *c)* VIII. Kal. Februarii in loco, qui dicitur *Hugelheim d)*.

c) Indictio II. more Pontificum tunc currebat adhuc.
d) *Hugelheim* ſeu *Hügelen* villa eſt in eodem pago adhuc ſita.

N. LV.

Adrianus IV. S. *Blaſium* in protectionem apoſtolicam ſuſcipit, varias Cellas, & eccleſias, liberam ſepulturam, ſuſceptionem monachorum, abbatum & advocati electionem &c. confirmat, novalia & pabulum a decimis eximit, ac parochos in ſecularibus rebus S. *Blaſio* ſubiicit.

Anno 1157. 8 Iunii. Ex archiv. S. Blaſii *T. I. p.* 393.

Adrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio *Guntbero* abbati monaſterii S. *Blaſii*, quod in *Conſtantienſi* epiſcopatu, in loco videlicet, qui *Nigra Silva* dicitur, ſitum eſt, eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Iuſtis religioſorum deſideriis conſentire, ac rationabilibus eorum poſtulationibus clementer annuere, apoſtolicæ ſedis, cui largiente domino deſervimus, auctoritas & fraternæ charitatis unitas nos hortatur. Quo circa dilecte in domino fili *Gunthere* abbas tuis iuſtis petitionibus gratum impertientes aſſenſum præfatum B. *Blaſii* monaſterium, cui Deo auctore præeſſe dinoſceris, ad exemplar prædeceſſoris noſtri fel. mem. Papæ *Innocentii a)* ſub B. *Petri*, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus: ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. *Ochſenhuſin* Cellam cum eccleſiis ad eam pertinentibus, *Rainſtetten*, *Mittilbuc*, eccleſia de *Berichem*, eccleſia de *Banhem*, eccleſia de *Arla*, eccleſia de *Horſenhuſen*, eccleſia de *Wolpach*, & aliis eccleſiis cum pertinentiis earum *b)*. Cellam *Berowa* cum eccle-
ſiis

a) Secundi id nominis, cuius bulla habetur ſupra. N. XLI.
b) Cella hæc cum eccleſiis ſuis hic expreſſis iam a ſec. XV. ſui iuris eſt.

Digitized by Google

ſiis ad eam pertinentibus, id eſt, *Beroua*, *Nuchilca*, cum cæteris eccleſiis eiuſdem Cellæ *c*). Cellam *Witinoua d*) cum eccleſiis ſuis *Wiſelat* videlicet, *Tennibero*. Cellam *Burgulun* cum eccleſiis ſuis, *Eggenheim* ſcilicet, *Sicenchilcha*, *Chaltenbach* cum eo iure & poteſtate in decimis accipiendis, & in aliis, quæ venerabilis frater noſter *Hermannus Conſtantienſis* epiſcopus monachis de *Burgulun* rationabiliter noſcitur conceſſiſſe, & ſcripto ſuo confirmaſſe. Cellam *Wizilinchovin e*). Eccleſias quoque *Batemaringin f*) cum ſubdita ſibi eccleſia *Moucheim*; *Steina*, *Brambach*, *Richeim*, *Eueringin*, *Hougelheim*, *Rotwilo*, *Grizheim*, *Sneiſanc*, *Stallinkovin*, *Chilotorf*, *Tougingin*, *Guldelwanc*, *Nallingin*, *Plochingin*, *Buron*, *Brunnon*, *Luvingin*, *Entilibouch*, *Schwercin*, *Waremoundisriet*, ceteraſque eccleſias cum omnibus earum pertinentiis. Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumtibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas exigere præſumat. Statuimus etiam, ut in parochialibus eccleſiis, quas tenetis, ſacerdotes idoneos eligatis, & epiſcopo præſentetis, quibus, ſi idonei fuerint, epiſcopus animarum curam abſque contradictione committat, ut de plebis quidem cura epiſcopo rationem reddant, vobis autem pro rebus temporalibus ad ipſum monaſterium pertinentibus debitam ſubiectionem exhibeant. Criſma vero, oleum ſacrum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes monachorum, qui ad ſacros or-

c) *Berovienſis* parthenon cum eccleſia parochiali cognomine monaſterio adhuc paret; *Nuchilca* ſeu *Neukirch* in *Scaphuſenſi*, *Omingen* nunc *Hochemmingen* in capitulo *Wurmlingen* ad eum olim pertinuerunt. Vid. T. I. p. 394. ſeqq.

d) Chartam traditionis eccleſiæ in *Wittnau* ad S. *Blaſii* monaſterium dedimus ſupra N. XXVI. quæ iam ab *Uttone* abbate in clauſtrum fuit commutata. Nunc cum eccleſiis ſuis paret Marchionibus Badenſibus, perinde ac eccleſiæ *Burglenſis* Cellæ hic recenſitæ.

e) De Cella *Wistickoſen* in agro *Helvetico* pagoque *Turiceno* egimus T. I. p. 411. Bulla *Innocentii* II. data 28. Nov. 1138. qua traditionem huius Cellæ ratam habet, legitur apud P. *Herrgott* T. II. P. I. p. 157.

f) Eccleſiæ hic enumeratæ variis in locis ſitæ ſunt, nec ad Cellas pertinuerunt, eæque partim monaſterio adhuc ſubditæ, partim ſubtractæ. Huius generis ſunt *Batimaringen* ſeu *Betmaringen*, de qua ſupra N. XXXII. parochialis cum filiali ſua *Mauchen*: *Grizheim* ſeu *Grieſſen* in *Kietgovia*: *Sneiſanc* ſeu *Schneiſſingen* in *Helvetia*, uti & *Chilotorf* ſeu *Kirchdorf* eidem vicina regularis eccleſia, per concambium ab *Elchingenſi* cœnobio nuper accepta N. LI. alræve. His plures adhuc adduntur in bulla antipapæ *Calixti* III. data *Fulginei* 26. April. 1173. (T. I. p. 392.) ſcilicet Cella *Sizzenchilcha*, quæ hic eccleſia adhuc vocatur, non Cella, (Vid. ſupra N. LII.) eccleſiæ vero *Louba*, *Wrimos*, *Mintriedin*, *Altriechsrieth*, *Loppinhuſin*, *Utinwilare*. *Howidorf*, *Teigingin*, (forte eadem cum *Tougingin*), *Wilare*, *Blochingin*, *Ritte*, *Haginilo*, *Omingin*, *Imindingen*, *Bacheim*, *Gunditwanc*, quæ hic *Guldelwanc* dicitur, *Bernowa*, *Schonnowa*, *Geriſpach*, *Varnowa*, *Tullinchovin*, *Cuiringin*, *Blanſingin*, *Wiſintowa*, *Chernis*, *Nuheim*, *Steinhuſin*, *Rebiſtal*, *Stallinchovin*, *Birbonmiſtorf*, *Stadiln*, *Hachinſwanda*. Ex his omnibus eccleſiis parochialibus plures haud noſtri adhuc iuris ſunt, variis temporum caſibus ad alios devolutæ. De *Bernova*, *Schonnova* & *Hachinſwanda*, infra N. LVIII. & LXII. redibit mentio.

SECULUM XII. dines fuerint promovendi, & cætera ad epiſcopale officium pertinentia, a *Conſtantienſi* epiſcopo, in cuius diœceſi eſtis, accipietis, ſi tamen catholicus fuerit, & gratiam atque communionem apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea gratis ac ſine pravitate voluerit exhibere: alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacramenta recipere: qui nimirum noſtra fultus auctoritate, quæ poſtulantur, indulgeat.

Sepulturam quoque eiuſdem loci liberam omnino eſſe decernimus, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen iuſtitia matricis eccleſiæ. Porro clericos ſive laicos liberos & abſolutos ad converſionem ſuſcipere nullius epiſcopi vel præpoſiti contradictio vos inhibeat. Obeunte vero te nunc eiuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & B. *Benedicti* regulam elegerint. Cellam quoque de Silva *Swarzwalt* a S. *Reginberto* conſtructam veſtro monaſterio confirmamus, cum omnibus poſſeſſionibus, prædiis & terris ad ipſam pertinentibus. Inſuper diſpoſitionem illam, quam bonæ memoriæ *Henricus* IV. imperator & *Lotharius* rex de monaſterii veſtri libertate & advocatia conſtituerunt, & prædeceſſores noſtri felic. rec. *Calixtus*, *Honorius* & *Innocentius*, Romanorum pontifices, epiſcoporum & cardinalium deliberatione firmarunt, vobis nihilominus confirmamus, ut videlicet in advocati electione abbas liberam habeat poteſtatem cum fratrum ſuorum conſilio talem eligere, quem ad defenſionem libertatis monaſterii bonum & utilem eſſe cognoverit, qui non pro terreno commodo, ſed pro Dei amore & peccatorum ſuorum venia, nec non & æternæ benedictionis mercede advocatiam ipſam bene habere cupiat & tractare. Si autem calumpniator potius quam avocatus exiſtens monaſterii bona pervaſerit, & non magis ea defenderit, & ſemel & ſecundo tertiove commonitus nullatenus emendaverit, abbas habeat facultatem cum fratrum conſilio alium ſibi ſtatuere advocatum utiliorem, quatinus ſicut a præfato *Henrico* imperatore & a *Lothario* rege iudicio diffinitum eſt, cœnobii veſtri libertas modis omnibus a iure *Baſilienſis* eccleſiæ ſit aliena.

Ad indicium autem huius a ſede apoſtolica perceptæ tuitionis, & conceſſæ veſtro monaſterio libertatis aureum unum nobis noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino

hominum

hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ auctoritate, & diœceſanorum epiſcoporum canonica iuſtitia. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſmo. corpore ac ſanguine Dei & Domini noſtri *Ieſu Chriſti* aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. SECULUM XII.

Ego *Adrianus* catholicæ eccleſiæ epiſcopus
Ego *Gregorius Sabinenſis* epiſcopus.
Ego *Manfredus* presbyter cardinalis tit. S. *Savinæ.*
Ego *Iulius* presbyter cardinalis tit. S. *Marcelli.*
Ego *Hubaldus* presbyter cardinalis tit. S. *Crucis in Ieruſalem.*
Ego *Octavianus* presbyter cardinalis tit. S. *Cæciliæ.*
Ego *Gerardus* presbyter cardinalis tit. S. *Stephani* in *Celio monte.*
Ego *Henricus* presbyter cardinalis tit. SS. *Nerei* & *Achillei.*
Ego *Ildebrandus* presbyter cardinalis *Baſilicæ XII. Apoſt.*
Ego *Odo* diaconus cardinalis S. *Georgii* ad *velum aureum.*
Ego *Boſo* diaconus cardinalis SS. *Coſmæ* & *Damiani.*
Ego *Albertus* diaconus cardinalis S. *Adriani.*

Dat. *Laterani* per manum *Rolandi* S.R.E. presbyteri cardinalis & cancellarii VI. id. Iunii indict. V. incarnationis dominicæ an. MCLVII. Pontificatus Domni Adriani Papæ IIII. anno III.

N. LVI.

Adrianus IV. P. M. monaſterium *Engelbergenſe* in protectionem accipit.

Anno 1157. 8. Iun. Ex archiv. Engelberg. *T. I. p.* 423.

Adrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio *Frowino* abbati monaſterii S. *Mariæ*, quod in *Conſtantienſi* epiſcopatu, in loco, qui

L 3

SECULUM. XII. qui dicitur *mons Angelorum*, ſitum eſt, eiuſque ſucceſſoribus regulariter inſtituendis in perpetuum. Effectum iuſta poſtulantibus indulgere vigor æquitatis, & ordo exigit rationis, præſertim quando petentium voluntatem & pietas adiuvat, & veritas non relinquit. Ea propter, dilecte in Domino fili *Frowine* abbas, tuis iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium, cui Deo auctore præeſſe dinoſceris, ſub B. *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda nominibus. Eccleſiam de *Stannes*. Eccleſiam de *Buoches* cum omnibus pertinentiis ſuis. Sane volumus veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas exigere præſumat. Præterea in parochialibus eccleſiis, quas tenetis, liceat vobis ſine alicuius contradictione idoneos ſacerdotes eligere, & electos diœceſano epiſcopo præſentare; quibus, ſi idonei fuerint, epiſcopus animarum curam committat, ut de plebis quidem cura epiſcopo rationem reddant, vobis autem de temporalibus ad idem monaſterium pertinentibus debitam ſubiectionem exhibeant. Ad hæc adiicientes ius, quod in decimis accipiendis, & cætera, quæ *Oudalricus* & *Hermannus* a) *Conſtantienſes* epiſcopi monaſterio veſtro conceſſiſſe & confirmaſſe noſcuntur, vobis auctoritate apoſtolica nihilominus confirmamus. Criſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes monachorum veſtrorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, & cætera ad epiſcopale officium pertinentia a *Conſtantienſi* epiſcopo, in cuius diœceſi eſtis, accipietis, ſi tamen catholicus fuerit, & gratiam atque communionem apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea gratis ac ſine pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacramenta percipere; qui noſtra fulcitus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Sepulturam quoque ipſius loci omnino liberam eſſe ſancimus, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen iuſtitia matricis eccleſiæ. Liceat autem vobis clericos e ſæculo fugientes, vel laicos liberos, niſi excommunicati ſint, abſque ullius contradictione ad converſionem

a) Vid. ſupra N. L.

Digitized by Google

verſionem ſuſcipere. Obeunte vero te nunc eiuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & S. *Benedicti* regulam providerint eligendum. Ad hæc diſpoſitionem illam, quam bonæ recordationis *Heinricus b)* imperator quartus de monaſterii veſtri libertate & advocati electione conſtituit, & felicis memoriæ Papa *Innocentius* ſuo privilegio confirmavit, nos apoſtolicæ ſedis auctoritate firmamus, ut videlicet abbas cum conſilio, fratrum ſuorum utilem eligat advocatum, qui non pro terreno commodo, ſed pro Dei amore, & peccatorum ſuorum venia advocatiam ipſam bene habere cupiat, & tractare, & nunquam hereditario iure in aliquem perveniat. Si autem calumpniator potius quam advocatus exiſtens monaſterii bona pervaſerit, & non magis ea defenderit, & ſemel ac ſecundo tertiove commonitus non emendaverit, abbas habeat facultatem, cum conſilio fratrum ſuorum alium utiliorem ſibi advocatum ſtatuere. Ad indicium autem huius a ſede apoſtolica perceptæ tuitionis & libertatis unum aureum nobis noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare aut eius poſſeſſiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, & omnia integra ſerventur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ auctoritate, & dioceſanorum epiſcoporum canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſſimo corpore & ſanguine *Chriſti Ieſu*, Dei & domini redemptoris noſtri aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat: cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

SECULUM. XII.

Ego *Adrianus* epiſcopus catholicæ eccleſiæ.
Ego *Gregorius Sabinenſis* epiſcopus.
Ego *Manfredus* presbyter cardinalis tit. *Savinæ*.
Ego *Iulius* presbyter cardinalis tit. S. *Marcelli*.
Ego *Hubaldus* presbyter cardinalis tit. S. *Crucis* in *Hieruſalem*.
Ego

b) Huius nominis V. cuius diploma extat apud P. *Herrgott*. T. II. P. I. p. 143.

Digitized by Google

SECULUM XII.

Ego *Octavianus* presbyter cardinalis tit. S. *Caeciliæ*.
Ego *Gerardus* presbyter cardinalis tit. S. *Stephani* in *Celio Monte*.
Ego *Henricus* presbyter cardinalis SS. *Nerei* & *Achillei*.
Ego *Ildeprandus* presbyter cardinalis *Baſilicæ* XII. *Apoſtolorum*.
Ego *Odo* diaconus cardinalis S. *Georgii* ad *velum aureum*.
Ego *Bobo* diaconus cardinalis SS. *Coſmæ* & *Damiani*.
Ego *Albertus* diaconus cardinalis S. *Adriani*.

Data *Laterani* per manum *Rolandi* S. R. E. presbyteri cardinalis & cancellarii VI. idus Iunii indictione V. Incarnationis dominicæ an. MCLVII. Pontificatus vero Domini *Adriani* PP. IIII. anno III.

N. LVII.

Adrianus IV. confirmat ſeparationem eccleſiæ *Bürglenſis* ab eccleſia in *Eggenheim*, ab epiſcopo *Conſtantienſi* factam, ac ſimul ratam habet unionem eccleſiæ in *Kaltenbach*.

Anno 1157. 10. Iulii Ex archiv. San-Blaſ. *T. I.* p. 409. 480.

Adrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis *Guntbero* abbati monaſterii S. *Blaſii* eiuſque ſucceſſoribus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ea, quæ a fratribus noſtris epiſcopis rationabiliter geſta eſſe noſcuntur, in ſua debent ſtabilitate conſiſtere, & ne alicuius temeritate in poſterum valeant immutari, apoſtolicæ ſedis convenit auctoritate muniri. Quo circa dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, illud, quod de *Burgila* Cella & capella S. *Iohannis*, quæ in loco, qui *Egginheim* dicitur, ſita eſt, a bonæ memoriæ *Udalrico Conſtantienſi* epiſcopo, & ſucceſſore eius *Udalrico* a) conſenſu archipresbyteri ac cæterorum presbyterorum illius parochiæ ſtatutum eſt, ad exemplar felic. mem. Papæ *Innocentii* auctoritate ſedis apoſtolicæ confirmamus, ut videlicet prædicta *Burgila* Cella & eccleſia S. *Iohannis*, quæ nimirum præfatis epiſcopis conſentientibus in allodio conſtructæ ſunt, quod *Werinherus* & *Wipertus* ad converſionem venientes monaſterio S. *Blaſii*, in quo divino mancipati eſtis obſequio, canonice obtulerunt, cum ſuis pertinentiis perpetuo iam dicti cœnobii iuris exiſtant, ita tamen, ut in prænominata *Bürgula* Cella vos libere

&

a) Vid. ſupra N. XLII. & ſeq.

& abſque alicuius contradictione Domino ſerviatis, & in eccleſia S. *Iohannis Eggenheim* in pede montis ædificata plebs divina percipiat ſacramenta, & unaquæque ſuis contenta ſit terminis, quemadmodum a prædictis epiſcopis noſcitur inſtitutum. Præterea eccleſiam *Chaltenbach* cum omni iure & facultate ſua, ſicut venerabilis frater *Hermannus b)* epiſcopus *Conſtantienſis* monaſterio veſtro conceſſiſſe, & ſcripto ſuo noſcitur confirmaſſe, nos auctoritate confirmamus. Nulli ergo omnium hominum fas ſit huius noſtræ confirmationis paginam temerario auſu infringere, aut ei modis aliquibus contradicere. Si quis autem id attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. SECULUM XII.

Ego *Adrianus* catholicæ eccleſiæ epiſcopus.

Datum *Laterani* per manum *Rolandi* S. R. E. presbyteri cardinalis & cancellarii VI. id. Iulii indictione V. Pontificatus Domni *Adriani* Papæ IIII. Anno III.

b) Vid. ſupra N. LIV.

N. LVIII.

Hermannus epiſcopus *Conſtantienſis* eccleſias in *Berau* & *Hechenſwand* ſolis committit monachis.

Hermannus Dei gratia *Conſtantienſis* epiſcopus dilecto filio ſuo *Gunthero* abbati cœnobii S. *Blaſii* eiuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum. Quoniam pontificalem ad hoc ſuſcepimus dignitatem, ut, quæ religioſa ſunt atque bona, propagemus, id iuxta vires divinitus acceptas exequi ratio perſuadet. Agnoſcat igitur omnis tam præſens ætas, quam futura poſteritas, qualiter ſervitium Dei ipſo opitulante in loco *Berowa* ſit auctum, & qualiter in eodem loco prius unius officio clerici contento, multorum monachorum atque ſanctimonialium ſit inſtituta religio. Felicis memoriæ *Rouſteinus a)* abbas multas in Domino ſorores ad humilitatem monaſticæ converſationis ex alto genere ac ſeculari vita in iam præfata Cella cœlitus inſpiratas collegit, eiſque regendis ac procurandis Priorem alioſque fratres ſuos præeſſe & Anno 1158. 4. April. Ex archiv. San-Blaſ. *T. I.* p. 480.

a) Vid. quæ diximus T. I. p. 394. ſeqq. Eccleſiam ibi in honorem S. *Pancratii* M. *Gebhardus* III. *Conſtant.* epiſcopus an. 1098. conſecravit T. I. p. 218.

Digitized by Google

SECULUM XII.

miniſtrare ordinavit. Verum ne ſpirituales fratres & ſorores a ſecularibus clericis, ut fieri ſolet, aliquid paterentur infeſtationis vel gravaminis, inſuper ut & neceſſaria vitæ ſtipendia plenius haberent ex decimis & poſſeſſionibus eccleſiæ, qui ibi Deo ſervirent, idem, quem iam commemoravimus, abbas impertivit clementia divinitatis aſpirante, quod *Gebehardus* epiſcopus meus prædeceſſor conceſſit eccleſiam *Berowa* ſitam ſibimet, cœteriſque abbatibus ei ſuccedentibus per fratres ſuos Dominum timentes libere diſponendam & adminiſtrandam tam in divinis officiis, quam in eccleſiaſticis poſſeſſionibus ac decimis. Præterea beatæ recordationis abbas *Uto* in loco qui dicitur *Hachinsvanda* pauperem conſtruxit eccleſiam, eamque conſecrari per epiſcopum *Conſtantienſem Gebehardum* effecit, eo videlicet pacto, ut ipſe abbas fratreſque monachi eandem eccleſiam in *decimis totaque facultate* & omni iure, quod ad presbyteri ſpectat officium, obtinerent. Hoc totum in eiſdem eccleſiis cognoſcitur eſſe conceſſum abbatibus S. *Blaſii* ab epiſcopo *Oudalrico*, & æquivoco ſuo *Oudalrico Conſtantienſibus* videlicet pontificibus. Nunc ergo *Guntherus* abbas cœterique fratres ſui multis inſtant precibus, quatinus & a me accipiant ſuper iam præfatas eccleſias ſcilicet *Berowa*, & *Hachinswanda b)* eandem poteſtatem, quam ante me ſortiti ſunt a præſulibus, qui fuiſſe noſcuntur perſpicacis ingenii, probabilis vitæ, & epiſcopalis integritatis. Proinde nos quoque filiorum noſtrorum quieti proſpicientes, & iuſtis votis ac petitionibus, quæ ſecundum canonum ſcita ſunt, acquieſcentes, id, quod prædeceſſores noſtri fecerunt, & conceſſerunt, epiſcopali poteſtate concedimus. Sed & alia negotia eidem Cellæ S. *Blaſii* & fratribus ibi Domino ſervientibus uſibus profutura, quæ in præſentia noſtra vel acta vel diſcuſſa ſunt, hac noſtræ auctoritatis pagina confirmamus, & ſtabilimus, videlicet eccleſiam *Chilctorf*, quam cum aliis prædiis a fratribus de *Alchingin* receperunt, data reciproca viciſſitudine prædiorum ad idem monaſterium, ſicut ipſi præſentes vidimus & audivimus temporibus regis *Chounradi* apud villam *Nawin c)*, ubi idem rex *Chounradus* quondam

b) Eſt hæc parochialis eccleſia in vicino prealto monte ſita, quæ modo *Höchenſchwand* vel *Hohenſchwanda* dicitur, ad diſtinctionem forte villarum ſeu vicorum vicinorum, qui *Schwandæ* vocantur; quarum ipſa ſuprema eſt: a verbo *ſchweinen*, (Ausreutten). Ex quo vero *Utto* abbas eccleſiam ibi ad finem ſeculi XI. conſtruxit, a *Gebhardo* III. epiſcopo conſecratam, ac inſuper decimis auctam, haud male quis coniiceret, locum illum iam tum fuiſſe ſatis excultum, unde *decimæ* dari potuerint, adeoque iam ſeculo X. exeunte villam eſſe potuiſſe.

c) Supra N. LI. produximus hanc chartam concambii inter monaſterium S. *Blaſii* & *Elchingen* (quod hic *Alchingen* dicitur) an. 1150. apud villam *Nawen* ſeu *Nawin* inita, cui primo loco *Hermannus Conſtantienſis* epiſcopus tunc cum aliis plurimis principibus ſubſcripſit, & ubi in pago *Turicino Kilchdorf* San-*Blaſianis* ceſſit, quam eccleſiam hodieque per ſacerdotem ex ſuis regularem adminiſtrant.

Digitized by Google

dam convenerat cum maxima frequentia principum, atque hoc concambium utriuſque eccleſiæ in eius conſpectu eſt legitime peractum. Decimas quoque in eccleſia *Batimaringin*, *Sneiſanc*, *Nallingin*, *Omingin*, *Nunchilcha*, *Scounowa*, ſicut a fundatoribus earumdem eccleſiarum veſtro monaſterio traditæ, & ab apoſtolica ſede privilegiis, ſicut ipſi perſpeximus, ſunt confirmatæ, nos quoque corroboramus ac ſtabilimus, decernentes, ut nulli omnino liceat ea, quæ a Romanis pontificibus, vel noſtra humilitate veſtræ eccleſiæ ſunt collata infringere, minuere, perturbare, aut aliquo malo ingenio immutare, ſicut ut hæc noſtræ auctoritatis confirmatio incorruptum ſtabilitatis ſuæ vigorem obtineat, hanc cartam imaginis noſtræ ſigillo inſigniri ac corroborari præcepimus. Si qua igitur maior minorve perſona hanc confirmationis paginam agnoſcens hanc infringere ſeu violare attemptaverit, divinæ pacis expers fiat, & diſtrictæ ultioni Dei ſubiaceat. Cunctis autem eam diligentibus atque conſervantibus pax a Domino hic relinquatur, & in futuro plena pax donetur, amen. Data II. nonas Aprilis feria VI. Anno ab incarnatione Domini MCLVIII. Anno regni *Friderici* regis VII. imperii II. Actum *Renaugiæ* feliciter amen.

SECULUM XII.

N. LIX.

Adrianus IV. P. M. monaſterium *Murenſe* cum ſuis appertinentiis in protectionem apoſtolicam recipit.

Anno 1159. 28. Mart. Ex chartis monaſt. Murenſis. T. I. p. 40.

Adrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis *Cononi* abbati monaſterii S. *Martini* in *Mura*, eiuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Officii noſtri nos ammonet & invitat auctoritas pro eccleſiarum ſtatu ſatagere, & eorum quieti ac tranquillitati ſalubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque & honeſtati conveniens eſſe dinoſcitur, ut qui ad earum regimen Domino diſponente aſſumpti ſumus, eas & a pravorum hominum nequitia tueamur, & B. *Petri* atque ſedis apoſtolicæ patrocinio muniamus. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus: ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium impreſentiarum iuſte &

 canonice

Digitized by Google

SECULUM XII.

canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis operante domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam in *Hermenſtwilare.* Eccleſiam de *Bousb.* Eccleſiam de *Stanes.* Eccleſiam de *Riſcbe.* Eccleſiam de *Pobwilo.* Eccleſiam de *Egenwilare.* Eccleſiam de *Rordorf.* Eccleſiam de *Urtecbun.* Eccleſiam de *Tellewilare*, & eccleſiam de *Cobelincbon.* Cum autem commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, non pulſatis tintinnabulis, excluſis excommunicatis & interdictis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Obeunte vero te nunc eiuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi quolibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel eorum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & B. *Benedicti* regulam præviderint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat ſupradictum monaſterium temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed illibata omnia & integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalva ſedis apoſtolicæ auctoritate & diœceſani epiſcopi canonica iuſtitia ſancimus atque firmamus. Si quis vero hoc privilegium ab apoſtolica ſede emancipatum aliqua præſumptione invaſerit, vinculo anathematis ſubiaceat. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſve ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a SS. corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri *Ieſu Chriſti* aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego *Adrianus* catholicæ eccleſiæ epiſcopus.
Ego *Gregorius Sabinenſis* epiſcopus.
Ego *Hubaldus Hoſtienſis* epiſcopus.
Ego *Bernardus Portuenſis* & S. *Rupbinæ* epiſcopus.
Ego *Galterius Albanenſis* epiſcopus.

Data *Laterani* per manum *Rolandi* S. R. E. presbyteri cardinalis & cancellarii V. Kalend. Aprilis indictione VII. incarnationis dominicæ an. MCLVIIII. Pontificatus vero Domni *Adriani* PP. IIII. Anno quinto.

N. LX.

Digitized by Google

N. LX.

Conradus epiſcopus *Eyſtettenſis* monaſteriis in *Kaiſersheim* & *Werda* confert ius parochianum in *Biurvelt*.

Seculum XII.

Anno 1162. Ex chart. Werdenſis monaſt. *T. I.* p. 413.

In nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis. *Conradus* per Dei gratiam ſanctæ *Euſtettenſis* eccleſiæ epiſcopus omnibus fidelibus tam futuris quam præſentibus ſalutem in Domino. Officii noſtri debito conſtringimur, ad hoc tam apoſtolica quam evangelica præceptione monemur, pauperum Chriſti curam gerere, & eorum neceſſitati, in quibuſcunque poſſumus, diligenter concurrere. Eapropter omnium charitati notum eſſe volumus, nos ad honorem ſanctæ Dei genitricis & ſemper virginis *Mariæ* in *Kaysheim a)* & ſanctæ ac victorioſiſſimæ *Crucis* ſalvatoris noſtri in *Wörd*, omne ius parochianum in *Biurvelt*, quod ad prædicta monaſteria iure fundi ſpectabat, tam in dote quam in decimationibus cum omni uſufructu ad ſuſtentationem Domino locis in illis ſervientium ſtabili & perpetua donatione præſcriptorum monaſteriorum fratribus conceſſiſſe, eo videlicet rationis tenore, quatenus ipſi eccleſiam ſibi conceſſam dilapſam reſtaurent, & reſtauratam decenter exornent, & divina in ea celebrari officia diligenter procurent. Ad maiorem vero huius noſtræ donationis firmitudinem manſum unum in *Amervelt* a præfatorum monaſteriorum fratribus quaſi in ſignum concambii ad eccleſiæ noſtræ uſum recipimus, ſtatuentes, ut dicti fratres canonicis matricis eccleſiæ, quorum pio aſſenſu & fideli teſtimonio hæc peracta ſunt, vini duas urnas *Euſtettenſis* menſuræ quotannis in cœna Domini fraterna charitate perſolvant. Auctoritate itaque Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, & principis apoſtolorum beati *Petri* omniumque ſuorum ſucceſſorum & noſtra ſtatuimus, & modis omnibus confirmamus ac præſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione communimus, ne alicui noſtrorum ſucceſſorum, vel alicui tam ſæculari, quam eccleſiaſticæ perſonæ liceat hanc noſtram & tam piam donationem infringere, perturbare, attenuare, vel aliquo modo permutare. Quod ſi quiſpiam, vi, dolo, vel arte immutare præſumpſerit, excommunicatum ſe fore non ambigat, & a communione corporis & ſanguinis Domini noſtri *Ieſu Chriſti* in mortis urgente periculo uſque ad dignam ſatisfactionem alienus permaneat. Acta ſunt hæc anno incar-

a) *Kayſersheim* imperiale Ciſtercienſium cœnobium in *Neoburgico*.

Digitized by Google

SECULUM XII.

nationis dominicæ MCLXII. indictione X. Anno regni Domini *Friderici* XI. Imperii autem VIII. Huius rei teſtes ſunt *Ulricus* Præpoſitus maioris eccleſiæ, *Walbrun* Decanus, *Otto* cuſtos, *Arnoldus* archipresbyter, *Heinricus* Plebanus.

N. LXI.

Werneri abbatis *Maurimonaſterii* teſtimonium de commutatione bonorum *a*).

Anno 1166. Ex archiv. eius monaſt. *T. I. p.* 438.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *Wernerus* Dei gratia abbas *Maurimonaſterii*. Quia labilis & inſtabilis eſt natura mortalium, ideo memoriæ gratia, ut rememorentur facta maiorum, neceſſaria ſunt monumenta litterarum. Ob memoriam igitur poſterorum, ego *Wernerus* Dei gratia abbas *Maurimonaſterii* cum conſilio fratrum noſtrorum litteris mandandum decrevimus, quid de allodio *Eſchbach*, quod quondam felicis memoriæ *Regenoldus* comes de *Lucelnburg* eccleſiæ noſtræ tradidit, egerimus. Præfatus enim *Regenoldus* comes ſub prædeceſſore noſtro beatæ memoriæ *Meinhardo* abbate *Maurimonaſterii* venit, & pro remedio animæ ſuæ prædictum allodium B. *Martino* legitima donatione integre cum omni termino ſuo tradidit, liberam dans eccleſiæ poteſtatem, condendi, vendendi, cambiendi, precarcandi, ſeu quidquid vellet, inde faciendi. Huic traditioni, quando ſolenniter ad altare facta eſt, dominus *Burchardus* bonæ memoriæ *Argentinenſis* eccleſiæ epiſcopus unacum advocato noſtro *Ottone* intererat, & quicquid advocatus legitimo ordine abſque contradictione ſuſcepit, dominus epiſcopus banno pontificiali eccleſiæ noſtræ confirmavit, & inſuper rogatu abbatis chartam inde conſcribi, & ſigilli ſui impreſſione iuſſit roborari. Noſtris vero temporibus, cum graves moleſtias & exactiones pravorum hominum in præfato prædio diu ſuſtineremus, communi conſilio pro centum libris argenti domino imperatori *Friderico* illud vendidimus. Porro quia integrum allodium, in quo tantum argenti expenderetur, non invenimus, diverſis in locis conſulte & multo utilius, quam prius fuerat,

a) Ex charta hac *Werneri*, e S. *Blaſii* monaſterio poſtulati abbatis ad *Maurimonaſterium* corrigendus eſt illius abbatum catalogus in *Gallia Chriſtiana* T. V. p. 867. ex *Bucelino* concinnatus. Hinc enim conſtat, *Wernerum* non primum anno 1169. factum eſſe abbatem, ſed iam an. 1166. talem extitiſſe, quocumque demum anno fuerit cooptatus.

Digitized by Google

fuerat, ſub nomine, titulo, & memoria iam dicti comitis *Regenoldi* illud expendimus in agris ſcilicet, vineis, pratis monaſterio vel curiis noſtris contiguis, iuxta adnotationem vel diſtributionem infra deſcriptam. Apud *Utlenheim* emimus XVII. agros allodii pro XXX. libris argenti, apud *Menoltesheim* manſum unum, & apud *Fridesheim* tres agros pro XX. libris, apud *Zeinheim* emimus ſeptem agros vitibus conſitos pro XV. libris argenti, apud *Waltenheim* expendimus tredecim marchas pro X. agris & dimidia parte molendini, quod totum cambivimus cum ſororibus noſtris de *Syndeno monte*, apud *Willegoteheim* ſcilicet pro XVII. agris, & parte decimæ, quæ tanti valet pretii, quanti & agri, apud *Dazenheim* octo agros pro VII. libris argenti, apud *Neugertheim* alterum dimidium agrum cum vitibus pro V. libris, apud *Reutenburg* IIII. agros prati pro tribus libris, apud *Snanesheim* III. agros pro III. libris emimus, apud *Duncenheim* II. agros pro II. libris, apud *Mareſalſum* ſolvimus duas ſedes patellarum pro duabus libris. Hæc omnia computata faciunt tres manſus, tertium dimidium agrum, & partem decimæ apud *Willegotheim* computatos pro XVII. agris, & duas ſedes patellarum, pretium vero horum omnium ſunt centum libræ argenti. Hanc igitur conſcriptionis noſtræ chartam inde conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione fecimus roborari teſtibus infra deſcriptis. *Wolframus* & *Garſilius* priores, *Wernherus* præpoſitus, per cuius laborem & induſtriam hæc omnia diſtributa ſunt, & ordinata. *Philippus* præpoſitus S. *Adelphi Novillarenſis*, & ſacerdos eccleſiæ de *Azenheim*. *Godefridus* ſacerdos de *Hagenau*, *Erchenboldus* de *Wibbruch*. *Arnoldus* & *Wicherus* miniſteriales imperatoris. *Dolmarus* miles de *Mitelhaus*, & alii quamplures. Acta vero ſunt hæc omnia anno dominicæ incarnationis MCLXVI. Indictione XIIII. *Friderico* imperatore regnante, anno imperii eius XIIII. *b*). Ego *Wolframus* ſcripſi & ſubſcripſi.

SECULUM XII.

b) Quum adiectæ hic notæ chronicæ anno 1166. reſpondeant, annus XIV. *imperii* Friderici I. imp. pro anno regni eius ab an. 1152. hic accipi debet.

N. LXII.

Otto epiſcopus *Conſtantienſis* eccleſiam in *Schönau* cum omni iure S. *Blaſio* confirmat.

Otto *a*) Dei gratia *Conſtantienſis* eccleſiæ humilis miniſter, omnibus in epiſcopatu ſuo conſtitutis ſalutem in domino. Notum

Anno 1168. 12. Mart. Ex archiv. San-Blaſ. T. I. p. 480.

a) *Otto* I. *Conſtantienſis* epiſc. a. 1166. ſucceſſit *Hermanno*, cuius confirmationem eccleſiæ in *Schönau* ſupra N. LVIII. dedimus.

Digitized by Google

SECULUM XII.

Notum facimus omnibus tam præſentis, quam futuræ vitæ fidelibus, prout veraci religioſorum relatione didicimus: qualiter nobiles viri *Seligerus* de *Granichum*, & de *Holiſtein* & *Adilgoz* de *Werra*, *Werinberus* de *Waldekko*, & *Eberhardus* de *Eiſtat* ſylvam *Scönnowa* primitus poſſederunt hereditario iure, & poſſeſſam in quatuor partes diviſerunt. Anno deinde ab incarnatione domini MCXIII. *Walicho* de *Waldekho* filius *Luitfridi* fratris eiuſdem *Werinberi* dimidiam partem quartæ partis, quam pater ſuus poſſederat, & tertiam partem quartæ partis, quam pretio & beneficiis acquiſierat, cum omni iure, & decimarum oblatione VII. idus Aprilis coram idoneis teſtibus Deo, & S. *Blaſio* legitime contradidit. Eodem anno *Burkhardus*, & *Eberhardus* de *Eiſtat* defuncto patre ſuo quartam partem, quam hereditate poſſederant, in eadem augia *Scönnowe* cum dimidia parte quartæ partis, quam ab *Adilgozo* de *Werra* concambio aquiſierant, Deo, & S. *Blaſio* VIII. idus Iun. voluntarie contradidere: poſtmodum vero *Eberhardus* filius prænominati *Eberhardi* de *Eiſtat*, & *Egino* ac *Henricus* fratres ipſius de prædictis partibus Deo, & S. *Blaſio* traditionem fecerunt apud *Zaringen* anno ab incarnatione domini MCXXII. V. nonas Martii. *Henricus* etiam de *Werra* & de *Wildinſtein* pro remedio animæ ſuæ tradidit Deo, & S. *Blaſio* unum territorium, ac dimidium in eadem augia *Scönnowe* cum ſilva ad hæc pertinente: anno ab incarnatione domini MCLVI. VIII. idus Febr.

Igitur S. *Blaſius* per omnem augiam *Scönnowa* cum terminis ſuis de duodecim partibus octo partes, & dimidiam partem nonæ partis cum decimis, ac oblationihus ſuis legitimis traditionibus poſſidet: apud *Kinnaberc* traditione *Walichonis* dimidiam partem & in alia dimidia parte duodecimæ partis S. *Blaſius* tenet. Illa etiam pars, quam *Eberhardus*, & *Burchardus* de *Eiſtat* tradiderunt infra inferiorem, & exteriorem *Habispach* iacet, inferior pars cœnobium S. *Blaſii* attingit, *Adilgozum* vero quarta pars in ſuperioribus.

De prædictorum igitur decimis prædiorum adverſus fratres S. *Blaſii* orta eſt quærimonia a quodam presbytero *Chounone* de *Tegernowa* b) in præſentia venerabilium epiſcoporum *Oudalrici Conſtantienſis*, & *Rudolfi* c) *Baſileenſis* in conventu non modico clericorum, & laicorum apud *Baſileam* in ſabbatho quatuor temporum ante nativitatem Domini. Et epiſcopi *Conſtan-*

b) *Tegernau* parochialis eccleſia in ſuperiore marchionatu Badenſi haud procul a *Schönaugia*, quæ illi ab initio ceu filialis ſubiecta erat.

c) *Rudolphus* II. epiſcopus *Baſileenſis*, ut legitur in *Baſilea ſacra* p. 179. coram aderat, cum *Walterus* a *Waldeck* & *Burcardus* ab *Eiſtett* Barones an. 1114. abbatiæ S. *Blaſii* vallem *Totnovienſem* & *Schönovienſem* a *Veltberga Pfaſſenwegium* uſque unacum ſubditis ius omne conſignarunt. *Udalricus Conſtantienſis* epiſcopus erat huius nominis primus.

Digitized by Google

Conſtantienſis Oudalrici iudiciaria interrogatione *Heſso* de *Ouſinberch* & *Adilgozus* de *Werra* conſtricti ſub iuris iurandi proteſtatione dixerunt ſe eam iuſtitiæ noſſe certitudinem, quod decimæ iam dictæ augiæ hactenus pertinerent ad proprias partes hæredum, eſſetque poteſtatis cuiuſque hæredis de ſuis novellis plantationibus, vel iam dudum plantatis decimas deliberare vel tradere prout quisque voluerit: hac igitur conteſtatione nobilium virorum in præſentia epiſcoporum clericorum & laicorum prolata, epiſcopus decimas ex ſuis partibus monaſterio S. *Blaſii* ſigilli ſui impreſſione confirmavit. Acta ſunt hæc anno incarnationis Domini MCXIIII. XIIII. Calend. Ian.

Elapſis dein aliquantorum curriculis annorum conſilio & mandato piæ memoriæ Domni *Hermanni Conſtantienſis* epiſcopi abbas S. *Blaſii* eccleſiam in eadem augia *Schönowa* conſtruxit, eamque venerabilis *Ortliebus* Baſileenſis iam dicti Domni *Hermanni* epiſcopi, ſimulque abbatis petitione in honorem ſanctæ Dei genitricis *Mariæ*, & S. *Ioannis* Evangeliſtæ, S. *Blaſii*, & omnium ſanctorum conſecravit. Reliquias autem quas principalis continet ara ſequens edocebit littera: de veſtimento S. *Mariæ*, de ligno ſanctæ Crucis, *Ioannis* Evangeliſtæ, *Andreæ*, *Blaſii* epiſcopi, *Laurentii*, *Pancratii*, *Sigismundi* regis, *Nazarii*, MM. *Nicolai* & *Oudalrici* epiſcoporum, *Margarethæ* & *Kriſtinæ* VV. ac MM.

Conſecrata eſt autem anno ab incarnatione Domini MCLXIIII. indict. XII. idib. Martii. Data ſunt quoque in dotem eiuſdem eccleſiæ mancipia his nominibus nuncupata, *Bertholdus*, *Wernherus*, *Burkardus*, *Chonno*, *Hadewic*, *Gertrud*, *Hemma* & prædium tres ſolidos perſolvens, & domus quatuor nummos perſolvens in eadem villa *Scönnowa*, & manſus in *Wernheri Schwanda d)*.

Dedicata igitur & dotata, ut dictum eſt, eccleſia, *Guntramm* ſacerdos de *Tegirnowa* decimas quasdam ac oblationes uſibus fratrum, & iuri monaſterii ſub iuris iurandi proteſtatione adiudicatas & piæ memoriæ domini *Oudalrici Conſtantienſis* confirmatione delegatas temerario auſu in ius & proprietatem ſuæ eccleſiæ traducere nitebatur: habita igitur longa inter cœnobium S. *Blaſii* & præfatam eccleſiam pro decimis illis contentione ad hoc tandem ventum eſt, quod in publico placito *Varnowa*, in quo pro diverſitatibus cauſarum multi confluxerant, præſentibus *Berchtoldo* duce advocato monaſterii & *Henrico* advocato eccleſiæ *Tegirnowa* & *Guntrammo* ſacerdote, præſtito utrobique ſacramento ſuper utriuſque eccleſiæ emolumento tali conſilio lis deciſa eſt: ut prædium quoddam apud *Leidinchouin* & octo libræ *Baſileenſis* monetæ eccleſiæ *Tegir-*

d) Nunc *Herenſchwand* eiuſdem parochiæ villa.

Digitized by Google

SECULUM XII.

nowa a prædictis fratribus traderentur. Sicque omnis illa controverſia ſopita eſt *e*).

Nos itaque ſaluti & honori eorum providentes & iuſtis petitionibus annuentes pro debito noſtri officii cuncta prædicta prædia cum decimis eorum uſibus Deo, & S. *Blaſio* ſervientium delegata, accedente conſenſu noſtri capituli confirmamus; ſtatuentes ut nulli deinceps clerico vel laico liceat eos in prædictis locis inquietare, vel aliquibus modis ſive in poſſeſſionibus ſive in decimis res eorum violenter invadere vel minuere: præterea curam animarum cum omni iure ſicut & prædeceſſor noſter feciſſe dignoſcitur, abbati, & quem ipſe iuſſerit vicem ſuam implere, concedimus, ſtatuentes ut nullus unquam clericus in præfatam eccleſiam *Scönnowa* quolibet modo vel ingenio ſubintroducatur.

Siquæ igitur impoſterum ſpiritualis ſecularisve perſona hanc noſtræ confirmationis paginam infringere temere præſumpſerit, & de omnibus prædictis quidquam auferre, minuere vel aliquo malo ingenio iuſtitiam eorum caſſare tentaverit, a corpore & ſanguine Chriſti aliena fiat, & in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat: cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus in præſenti vita fructum bonæ actionis inveniant & in futura æternæ beatitudinis præmia percipiant. Data in cœnobio S. *Blaſii* anno ab incarnatione Domini MCLXVIII. quarto idus Martii, indiction. XV. regnante glorioſiſſimo Romanorum imperatore *Friderico* regni eius XVI. imperii XIII. Teſtes huic confirmationi intererant hi, *Fridericus* canonicus *Conſtantienſis* & archidiaconus, *Hugo* capellanus epiſcopi, & alii quam plures.

e) *Ottonis* litteræ confirmatoriæ huius compoſitionis die 1. Nov. a. 1166. datæ extant apud P. *Herrgott* T. II. P. I. p. 185. quas deinde hoc a. 1168. denuo confirmavit.

N. LXIII.

Bertoldus abbas monaſterii *Stein* cenſum in *Brisgoia* monaſterio S. *Blaſii* tradit.

Anno 1168. 15. Mart. Ex archiv. San-Blaſ. *T. I. p.* 433.

In nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis *B.* abbas S. *Georgii Steine*: quoniam ovium Chriſti temporaliter paſcendarum curam ipſo diſponente ſuſcepimus, res eccleſiæ noſtræ ex quorumdam prædeceſſorum noſtrorum negligentia diſperſas, & prædia contra ius & fas alienata recuperavimus,

Digitized by Google

peravimus, quatenus in Dei ſervitio die noctuque laborantibus neceſſaria providere valeamus. Unde quædam in *Briſgaugia* ſita, ſed ab extraneis diſtracta, videlicet in noſtram curtim *Chilcheim* cenſum quatuor ſolidorum annuatim de curti, quæ eſt in *Gupho*, perſolventia in noſtrum dominium adiuvante Domino retraximus, & adhuc perplura, quoaduſque vivemus, apud extraneos hærentia, ſed ad nos iure pertinentia pro poſſe noſtro retrahere ſatagemus. Notum autem eſſe volumus omnibus eccleſiæ filiis tam futuris quam præſentibus, divitibus & pauperibus, quia prædium prædictum, quod in *Gupho* habemus, de quo præfatum cenſum recipimus, uſibus fratrum S. *Blaſii ſanctique Gangolfi Wyttnowe a)* in beneficium cenſum VI. denariorum perpetualiter profuturum concedimus. Et ut hæc noſtra conceſſio ſucceſſorum noſtrorum nulla calliditate, nulla tergiverſatione, nullaque ratione queat unquam immutari, vel annullari, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Huius rei teſtes idonei hic habentur ſubſcripti. *Bertholdus* comes de *Nuwenburg*. *Cuonradus* de *Chrenchingin*. *Lutoldus* de *Reginsberc*. *Heinricus* de *Chuſſenberc*. *Arnoldus* de *Warte*. *Uodalricus* & frater eius *Eppo* de *Niuuare*. *Heinricus* de *Rinveldin*. *Wernherus* de *Rockinbach*. *Conradus* de *Badin*. Cum etiam imperator eſſet *Baſileæ*, facta eſt hæc conceſſio præſente duce *Bertolfo b)* eiuſdem prædii advocato, idibus Martii, feria VI. imperante Domino noſtro *Ieſu Chriſto* anno ab incarnatione MCLXVIII. Indictione I.

a) Eſt hæc Cella noſtra *Wittnau* in *Briſgoia*, de qua T. I. p. 408. & ſupra N. XXVI.
b) *Berchtoldus* nimirum dux *Zæringiæ* advocatus S. *Blaſii*.

N. LXIV.

Eccleſia in *Effringen* contra dynaſtas de *Warto* S. *Blaſio* ſtabilitur.

Divina favente clementia ego *Otto* humilis miniſter ſanctæ *Conſtantienſis* eccleſiæ ad corroboranda SS. Patrum & Apoſtolicorum virorum decreta & iuſte iudicantis eccleſiæ iudicia ſubſtitutus, Chriſti fidelibus hæc ſcripta relegentibus & audientibus ſalutem fraternæ dilectionis, &, ut noſtri memoriam habeant, adoptamus. Notum facimus dilectioni præſentium & futurorum querimoniam & litem noſtris temporibus inter abbatem cœnobii S. *Blaſii Wernherum* & fratres eius, & *Arnoldum* de *Warto*, & eo defuncto inter filium eius *Heinricum* de beneficio cuiusdam

Anno 1170. 17. Feb. Ex archiv. S. Blaſ. *T. I.* p. 372.

SECULUM XII.

dam eccleſiæ apud *Euringen* in *Briſaugia* conſtitutæ exortæ, ita iudicio & conſilio religioſorum ante nos terminatam. Nam cum in capitulis noſtris ex utraque parte ſcilicet abbatis, & eius æmuli *Heinrici* ſæpius, fieret exclamatio, utrimque multis faventibus tandem apud *Scafuſin* in condicto capitulo ob eandem querimoniam auditis utriuſque partis aſſertionibus ſecundum iudicium Dominum timentium perſonarum definivimus. Felicis enim memoriæ *Adriani* Papæ privilegio *a*) ſuper hac eadem eccleſia *Euringin* & cæteras eccleſias monaſterio S. *Blaſii* confirmatas audito, etiam litteris magiſtri noſtri *Mogontini* archipræſulis recognitis prædictam eccleſiam adiudicantibus S. *Blaſio*, nos ſingillatim in conſpectu matris ſæpe dicti *Heinrici* & eius prolocutorum per obedientiam religioſas perſonas interrogando conſtrinximus, qui una voce monaſterio S. *Blaſii* eccleſiam *Euringen* ſecundum privilegia & litteras adiudicaverunt. Hoc ſane iudicium litteris & ſigillo noſtro annotamus, & banno S. *Petri* confirmamus, ut nulli liceat infringere, quod firmatum eſt apoſtolica auctoritate. Religioſorum virorum nomina, qui affuerunt huic iudicio ſubnotavimus, ut ſint teſtes veritatis, qui præſentes erant iudicatis. Ego *Otto Conſtantienſis* epiſcopus *b*). *Eberhardus* abbas de *Scafhuſin*. *Burchardus* abbas de *Steine*. *Adelbertus* abbas de *Crucelin*. *Bertholdus Conſtantienſis* præpoſitus. *Roudolfus* Vice dominus. *Huc* capellanus epiſcopi. *Otto* presbyter de *Sueningin*. *Heinricus* præpoſitus S. *Stephani*. *Wernherus* plebanus de *Scafhuſen*. *Huc* presbyter de *Rinveldin*. Et ipſe abbas *Wernherus* de S. *Blaſio* cum plurimis ſuis fratribus. *Counradus* Prior. *Gotefridus* Prior de *Berowwa*. *Wernherus* præpoſitus, & frater eius *Hilteboldus*. Actum apud *Scafhuſin* anno incarnationis Domini MCLXX. Indictione III. XIII. Kal. Martii, feria III.

a) Dedimus id ſupra N. LVI.
b) Vixit ergo ad hucdum an. 1170. *Otto* epiſcopus, nec adeo an. 1169. quod volunt alii, mortuus.

N. LXV.

Wernerus abbas *Maurimonaſterii* diſtributionem poſſeſſionum cum ſubditis facit.

Anno 1170. Ex archiv. eiuſdem monaſt. *T. I. p.* 438.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Quoniam rerum geſtarum conſcriptio memoriæ ac firmitatis eſt

Digitized by Google

SECULUM XII.

eſt commendatio; eapropter ego *Wernherus* a) Dei gratia abbas *Maurimonaſterii* memoriæ ac firmitatis gratia litteris mandandum putavi, qualiter novam quamdam diſtributionem poſſeſſionum nuper in pomerio noſtro hominibus noſtris fecerimus, & qualiter hac ratione reditus & cenſum noſtrum in hac villa adauxerimus. Ad aquilonarem huius Cellæ partem iuxta muri ambitum publica pridem via fuerat, per quam ex vicinis villis ad nundinas huius fori homines ire ſolebant, citra quam poſſeſſiones & habitacula erant hominum, qui magnum quietis noſtræ erant impedimentum. Ex concurſu enim & tumultu hominum nullam, ut diximus, quietis tranquillitatem, quam ſervis Dei valde neceſſariam eſſe probatur, habebamus. Ad hoc etiam ignis periculum ex vicinis habitaculis, ſi forte incendium aliquod inde emergeret, non mediocriter timebamus. Conſilio igitur habito, ut ruſticos a nobis aliquo modo removeremus, poſſeſſiones aliquas eorum pretio comparavimus. Poſtea vero ſumpta occaſione ex incendio quodam apud eos exorto, cæteros quoque benigne collatis adiumentis & expenſis diſcedere fecimus, eosque alibi tranſpoſuimus. Quo facto plateam illam & omnia ei atinentia valli & ſepis munimine claudentes pomerium illic plantare diſpoſuimus, villaniſque aliam viam ultra pomerium in agris dominicatis cum auctoritate advocati noſtri domini *Burchardi*, qui his omnibus interfuit, communi decreto & concordia dedimus. Habebamus autem antiquitus aliud pomerium ad auſtralem partem Cellæ ſitum, in quod ſtatim ruſticos illos locavimus, quos, ut diximus, de platea illa migrare fecimus, tantum eis fundi ſpatium in longitudine & latitudine dantes, quantum in priori poſſeſſione habebant, & eandem cenſus qualitatem eis indiximus, quam & de priori poſſeſſione dare conſueverant. Erant autem horum non amplius quam ſeptem curiæ, quarum una unum ſolvebat denarium, altera quatuor, tertia tres obulos, reliquæ quatuor curiæ duos quæque denarios, & ſingulæ gallinam unam, & quinque ſolvebant ova. Tum vero cæteram quoque pomerii partem æqua menſura in XXX. & VI. curias dividentes in poſſeſſionem iuris hereditarii petenti populo diſtribuimus. Solvit autem quæque earum XII. denarios, gallinam unam, & quinque ova, exceptis tribus curiis, quas cauſidico noſtro benevolentiæ gratia ad duos ſolidos remiſimus. Sciendum ſane, quod hæ tres curiæ non ſunt hereditariæ, neque enim ad heredes cauſidici pertinebunt, ſed poſt eius obitum eidem legi, cui & cæteræ, ſubiacebunt, tres ſolventes ſolidos, vel ſicuti ille diſpoſuerit, qui poteſtatem earum tunc temporis habuerit.

a) Iam ſupra N. LXII. aliam eiuſdem *Werneri* e S. *Blaſio* evocati abbatis chartam exhibuimus, ac mox infra alia adhuc comparet.

SECULUM XII.

rit. Summa horum XXXVI. ſolidi, duo denarii, & obulus. Summa gallinarum XLII. ova CCX. & reditus, qui poſt exceſſum cauſidici de una curia poterit provenire. Teſtes etiam huius rei placuit adnotari. Teſtes priores noſtri *Heinricus*, & *Garſilius*, *Geofridus* præpoſitus, *Ebronius* cuſtos, *Hibelungus* camerarius, *Waltherus* cellerarius, *Wernherus* & *Wichfridus* monachi. Laici dominus *Bernhardus* advocatus, *Hugo* procurator eius. *Cunradus*, *Hugo*, *Anſelmus*, milites de familia *S. Martini*. *Leutfridus* villicus. *Heinricus* & *Albero* thelonarii. *Volmarus* & *Heinricus* ſcabiniones. *Hadebertus*, *Gerhardus*, *Godefridus*, *Wolmarus*, & alii plures huius loci cives. Anno verbi incarnati MCLXX. indictione III. *Calixto* III. papante, *Friderico* auguſto imperante. Ego *Wolframmus* ſcripſi & ſubſcripſi.

N. LXVI.

Alexander III. P. M. confirmat omnia bona, Cellas, eccleſias, electionem advocati, ac monaſterium S. *Blaſii* ſub apoſtolicam protectionem ſuſcipit &c.

Anno 1178. 6. Mart. Ex archiv. S. Blaſii.

A*lexander* epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio *Theodepert* abbati monaſterii S. *Blaſii* de Silva Nigra, eiuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Ad hoc univerſalis eccleſiæ cura nobis a proviſore omnium bonorum Deo commiſſa eſt, ut religioſas diligamus perſonas, & bene placentem Deo religionem ſtudeamus modis omnibus propagare, nec enim Deo aliquando famulatus gratus impenditur, niſi ex caritatis radice procedens a puritate religionis fuerit conſervatus. Oportet igitur omnes chriſtianæ fidei amatores religionem diligere, & loca venerabilia cum ipſis perſonis divino ſervitio mancipatis attentius confovere, ut nullis pravorum hominum inquietentur moleſtiis, vel importunis angariis fatigentur. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ *Urbani*, *Calixti*, *Honorii*, *Innocentii*, & *Adriani* Romanorum pontificum *a*) præfatum monaſterium S. *Blaſii*, quod in *Conſtantienſi* epiſcopatu in loco, qui Silva Nigra dicitur, eſt constructum, ſub beati *Petri* & noſtro protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus; inpri-

mis

a) Horum omnium privilegia in ſuperioribus ſunt expreſſa.

Digitized by Google

mis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Dominum & B. *Benedicti* regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum oblatione videlicet, ſeu aliis iuſtis modis procurante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præſcriptum monaſterium conſtructum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam *Batemaringin* cum ſubdita ſibi eccleſia. *Steina*, *Brambach*, *Riehaeim*, *Tullincoovin*, *Everingin*, *Blanſingin*, *Hugilheim*, *Rotwila*, cum parte ſuarum decimarum & cenſu territoriorum in cimiterio *Wiſentowa*, *Griezhaeim*, *Sneiſanc*, *Chilctorf*, *Sthallinchovin*, *Wilare*, *Omingin* cum dimidia parte decimarum. *Imindeingin* cum omnibus decimis exceptis ſalicæ terræ. Ius quod habetis in eccleſia *Frikingin* cum tertia parte decimarum tam territoriorum quam ruris, *Sconowa* noviter in novellis veſtris conſtructam cum omnibus decimis in eadem marca *Sconowa* acquiſitis. *Gundilwanc*. *Blochingin*. *Burron*. *Brunnon*. *Nallingin* cum parte decimarum. *Luwingin* cum partibus decimarum æſtivalium & territoriorum. *Entilibuoch*. *Nuvillacho*, *Warmundisrieth*, *Loppinhauſun*, *Nunchilcha*. *Routi*. *Tougingin*. *Hogenilo*, *Outenwila*, & alias eccleſias, quas rationabiliter poſſidetis cum earum pertinentiis. Cellam quoque *Hoſnuſun* b) cum eccleſiis ad eam pertinentibus. *Reinſtetin* cum decimis a fratribus de *Rote* c) cambitis & a laicis iuſte acquiſitis. *Mittilbuoch*, *Tanhaim*, *Orſinhuſin*, *Wolpach*, *Wiurimos*, & aliis eccleſiis cum pertinentiis earum. Cellam *Berowa* cum eccleſiis ad eam pertinentibus, id eſt, *Berowa*, *Swercin*, *Nuchilcha* cum cæteris eccleſiis eiuſdem Cellæ. Cellam *Witinowa* cum eccleſiis ſuis *Wiſilat*, *Etenniberch*. Cellam *Burgulun* cum ſuis eccleſiis *Eggenheim*, *Sicenchilcha*, *Chaltinbach* cum omni iure & poteſtate in decimis & in aliis, quæ bonæ memoriæ *Hermannus* quondam *Conſtantienſis* epiſcopus monachis de *Burgulun* rationabiliter noſcitur conceſſiſſe, & ſcripto ſuo confirmaſſe. Cellam quoque *Wizilinchovin* cum ſuis pertinentiis. Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino a vobis decimas præſumat exigere. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e ſe-

b) *Ochſenhuſen* nimirum.

c) Extat apud *Lunig* ſpicil. Eccleſ. P. III. p. 452. charta conventionis inter *Guntherum* S. *Blaſii*, & *Ottonem Rothenſem* abbates, qua bona nonnulla in *Reinſtetten* & *Berckhaim* permutarunt. *Facta ſunt hæc anno ab Incarnat. Domini* 1164. 17. *Kal. Dec. in villa Memmingen.*

SECULUM XII.

e ſeculo fugientes liberos & abſolutos ad converſionem recipere, & in veſtro monaſterio abſque alicuius contradictione retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in loco veſtro profeſſionem fas ſit de eodem loco abſque licentia abbatis ſui niſi obtentu arctioris religionis diſcedere: diſcedentem vero ſine communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Statuimus etiam, ut in parochialibus eccleſiis, quas tenetis, ſacerdotes idoneos eligatis & epiſcopo præſentetis, quibus ſi idonei fuerint, epiſcopus curam animarum committat abſque contradictione, ut de plebis quidem cura epiſcopo rationem reddant, vobis autem pro rebus temporalibus ad ipſum monaſterium pertinentibus debitam ſubiectionem exhibeant. Criſma vero, oleum ſacrum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes monachorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, & cætera ad epiſcopale officium pertinentia a *Conſtantienſi* epiſcopo, in cuius diœceſi eſtis, accipietis, ſi tamen catholicus fuerit, & gratiam atque communionem apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea gratis ac ſine pravitate aliqua voluerit exhibere, alioquin liceat vobis catholicum quem malueritis adire antiſtitem, & ab eo conſecrationis ſacramenta recipere, qui nimirum noſtra fultus auctoritate, quæ poſtulantur, indulgeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen iuſtitia matricis eccleſiæ. Inſuper diſpoſitionem illam, quam bonæ memoriæ *Heinricus* IV. Imperator, & *Lotharius* rex, & *Conradus* rex, de monaſterii veſtri libertate & advocatia conſtituerunt, & prædeceſſores noſtri felicis recordationis *Calixtus*, *Honorius*, *Innocentius* & *Adrianus* Romanorum pontifices epiſcoporum & cardinalium deliberatione firmarunt, vobis nihilominus confirmamus, ut videlicet in advocati electione abbas liberam habeat poteſtatem cum fratrum ſuorum conſilio talem eligere, quem ad defenſionem libertatis monaſterii bonum & utilem eſſe cognoverit, qui non pro terreno commodo, ſed pro Dei amore & peccatorum ſuorum venia, nec non & æternæ beatitudinis mercede advocatiam ipſam bene habere cupiat & tractare. Si autem calumpniator potius quam advocatus exiſtens monaſterii bona pervaſerit; & non magis ea defenderit, & ſemel, & ſecundo, tertiove commonitus nullatenus emendaverit, abbas habeat facultatem cum fratrum conſilio alium ſubſtituere advocatum, qui utilius & fidelius debeat monaſterium defenſare. Præterea ſicut iudicio diffinitum eſt, cœnobii veſtri libertas modis omnibus a iure Baſilienſis eccleſiæ ſit aliena. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, non pulſatis campanis,

excluſis

Digitized by Google

exclusis interdictis & excommunicatis ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Obeunte vero te nunc eiuſdem loci abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & B. *Benedicti* regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel oblatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra & illibata ſerventur, eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ auctoritate, & diœceſanorum epiſcoporum canonica iuſtitia. Ad indicium autem huius a ſede apoſtolica perceptæ tuitionis, & conceſſæ veſtro monaſterio libertatis aureum unum nobis noſtrisque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri *Ieſu Chriſti* aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inveniat. Amen. Amen. Amen.

Ego *Alexander* catholicæ eccleſiæ epiſcopus.
Ego *Hubaldus Hoſtienſis* epiſcopus.
Ego *Iohannes* presbyter cardinalis SS. *Iohannis & Pauli*. tit. *Pamachii*.
Ego *Iohannes* presbyter cardinalis tit. S. *Anaſtaſiæ*.
Ego *Iohannes* presbyter cardinalis tit. S. *Marci*.
Ego *Theodinus* presbyter cardinalis S. *Vitalis* tit. *Veſtinæ*.
Ego *Petrus* presbyter cardinalis tit. S. *Suſannæ*.
Ego *Vivianus* presbyter cardinalis S. *Stephani* in *Celio monte*.
Ego *Arduinus* presbyter cardinalis tit. S. *Crucis* in *Iehrlm*.
Ego *Iac.* S. *Mariæ* in *Coſmodin* diaconus cardinalis.
Ego *Ardicio* diaconus cardinalis S. *Theodori*.
Ego *Rainerius* diaconus cardinalis S. *Georgii* ad *velum aureum*.
Ego *Gratianus* diaconus cardinalis SS. *Coſmæ* & *Damiani*.

SECULUM XII.

Data *Laterani* per manum *Alberti* S. R. E. presbyteri cardinalis & cancellarii II. nonas Martii indictione XII. incarnationis dominicæ anno MCLXXVIII. Pontificatus vero Domini *Alexandri* Papæ III. anno eius XX. *d)*

d) Nec indictio XII. nec annus XX. pontificatus anno 1178. in Martio conveniunt, ſed ſequenti 1179. qui forte reponendus eſt, addita ad VIII. adhuc unitate I.

N. LXVII.

Tranſactio inter abbates *Wernerum Maurimonaſterii* & *Henricum Mediani* *a*).

Anno 1181. Ex archiv. Maurimon. *T. I. p.* 439.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Ego *Heinricus* Dei gratia *Argentinenſium* epiſcopus notum facio tam præſentibus quam futuris concordiæ & tranquillatis tenorem inter dilectos abbates *Wernherum Maurimonaſterii*, & *Heinricum Mediani* monaſterii; ſæpius enim pervenit ad audientiam noſtram querimonia iam dicti abbatis *Mediani* monaſterii, quod poſſeſſiones ipſius eccleſiæ vicinas Cellulæ S. *Quirini* abbas *Maurimonaſterii* violentia quadam & præter formam iuris ſibi uſurpaſſet. Ad deponendam igitur inter tam religioſos & ſpirituales homines huiusmodi litem convocavi familiarius abbatem *Maurimonaſterii*, notificans ſibi querimoniam prædicti abbatis *Mediani* monaſterii, qui ſatis rationabili utens reſponſione affirmavit, hanc poſſeſſionem recta & manifeſta donatione *Reinhardum b)* abbatem anteceſſorem ſuum a *Milone* abbate *Mediani*

a) Extat hæc charta in hiſtoria *Mediani* monaſterii ab eiuſdem abbate *Humberto Belhomme* anno 1724. edita p. 307.

b) In edita charta rectius vocatur *Meinhardus*, iuxta ea, quæ diximus T. I. p. 438. cuius charta ibidem p. 308. mox ſubiungitur, qua a *Milone Medianenſi* abbate controverſas poſſeſſiones in hac tranſactione notatas ſe iuſto iudicio accepiſſe teſtatur. In fine eius notatur: *acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis MCXXIV. indictione II. Calixto Papante, & Henrico IV. imperatore feliciter regnante.* Exinde vero difficultas in ſucceſſione abbatum *Maurimonaſterii* a nobis l. c. propoſita augetur. Si enim *Meinhardus* ex fide huius chartæ iam an. 1124 abbas præfuit: & adhuc an. 1133. 14. Nov. dedicationi monaſterii *Baumgarten* a *Gebehardo* ep. *Argent.* peractæ interfuit, iuxta chartam fundationis dicti cœnobii (*Gall. Chriſt.* T. V. inſtrum. p. 478.) alterutrum ſequitur, vel *Ruthardum* abbatem an. 1134. iuxta *Trith.* T. I. p. 277. ex *Hirſaugia* miſſum, fuiſſe confuſum cum *Meinhardo*, vel eidem nullum poſſe dari locum in abbatum ſerie, qui aliunde in chartis *Maurimonaſterienſibus* ignoratur, maxime quum *Meinhardus* a. 1142. notetur in charta *Theodewini* legati (*Schœpfl.* All. dipl. T. I. p. 222.): quin ſuperſtes adhuc fuit *Meinhardus* a. 1144. quo *Meinhardus Dei gratia abbas Maurimonaſterii* in charta membranacea conſcribi fecit iura ſuæ abbatiæ, ac eius miniſterialium (*Schœpfl.* l. c. p. 225). Sed iam anno 1147 ſucceſſor eius *Anſelmus* legitur in charta *Burchardi ep. Argent.* (l. c. p. 232. 235.) cui vero quo anno ſucceſſerit *Conradus*, non

Digitized by Google

diani monaſterii pro LXX. ſolidis *Metenſis* monetæ hereditario iure ſuſcepiſſe, ſingulisque annis duos denarios cenſuales ſtatuto tempore in curia *Irgeſingen* hucuſque perſolviſſe, factum chyrographum inter eos præmonſtrans, ſub communi conſilio fratrum & totius familiæ hæc omnia quieta poſſeſſione per LX. annos & amplius poſſediſſe, ſynodalique decreto hanc poſſeſſionem ſecundum tenorem iuſtitiæ teſtificando velle retinere. Igitur convenientibus utriſque perſonis in ſanctam ſynodum, cum utriuſque cauſa ventilata eſſet, ſynodali decreto iudicatum eſt, ut abbas *Maurimonaſterii* ſi poſſet teſtibus idoneis legitime comprobare eo tenore ſuſcepiſſe, & per tam longa tempora quieta poſſeſſione poſſediſſe, deinceps ſine pulſatione & querimonia frueretur. Prædictus igitur abbas *Maurimonaſterii* cum religioſis clericis & laicis præcedentem ſuam comprobando iuſtitiam tam abbati *Mediani* monaſterii, quam omnibus coram aſtantibus ſatisfecit; ſicque coram omnibus concordati & pacificati. Et ut hæc ſint rata & inconvulſa, & deinceps ex utraque parte ſine querela permaneant, ſigilli mei impreſſione & teſtium inſcriptione corroborare dignum duxi. Huius rei teſtes ſunt *Bertoldus* cantor maioris eccleſiæ, & *Frico* Decanus. *Heinricus* de *Veringen* cuſtos. *Hugo* canonicus de *Friburg*. *Fridericus* præpoſitus de S. *Thoma*. *Heinricus* cuſtos de S. *Petro*. *Hugo* præpoſitus S. *Quirini*. *Erbo* prior *Maurimonaſterii*. *Rudgerus* cellerarius. De laicis vero *Waltramnus* advocatus S. *Quirini*. *Wernherus* marſchalius. *Rudolfus* de *Rinowe*. *Gerhardus* villicus S. *Quirini*. *Hertwicus*, *Reinboldus* ſcabiones eiuſdem loci. *Waltfridus*, *Albero* forſtarii. *Ludovicus*, *Hertwicus*, *Ben-*

conſtat, qui ſaltem iam an. 1154. occurrit, & an. 1163. *Fridericus* I. imp. *venerabilem Maurimonaſterienſem eccleſiam*, *&* *eiuſdem abbatem Conradum* ſub ſuam protectionem recepit. Mortuo circa an. 1165. vel ſeq. *Conrado* ſubſtitutus eſt *Wernherus* e S. *Blaſio*, cuius chartam iam an. 1166. datam ſupra N. LXI. poſuimus. Eodem anno *Winfridus* card. legatus litem compoſuit epiſtola inſcripta; *dilectis ſuis Wernero abbati*, *&* *Hartbungo plebano*.

Atque ſic ſeries abbatum *Maurimonaſterienſium* hoc ſeculo ſatis expedita foret; *Meinhardum* enim anteceſſit *Adelo* an. 1117. abbas conſtitutus. Notatur abbas *Maurimonaſterii*, ceu teſtis in dedicatione eccleſiæ S. *Ioannis* ad *Tabernas* anno 1127. 5. Feb. peractæ in charta apud *Schœpflinum* (Alſat. diplom. T. I. p. 205.); quin & an. 1131. occurrit in bulla *Innocentii* II. Papæ, ut obſervat *Grandidier*: ut adeo *Meinhardus* eidem brevi poſtea ſucceſſiſſe potuerit, qui, ut dictum eſt, anno 1133. certo abbas fuit. Verum hic rurſus intercedit eiuſdem *Meinhardi* charta ſupra an. 1124. data, quo tempore iuxta dicta *Adelo* adhuc ſeptem ſaltem annis poſtea abbatiam obtinuiſſet. Nec ullum tamen in dicta *Meinhardi* charta an. 1124. occurrit veſtigium, quo ſuſpecta reddi poſſet, quin & *Calixtus* II. Papa in ea notatus, eodem tamen anno ad finem vergente mortuus, & *Henricus* IV. (V.) imp. an. 1125. defunctus, eam ulterius differre non patiuntur; imo & in ipſa hac, quam edimus, charta, ſexaginta & amplius annorum poſſeſſio a *Wernero* abbate allegatur. Difficultatem porro hanc, quæ aliunde Silvam noſtram haud reſpicit, indicaſſe contenti, ſolvendam remittimus abbati *Grandidier*, ex quo hæc habemus, qui *Argentinenſem* diœceſin in ſe tractandam ſuſcepit. Scrupulum de protracto *Adelonis* regimine movere poſſet charta *Schœpflini* (l. c. p. 196.) in qua circa a. 1120. *iam beatæ memoriæ* dicitur.

O 2 *zelinus*,

SECULUM XII.

SECULUM XII.

zelinus, *Bernardus* eiuſdem loci villani, & alii quam plures. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis MCLXXXI. Indictione XIIII. *Alexandro* papante, *Friderico* Romanorum imperatore feliciter regnante.

N. LXVIII.

Ius patronatus in *Teigingen* per tranſactionem cum abbate *Petershuſano* S. *Blaſio* aſſertum.

Annò 1183. Ex archiv. S. Blaſ. *T. I.* p. 373.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego *Hermannus a)* Dei gratia *Conſtantienſis* eccleſiæ epiſcopus. Cum memoria humana in ſui natura labilis exiſtat, & capta retinere non valeat, contractus & cauſarum deciſiones, ut ad poſteros uſque fideliter perveniant, munimenta ſcripturarum requirunt. Notum ſit igitur tam futuris quam præſentibus bonæ voluntatis hominibus, qualiter inter viros venerabiles *Tiepertum* abbatem S. *Blaſii* & *Gebehardum b)* abbatem *Petirshuſenſem* controverſia ſuper iure patronatus eccleſiæ *Teigingin* in temporibus piæ recordationis anteceſſoris noſtri *Bertholdi* epiſcopi dudum agitabatur. Quæ lis ad noſtra uſque tempora perveniens multas rerum expenſas & non parvos hominum labores induxit: ſæpe enim in choro *Conſtantienſi* ventilata, apud ſedem *Moguntinam* non ſemel audita, ſuos auctores & actores non parum defatigabat. Tandem utraque parte in noſtram veniente præſentiam partes noſtras interponere cœpimus, &, quod lis illa per amicabilem tranſactionem finem reciperet, laboravimus, quieti utriuſque clauſtri providentes. Utraque ergo parte fide media in nos compromittente admiſſo & requiſito bonorum virorum conſilio, hoc pacto, hoc conſultu liti finem dedimus, quod abbas *Petirshuſenſis* cum univerſo collegio ſuo lite cederet, & iuri, quod in prædicta eccleſia habere voluerat, perpetualiter abrenuntiaret: abbas vero S. *Blaſii* unacum fratribus ſuis fundum & omnem poſſeſſionem, quam in *Rinhart*, habebat, cœnobio S. *Georgii* in *Petrishuſin* cum omni iure contraderet, ut ſic facta mutua recompenſatione uterque locus ſua gauderet libertate & iuſtitia, cui noſtræ deliberationi ab utraque parte communi utriuſque collegii conſenſu ſatisfactum eſt. Prædicta autem abrenuntiatio & pariter traditio

annuente

a) *Hermannus* II. circa an. 1181. ſucceſſor *Bertholdi* epiſcopi, qui ab an. 1169. præfuit.

b) Supplendus hinc eſt abbatum illius monaſterii catalogus in *Gallia Chriſt.* T. V. p. 1034. pluresve anni *Gebhardo* tribuendi.

Digitized by Google

annuente & conſentiente utriusque cœnobii advocato, debita cum ſolempnitate coram nobis, & auctoritate Dei & noſtra, in præſentia chori noſtri cum tanta gravitate & rationis munimine celebrata fuerunt, ut lis eadem denuo rationabiliter reſuſcitari non valeat. Verum quia antiquus hoſtis & ſanctæ religionis inimicus circuit quærens, quem devoret, ne ſcintilla ſopita controverſiæ aliquorum dolo & nequitia fota in ignem excitari poſſit, præſentem paginam fideliter conſcribi & noſtro ſigillo ſignari fecimus. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini MCLXXXIII. Indictione I. ſedente *Alexandro* III. Papa venerando, regnante *Friderico* Romanorum imperatore glorioſiſſimo. Teſtes qui viderunt & audierunt, *Chounradus* Decanus. *Oudalricus* cuſtos. *Heſſo* canonicus. *Chounradus* de *Thetingin*. *Hugo* cellerarius, aliique noſtri chori canonici. Provinciales *Eberhardus* de *Burgelun*. *Diethelmus* de *Sneggiuburc*. *Berhtoldus* & *Chounradus* de *Wilare*. *Wecil* & *Chounradus* de *Hugoldisbovin*. *Chounradus* de *Anniwilare* de monte. *Rudolfus* de *Anniwilare* filius Domni *Heſsonis*, & alii quam plures. Cives *Hiltiboldus* & *Hugo* fratres. *Roudegerus* & *Azzo* fratres. *Heſſo* filius *Oudilrici*. *Lutfridus* & cognatus eius *Waltherus* ab *Oubun*, & alii non pauci. SECULUM XII.

N. LXIX.

Lucius III. abbatibus S. *Georgii* uſum pontificalium concedit *a*).

Lucius epiſcopus ſervus ſervorum Dei; dilecto filio *Manegoldo* abbati S. *Georgii* de *Silva Nigra*, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum monaſterium tuum, cui auctore Deo præeſſe dignoſceris, ſpeciale beati *Petri* iuris exiſtat, & regularis obſervantia polleat diſciplinæ, dignum eſt, ut honori tuo, cui eiuſdem monaſterii ſollicitudo adminiſtrationis incumbit, & illorum, qui largiente Domino in eadem tibi cura ſuccedent, ſpecialius intendamus, & in quantum cum Domino poſſumus, tuis piis deſideriis optatum in Domino de indulgentia ſedis apoſtolicæ impertiamur affectum. Hac ſiquidem ratione inducti, & conſideratione venerabilis fratris noſtri *Gotefridi* Patriarchæ *Aquileienſis b*), Anno 1184. 31. Octob. Ex chartul. monaſt. S. Georgii T. I. p. 432.

a) In *Gallia Chriſtiana* (T. V. p. 1002.) *Manegoldus* ſimilem bullam iam ab *Alexandro* III. P. accepiſſe dicitur, de qua tamen in hac *Lucii* bulla nulla eſt mentio.

b) Is anno 1182. *Odalrico* patriarchæ ſucceſſerat iuxta *Ughellum* Ital. ſacr. T. V. p. 74. igitur hæc bulla antea dari non potuit.

 qui

Digitized by Google

SÆCULUM XII.

qui nobis pro te, & eccleſia tua affectuoſis precibus ſupplicavit, nihilominus provocati, uſum mitræ, chyrothecarum, & ſandaliorum in præcipuis ſolennitatibus, tam in miſſarum ſolemniis, quam in eccleſiæ ſuæ proceſſionibus, de apoſtolicæ ſedis clementia tibi, & canonicis ſucceſſoribus tuis, concedimus, & præſentis ſcripti patrocinio confirmamus. Nulli quoque omnino hominum liceat paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem contra hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* eius ſe noverit incurſurum.

Datum *Veronæ* 2. Calend. Novemb. c)

c) *Lucium* III. anno 1184. hoc tempore *Veronæ* fuiſſe pluribus probat *Pagius* in Breviario Pontif. Rom. T. III. p. 122. ſeqq. quo anno dari debuit bulla, aut ſequente, quo ibidem obiit die 24. Nov.

N. LXX.

Conventio inter abbatiam de *Schennis*, & plebanum de *Vuolen*.

Anno 1185. Ex chartul. Æg. Tſchudii *T. I. p.* 431.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego *Hermannus* Dei gratia *Conſtantienſis* epiſcopus. Notum ſit omnibus tam futuris quam præſentibus bonæ voluntatis hominibus, qualiter inter *Adelheiden* abbatiſſam de *Schennins*, & *Heinricum* plebanum in *Vuolen* ſuper poſſeſſione quarumdam decimarum controverſia emerſerat, abbatiſſa contendente decimas ſuæ eccleſiæ *Vuillare* pertinere, ſacerdote eccleſiæ in *Vuolen* iure ſpectare proponente. Quæ cauſa cum in noſtram veniſſet præſentiam, nos a latere noſtro *Olricum Conſtantienſem* præpoſitum, ad ipſius deciſionem, in ipſam provinciam transmiſimus. Quo ibidem auctoritate noſtra confidente, abbatiſſa iuſtitiam ſuam legitimo teſtimonio, tanquam omnibus notam probare propoſuit. Altera vero pars tanquam iuſtitiæ ſuæ diffidens ad dilationem appellationis venire propoſuit. Cum igitur ipſe præpoſitus unacum quam pluribus viris diſcretis iuſtitiam abbatiſſæ cognoviſſet, ne ipſa, litis agendæ ſumptu, contra iuſtitiam fatigaretur, communi utriuſque partis conſenſu tranſactionis remedium auctoritate noſtra interpoſuit, hoc pacto, & hac conditione, quod ipſa abbatiſſa decimas dictas quiete poſſideret, & *Hain* (*Heinricus*) iniquæ liti renunciaret, & ipſa non pro redemptione aliqua decimarum, ſed ut ſua quiete poſſideret, X. libras Thuricenſis monetæ ſacerdoti perſolveret.

Sed

Digitized by Google

Sed ne lis eadem per aliquorum perverſorum inſidias denuo ſuſcitari valeat, præſentem paginam conſcribi, & noſtro ſigillo ſignari fecimus. Facta ſunt hæc anno ab incarnatione Dni MCLXXXV. Indictione ſecunda, præſidente ſedi apoſtolicæ Papa *Lucio* III. Advocato ipſius clauſtri *Friderico* imperatore Auguſto. Teſtes qui viderunt & audiverunt: *Chonradus* de *Tegerſelt* canonicus *Conſtantienſis*. *Roudolphus* plebanus *Thuricenſis* abbatiæ. *Oulricus* de *Cilicgou*. *Anſhalmus* abbas in *Mure* a). *Vuigram* plebanus *Murenſis*. *Noggerus* Decanus de *Vuindis* b). *Hainricus* plebanus de *Schennins*. *Oulricus* de *Obirndorf* clericus eiuſdem eccleſiæ. *Albertus* de *Bozuuilre*. *Burchardus* de *Seingen*. *Chounradus* de *Sarmannesdorf*. *Chounradus* de *Vuillare*. *Hainricus* præbendarius de *Vilmaringen*. *Burchardus* miles de *Baden*. *Vualtherus* de *Hunöberg*. *Hainricus* de *Heideſche*. *Diepoldus* clericus de *Rordorf*. *Hartmannus* miles de *Obirndorf*. Et frater eius *Hainricus*. *Egelolfus* de *Butinchouen*. *Hartman* de *Chienberg*. *Vualtherus* advocatus ipſius eccleſiæ *Vuolen*. *Gerungus* de *Beriuuillare*. Et quam plures, ſub quorum præſentia hæc acta ſunt.

a) *Anſelmus* abbas *Murenſis* 1210. obiiſſe dicitur in *Gallia* Chriſt. T. V. p. 1039. poſt cuius mortem demum ultimam actorum *Murenſium* partem ſcriptam fuiſſe T. I. p. 421. memoravimus.

b) *Vuolen* ſeu *Wolen* parochia in decanatu *Vindoniſſenſi*, qui hic exprimitur, ac diœceſi *Conſtantienſi*, cuius epiſcopus hanc litem compoſuit pro parthenone in *Schænnis*, qui alias ad *Curienſem* epiſcopum ſpectat.

N. LXXI.

Henrici abbatis *Hirſaugienſis* venditio facta capitulo *Spirenſi*.

Circa a. 1190. Ex archiv. capituli cathedr. Spir. *T. I. p.* 445.

Heinricus a) Dei gratia abbas & conventus monaſterii *Hirſaugenſis*, omnibus præſentem litteram inſpecturis ſinceram in domino caritatem, tenore præſentium proteſtamur, quod nos neceſſitate ac utilitate eccleſiæ noſtræ inſpecta prædium quoddam ſitum in *Wingarten* quod ad nos ſpectabat, venerabilibus Dominis Decano & capitulo *Spirenſis* eccleſiæ vendidimus libere & abſque vexatione qualibet poſſidendum, permittentes, & uſque ad ſummam triginta marcarum obligantes capitulo prædicto curiam & decimam noſtram ſitam in *Zutern*. Quod ſi *Fridericus* miles de *Tanne* & cohæredes ipſius, qui ſe ius advocatiæ in dicto prædio habere aſſerunt,

a) *Henricus* iuxta *Trithemium* (chron. Hirſ. T. I. p. 477.) abbas factus a. 1188. munus an. 1196. abdicavit.

SECULUM XII.

runt, ſæpe dictum capitulum in aliquo gravaverint in prædio huius, ſeu etiam quidquam emerunt ab eiſdem, dampna quæcunque memoratum capitulum in hac parte incurrerit, de prædictis bonis in *Zutern* plenarie refundemus. In cuius rei teſtimonium præſens ſcriptum noſtro ac conventus noſtri ſigillis duximus muniendum.

N. LXXII.

Lis ob ius patronatus in *Effringen* per tranſactionem componitur.

Anno 1194. Ex archiv. S. Blaſ. *T. I. p.* 373.

Dietbelmus Dei gratia *Conſtantienſis* eccleſiæ epiſcopus & *Augienſis* abbas *a*) univerſis Chriſti fidelibus tam laicis quam clericis in perpetuum. Notum ſit omnibus tam futuri quam præſentis temporis hominibus, quod *Arnoldus* & *Ruodolfus* & *Oudalricus* filii felicis memoriæ *Heinrici* de *Warto* cum *Manegoldo* venerabili abbate S. *Blaſii* ſuisque confratribus ſuper eccleſia *Eviringin* in pago *Briſaugenſi* conſtituta aliquotiens mota querimonia in noſtra præſentia litigaverunt, ius patronatus & proprietatis in eadem eccleſia hinc inde ſibi pertinere contendentes. Tandem honeſtarum partium interpoſitione ad hanc formam amicabilis tranſactionis ventum eſt, ut præfatus abbas S. *Blaſii* ſuique confratres prædictis filiis Domni *Heinrici* X. & VIII. marchas examinati argenti ſolverent, ipſi vero ſi quid iuris in eadem eccleſia haberent, vel habere poſſent, monaſterio S. *Blaſii* contraderent: quod & factum eſt, adeo ut iam dictus abbas poſt ſolutionem ſupradicti argenti, reliquias S. *Blaſii* in choro noſtro exhiberet, per quas prædicti nobiles ius ſuum in eadem eccleſia, ſi quod habuerunt, in locum & monaſterium S. *Blaſii* omni machinatione humanæ calliditatis poſtpoſita integraliter & irrevocabiliter tranſtulerunt. Ne ergo tam manifeſte & rationabiliter geſta humana memoria per oblivionem perderet, vel poſteritas hominum audita non crederet, hanc præſentem paginam conſcribi, & noſtri ſigilli inpreſſione conſignari fecimus. Acta ſunt autem hæc anno ab incarnatione Domini MCLXXXXIV. Anno pontificatus noſtri IIII. Teſtes, qui hæc viderunt & audierunt, hi ſunt; canonici chori noſtri

Oudalri-

a) Hic iam antea *Augienſis* abbas, factus epiſcopus eamdem dignitatem ſimul retinuit. Ex quarto autem pontificatus eius anno hic notato liquet, illum anno 1190. vel ſeq. epiſcopum fuiſſe electum.

Digitized by Google

Oudalricus maior præpoſitus, *Chounradus* Decanus, *Oudalricus* cuſtos, magiſter *Adilbero*, *Hugo* cellerarius, & frater eius *Marquardus*. *Roudolfus* abbas *Scafbuſenſis b*). *Lutoldus* abbas de *Steine*. *Manegoldus* abbas de S. *Georgio*. Nobiles autem fuerunt hi. *Oudalricus* comes de *Bergin*. *Oudalricus* de *Clingin*. *Ebirhardus* de *Burgilun*. *Tietbelmus* de *Creie*. *Berhtoldus* de *Kalpſo*.

b) Supplendi hi duo abbates in catalogo *Gall. Chriſt.* T. II. p. 933. ſeq. uti & *Udalricus* præpoſitus ac *Conradus Conſtantienſis* p. 929. ſeq. Notari hic quoque meretur, quod *Manegoldus* abbas de S. *Georgio* adhuc an. 1194. dicatur: igitur *Theodericus*, quem *San-Georgiani* a. 1191. abbatem ſtatuunt, tum nondum abbas erat.

N. LXXIII.

Cœleſtinus III. P. M. concedit poſt *Septuageſimam* cantare *Gloria in excelſis* & *Sequentiam a*).

Anno 1197. 8. April. Ex Mſc. ordine operis Dei S. Blaſii.

Cœleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis abbati & conventui S. *Blaſii* in *Conſtantienſi* diœceſi conſtitutis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Licet ſingulis diebus Domino debeamus canticum iubilationis exſolvere, ſanctorum Patrum tamen inſtitutio deliberatione provida ordinavit, ut in diebus feſtivis cum maioribus debeamus modulationibus decantare, & quæ in ſolempnitatibus eſſent a fidelibus depromenda, vel quæ aliquo tempore reticenda diſpoſitione mirabili ſtabilivit. Verum in hoc devotionem veſtram in Domino multipliciter commendamus, quod ab apoſtolica ſede, penes quam diſponente Domino plenitudo reſidet poteſtatis, concedere vobis humiliter poſtulaſtis, ut in *Annuntiatione* & *Purificatione* beatæ Virginis, & feſto S. *Blaſii* vobis liceat, cum infra *Septuageſimam* evenerint, *Gloria in excelſis Deo* & *Sequentiam* ad miſſam cantare. Nos igitur veſtris petitionibus annuentes, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut liceat vobis in feſtivitatibus antedictis *Gloria in excelſis Deo* & *Sequentiam* in miſſarum ſolempniis decantare, devotionem veſtram attentius commonentes, ut ſicut voce cupitis angelici cantici eſſe participes, ſic vos tales exhibeatis in opere, quod in

a) Agunt de hoc ritu, talia poſt ſeptuageſimam uſque ad Paſcha etiam in diebus feſtivis omittendi, paſſim Rubriciſtæ.

Digitized by Google

SECULUM XII.

æterna patria angelorum poſſitis, faciente Domino, conſortia adipiſci. Dat. *Laterani* VI. idus Aprilis pontificatus noſtri anno VII. *b*).

b) Ex chronicis hiſce notis eruitur, privilegium hoc datum eſſe an. 1197. quo 8. April. iam fluebat annus ſeptimus pontificatus *Cæleſtini* III. ſcilicet a 30. Mart. an. 1191. nec ad annum 1198. poſſe referri, quum Papa hic eo anno iam 8. Ian. deceſſerit.

N. LXXIV.

Decimæ in *Nallingen* monaſterio S. *Blaſii* confirmantur.

Anno 1199. 28. Maii. Ex archiv. San-Blaſ. *T. I. p.* 373.

Diethelmus Dei gratia *Conſtantienſis* epiſcopus omnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, geſtæ rei notitiam cum ſalute. Cum lis verteretur inter *Manegoldum* abbatem & conventum S. *Blaſii* ex una parte, & *H.* plebanum de *Nallingen a*) ex altera, ſuper decimis quibusdam dictæ eccleſiæ, partibus coram nobis conſtitutis, abbas dicebat, dimidiam partem omnium decimarum ſuo monaſterio competere, & donationem *Anshelmi*, qui ipſam eccleſiam in fundo proprio conſtruxerat, & ad converſionem veniens in ſuo clauſtro ius patronatus cum dimidia parte decimarum prædictæ eccleſiæ monaſterio liberaliter contulit, & hanc donationem poſtmodum quidam antiſtites *Conſtantienſis* eccleſiæ, & quidam Romanæ ſedis pontifices datis ſuper ea ſuis privilegiis firmaverint; plebanus autem ex adverſo reſponderit, quartam partem abbati & conventui, ſibi vero tres portiones deberi, firmiter aſſerebat: eo quod duo anteceſſores ſui *Albertus* & *Luitfridus* eas hoc modo poſſederant inconcuſſe, abbas vero hoc non de iure ſed de conceſſione anteceſſoris ſui factum affirmabat, nec debere ſibi & conventui ex conceſſione huiuſmodi conceſſionis præiudicium generari. Tandem multis ex utraque parte propoſitis, partes in arbitros conſenſerunt, *W.* videlicet de *Stoufin*, & *M.* de *Anwiler* canonicos *Conſtantienſes*, & ut ipſorum parerent arbitrio, iuramento interpoſito firmaverunt. Arbitri ergo de conſilio bonorum virorum viſis abbatis privilegiis & conſideratis omnibus utriuſque partis circumſtantiis ſtatuerunt, ut ſæpedictus plebanus liti penitus renuntiaret, & de manu abbatis partem illam decimarum, ſuper qua lis vertebatur, feodaliter reciperet, quamdiu viveret poſſidendam. Abbas vero & conventus quarta parte interim fruerentur; deinde vero, ſcilicet poſt obitum plebani

a) Eccleſia in *Nallingen* in ducatu *Würtembergico* per præcedentes pontificum bullas monaſterio ſæpius fuit confirmata, & quidem in bulla *Alexandri* III. an. 1178. cum dimidia parte decimarum, ut hic aſſeritur.

Digitized by Google

plebani dimidia parte omnium decimarum tam de agris plebani, quam de aliis, vini quoque dimidia, exceptis novalibus & lini ſimiliter & incrementis animalium in ſua curti tota, iure perpetuo libere monaſterium potiretur, nec aliquis ſucceſſorum abbatis vel plebani in ſæpe dicta eccleſia iuris ſibi quidpiam præter ea, quæ ſtatuta ſunt, de cætero vendicaret. Actum coram nobis in choro *Conſtantienſi* & de conſenſu partium ſcriptum ac ſigilli noſtri munimine roboratum, anno Domini MCXCVIIII. in Ebdomada Pentecoſtes feria VI. indictione II. Teſtes autem interfuerunt *D.* præpoſitus maioris eccleſiæ. *C.* de *Tegervelt*, *W.* de *Arbun*, & alii plures. SECULUM XIII.

N. LXXV.

Henricus Ciſtillare civis *Turegienſis* prædium pro anniverſario tradit S. *Blaſio*. Teſtatur *Bertholdus* dux de *Zaringen*.

B *a*). Dei gratia dux de *Zaringen* & rector *Burgundia* omnibus in monaſterio S. *Blaſii* uſque in finem Deo ſervientibus ſalutem, & utriuſque vitæ felicitatem. Ea quæ honeſte geruntur & bono intuitu, in ſcripturæ debent poni memoria, ne ſuccedente tempore a poſteris aliqua novitate valeant immutari. Univerſitati igitur omnium ſignificamus, quod *Heinricus*, qui cognominatus eſt *Ciſtillare* burgenſis noſter in *Turego*, a Domino *Mangoldo* venerabili abbate S. *Blaſii* prædium ſitum in villa *Afſoltra*, conſentiente in hoc univerſo capitulo tali pacto acquiſivit, quod idem *Heinricus* cum uxore ſua *Adilheide* prædictum prædium cum omni utilitate poſſidebunt, ita quod uno eorum defuncto alter ſine contradictione vel aliqua mutatione ipſum prædium uſque ad obitum ſuum habebit, & ipſi fratres S. *Blaſii* anniverſarium diem defuncti celebrabunt: mortuo vero utroque prænominatum prædium libere & ſine omni contradictione a Congregatione S. *Blaſii* ad eorum memoriam debet ordinari. Nullus vero heres eorum ſive frater ſive filius vel filia, ſi forte aliquos genuerint, aliquid in prædicto prædio iuris habebit, ſed libere

Anno 1200. Ex archiv. S. Blaſ.

a) *Bertholdus* V. dux *Zaringiæ*, de quo plura *Schæpflinus* (Hiſt. Zar. Bad. T. I. p. 149.). In charta confirmationis iurium abbatiæ *Turicenſis* (L. c. T. V. p. 135.) vocatur *Iudex & Advocatus*, id eſt, in urbem *Thuregum* imperialem iuriſdictionem tenens: qui ſimul advocatiæ ius in S. *Blaſii* monaſterium habuit.

Digitized by Google

SECULUM XIII.

debet ad eorum dies anniverſarios ordinari. Actum publice *Turegi* anno ab incarnatione Domini MCC. præſentibus *Lutoldo* de *Reginspercb. Adilberto* de *Balbo*, qui eiuſdem prædii advocatiam habet. *Rodolfo* cauſidico noſtro. *Heinrico* filio *Brunonis*. *Arnoldo* de *Hottingen*, & filiis ſuis. *H. Molendinario*, & filiis ſuis. *R.* filio *Dietilonis*, & aliis pluribus, in quorum præſentia idem factum ſigilli noſtri eſt munimine confirmatum.

N. LXXVI.

Dietbelmus epiſcopus *Conſtantienſis* in compromiſſarium electus eccleſiam in *Mucheim* filialem eccleſiæ in *Bettmaringen* pronuntiat.

Anno 1202. 7. Iunii. Ex archiv. S. Blaſii. *T. II.* p. 25.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego *Dietbelmus* Dei gratia *Conſtantienſis* eccleſiæ epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus in vero ſalutari ſalutem. Cauta eſt & fidelis litterarum cuſtodia, quæ rem, prout geſta eſt, incommutabili loquitur veritati. Prona eſt enim & facilis ad malignandum præſens ætas, & unde venerit lucrum, non veretur alii facere detrimentum. Notum ſit igitur omnibus tam præſentibus, quam futuris, qualiter per venerabilem fratrem noſtrum *Manegoldum* abbatem S. *Blaſii*, & ſuum clericum *Chounradum* plebanum de *Batmaringin* cum *Burchardo* milite & miniſteriali Domni *Lutoldi* de *Krenkingin* ſuper eccleſia *Mucheim* coram nobis lis eſt diutius agitata: idem enim abbas eandem capellam ſuæ eccleſiæ *Battmaringin* utpote filiam matri pertinere cum omni iure aſſerebat: miles vero ipſam baptiſmalem, & quod ad præfatam eccleſiam nullum haberet reſpectum, inſtanter allegabat. Tandem utriuſque conſenſu tam abbas quam miles in nos fide data compromittentes litem commiſſerunt noſtro arbitrio terminandam. Nos igitur ab his, in quorum memoria & plena notitia fuit, ſuper hoc facto rei veritate diligentius & ſtudioſius requiſita, abbatem & clericum ſuum iuſtam habere cauſam, & e converſo militem & *L.* ſuum Dominum in ſuo iure penitus deficere invenimus *a*). In hunc itaque modum inter eos tranſigendo compoſuimus, quod idem *B.* miles & ſuus Dominus *L.* coram nobis præfato abbati & plebano *C.* de *Batmaringin* ſuam iuſtitiam recognoverunt, & quidquid iuris habere videbantur in eadem capella

a) Iam an. 1157. *Adrianus* IV. eccleſiam *Batemaringin*, cum ſubdita ſibi eccleſia *Moucheim* monaſterio confirmavit. Vid. N. LV. p. 82.

pella *Muchreim* reſignantes abbati eccleſiæ *Batmaringin* canonice & legitime contradiderunt, ita ut ipſa capella tanquam filia ad matrem cum omni iuſtitia & omnibus ſibi pertinentiis in perpetuum pertineret, omni poſtpoſita contradictione, nec aliquid iuris in eadem capella haberet, niſi quod iam dictus *B.* miles ſuper eandem capellam & ſuper bona ipſius advocatiam retineat. Ne igitur tam rationabiliter quam amicabiliter diffinita poſſint per alicuius calumpniam in irritum revocari, litteras præſentes conſcribi fecimus, & ſigillo noſtro ſigillari. Acta ſunt autem hæc anno ab incarnatione Domini MCCII. VII. idus Iunii in choro *Conſtantienſi* in capitulo noſtro, præſentibus quorum hæc ſunt nomina. *Chounradus* maior præpoſitus. *Oudalricus* Decanus & cuſtos eccleſiæ. *Huc.* Præpoſitus S. *Stephani*, & frater eius *Marquardus*. *Wernherus* archipresbyter de *Stouſin*. *Wernherus* archipresbyter de *Eiggoltingen*. *Chounradus* & *Lutoldus* frater eius de *Creinkingin*. *Lutoldus* de *Reginsberc*. *Diethelmus* de *Steineggo*. *Bernardus* de *Loningin* & alii quam plures.

SECULUM XIII.

N. LXXVII.

Confirmatur ceſſio iuris patronatus in *Loppenhuſen* a *Bertholdo* milite de *Habechilsperch* S. *Blaſio* facta.

Anno 1203. Ex archiv. S. Blaſ.

Hartwinus a), divina conceſſione *Auguſtenſis* eccleſiæ electus humilis cum univerſo eiuſdem eccleſiæ capitulo in eo, qui eſt ſalus omni, ſalutis augmentum. Cum per oblivionis vitium frequens ſit evenire, ut longinquitate temporis interdum non pateat veritas originis, hinc eſt, quod ea, quæ bene ab aliquibus conſtituuntur, ob iugem recordationis memoriam litterarum ſolent apicibus commendari. Notum ergo eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus, quia dum inter monaſterium S. *Blaſii* & inter *Berchtoldum* militem de *Habechilsperg* ſuper iure patronatus eccleſiæ in *Lopenhuſen b)* queſtio ac contentio quandoque verteretur, idem miles cum filio ſuo *Dirico* in præſentia noſtra conſtitutus, in manibus Prioris & monachorum eiuſdem monaſterii eidem liti & contentioni ceſſit, & omnino renuntiavit. Hinc etiam ius quoque ipſe in eadem eccleſia, quantum ad ius patronatus habuit, vel habere videba-

a) *Hartwinus* II. ab *Hirnhaim* ſedi *Auguſtanæ* ab an. 1202. uſque 1208. præfuit; unde hic *Electus* adhuc dicitur.

b) *Loppenhauſen* parochia eſt in capitulo Rurali *Mindelheimenſi*, diœceſique *Auguſtana*.

SECULUM XIII. tur, præfato monaſterio contradidit, & per eosdem monachos iure ſuo pleniſſime delegavit. *Reinboto* etiam Vice-Dominus, qui ab eo ad eandem eccleſiam præſentatus fuerat, illi præſentationi & omni iuri ſibi competenti, in præſentia noſtra renuntiavit. Acta ſunt autem hæc anno dominicæ incarnationis MCCIII. Indictione VI. In civitate *Auguſta* præſentibus tam clericis quam laicis. Teſtes autem huius rei ſunt, *Sifridus* præpoſitus, *Waltherus* cuſtos. *Sifridus* ſcholaſticus, *Uolricus* archidiaconus, *Albertus* cellerarius, *Uolricus* oblaitus, *Nudungus* diaconus, *Albertus* diaconus, *Fridericus* ſubdiaconus. Item abbas de *Chaisbain* c), abbas de *Urſin*. De laicis vero, *Ulricus* magnus villicus. *Ulricus* de *Blankenburch*. *Chunradus* de *Erringen*. *Bertholdus* & *Ebo* de *Schebach*. Item *Hermanus* de *Blankenburch*. *Chuonradus Eppo* de *Huſen*. Item *Ruodegerus* de *Igelingen*. *Otto* de *Loubon*, & alii quamplures. Item *Chuonradus* præfectus urbis, & filius ſuus *Chuonradus*. *Sifridus* de *Dunrispergh*. *Chuonradus* de *Ruonon*. *Bertoldus* de *Morenhuſen*. *Heinricus* de *Loppenhuſen*. *Heinricus* de *Suron*. *Albertus* villicus & frater eius *Hermannus* de *Loppenhuſen*.

c) Ita ſæpe in antiquis chartis nominari conſuevit imperiale Ciſtercienſis ordinis monaſterium *Kayſersheim* ſeu *Cæſarea*.

N. LXXVIII.

Notitia dedicationis baſilicæ cœnobii *Petershuſani* inſerta vetuſtiſſimo miſſali eiuſdem monaſterii.

Anno 1205. In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis amen. Ego *Eberhardus* Dei gratia de *Domo Petri* humilis abbas. Memoria humana propter tranſgreſſionem primorum parentum caduca & labilis per cæcas oblivionis tenebras negotia præteritis temporibus celebrata, ne ad futurorum perveniant notitiam, conſuevit ſæpius impedire. Ideo antiqui & ſancti Patres huiuſmodi periculo veluti dampnoſo per inſtrumenta ſcriptorum ſtatuerunt obviari. Sciant ergo tam præſentes quam poſteri, quod dedicatio baſilicæ *S. Gregorii* in cœnobio noſtro, quod vocatur *Domus Petri*, in feſto *Pelagii* antiquitus celebrabatur, & ſingulis annis eadem die proceſſio de maiori choro *Conſtantienſi* ad iam dictum monaſterium S. *Gregorii* apportatis reliquiis S. *Mariæ*, & beati *Pelagii* martyris cum digna reverentia & honeſta cleri congregatione fieri ſolebat. Expletis vero pluribus tempo-

Digitized by Google

Seculum XIII.

temporum curriculis, exigentibus meritis ultio divina inopinatum ſuſcitavit incendium, & perſtrepentibus flammis iam dictam baſilicam S. *Gregorii*, & ipſum clauſtrum in circuitu penitus conſumpſit. Accidit autem hoc malum anno dominicæ incarnationis MCLVIIII. IIII. nonas Iunii, hora cœnandi. Viginti autem & uno anno reſtaurata eſt prædictæ baſilicæ fabrica, & dedicata eſt a venerabili *Conſtantienſi* epiſcopo *Bertholdo a*). Eadem die dedicatum eſt altare iuxta dormitorium in honore S. *Mariæ* virginis. Eadem etiam die dedicatum eſt altare iuxta ſacrarium in honore S. *Uodalrici* confeſſoris, & S. *Afræ* martyris, & hæc facta ſunt anno dominicæ incarnationis MCLXXX. Indictione XIII. VII. Kalendas Ianuarii. Sed quia propter anniverſarium conſecrationis divina natalis Domini & S. *Stephani* prothomartyris, cuius illa die feſtum contingit, honore debito recolere minime valuimus, & etiam prætaxata proceſſio impediebatur; ego *Eberhardus* prædictus abbas hæc apud dominum noſtrum epiſcopum *Conſtantienſem Diethalmum* nomine crebra precum inſtantia obtinui, quod caſſata priori dedicatione per commotionem altaris principalis, ſicut ſæpius fieri ſolet, ſæpe dictam baſilicam in feſto S. *Pelagii*, ſicut antiquitus dedicata fuerat, conſecravit in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, & in honore S. *Gregorii* confeſſoris, & *Philippi* apoſtoli, & *Gebebardi* conf. & omnium Sanctorum. Hæ quoque reliquiæ continentur in altari: de ligno ſanctæ crucis: de veſtimento S. Mariæ virginis: S. Iohannis Bapt. Petri & Pauli: Andreæ: Iohannis Evang. Bartolomæi. Simonis. Mathyæ apoſtolorum. Sanctorum Innocentum. Stephani protho M. Clementis Papæ. Calyſti Pap. Felicis Pap. Apollinaris M. Blaſii epiſc. & M. Laurentii. Vincentii. Cyriaci. Ypoliti. Sebaſtiani. Georgii. Iohannis & Pauli. Xpofori. Alexandri filii Felicit. Alexandri Pap. Coſmæ & Damiani. Pancratii. Viti. Mauricii. Pelagii. Anaſtaſii. Geneſii. Agapiti martyrum. Confeſſorum Gregorii. Martini, Nicolai, Maximini, Paulini Nolanenſis, Chuonradi, Gebehardi, Galli. Sanctarum Mariæ Magdal. Agathæ, Agnetis, Luciæ, Cæciliæ, Eugeniæ, Barbaræ, Fortunatæ, undecim millium Virginum, Afræ, Hylariæ, Eunomiæ, Eutropiæ, Verenæ, Scholaſticæ, Dignæ, Sophiæ, Walpurgæ. Hæ quoque adhuc habentur reliquiæ in eodem altari: Fabiani Pap. Dyoniſii. Proti & Iacinti, Candidi, Maximi, Fidelis martyrum. Confeſſorum Gaugerii, Barbatiani, Adilberti epiſcoporum. Facta eſt autem prædicti altaris dedicatio anno dominicæ incarnationis MCCV. Indictione VIII. Olympiade III. anno decemnovenalis cycli VIIII. Epactis XXVIII.

a) Ergo necdum anno priore 1179. obiit, uti in Gallia Chriſtiana T. V. p. 914. ex fide variorum ſcriptorum aſſeritur.

Digitized by Google

SECULUM XIII.

XXVIII. concadentibus V. B. littera dominicali, præſidente ſedi apoſtolicæ Innocentio III. anno apoſtolatus eius VIII. Regnanteglorioſiſſimo Romanorum rege *Philippo*, anno regni eius VIII. præſentibus univerſis maioris eccleſiæ *Conſtantienſis* canonicis & civibus urbis *Conſtantienſis*, & multo extraneo clero & populo. Excurſus vero duobus annis *b*) poſt hanc conſecrationem ego *Eberhardus* abbas cum conſenſu fratrum meorum ordinavi, quod ſingulis annis in priori veſpera S. *Gebehardi* confeſſoris ſex ſolidi denariorum *Conſtantienſis* monetæ fratribus *Conſtantienſis* maioris eccleſiæ de prædio in *Obirndorf*, quod S. *Gebhardus* monaſterio noſtro contradidit, & ſervitium prædictis fratribus *Conſtantienſibus* in feſto *Gregorii* ſingulis annis inde fieri ordinavit, omni occaſione poſtpoſita miniſtrentur, & iidem fratres *Conſtantienſes* in choro *Conſtantienſi* de S. *Gebehardo c*) cum pleno ſollempnizent officio, & craſtina die dedicationis noſtræ memorati fratres *d*) *Conſtant.* cum proceſſione præſcripto modo ordinata ad monaſterium noſtrum veniant. Ordinavi etiam ego ſæpe dictus abbas, quod quicunque vicem plebanatus in eccleſia parrochiali de *Domo Petri* gerere conſtituitur, ſingulis annis in natali Domini quinque ſolidos denariorum *Conſtantienſis* monetæ, & totidem ſolidos eiuſdem monetæ in die ſancto paſchæ cuſtodi de *Domo Petri* inevitabiliter perſolvat, & ipſe cuſtos ſingulis diebus lampadem accenſam de mane uſque ad noctem coram altari S. *Gregorii* deſcripta pecunia in perpetuum miniſtret. Ne autem, quæ præſcripta ſunt, & ſalubriter ordinata, a protervia malignorum in ſcrupulum quæſtionis in poſterum valeant everti, vel ullo modo commutari, hoc ſcripto fecimus commendari. Si quis autem hæc in poſterum auſu temerario infringere attemptaverit, in die diſtricti examinis cum reprobis inveniatur. Amen.

Anno verbi incarnati MCCXXXIIII. Indictione XII. VI. Kal. Sept. die Sabbati. Manifeſtatæ ſunt reliquiæ fundatoris & patroni noſtri ſancti ac Deo dilecti confeſſoris atque pontificis *Gebehardi*, repoſitæ in ſarcophago novo, argenſo & auro contecto. cum devotione & reverentia, & canticis ſpiritualibus, multis coram poſitis prælatis, monachis, canonicis, & aliis litteratis perſonis, laicis pluribus viris ac mulieribus. Collocatæ ſunt & in eodem Sarcophago reliquiæ Sanctarum XI. millium virginum, & aliorum multorum Sanctorum, ad laudem & gloriam & honorem ſalvatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus nunc & ſemper, & per infinita ſæculorum ſæcula. Amen.

N. LXXIX.

b) Igitur adhuc an. 1207. ſuperſtes fuit *Eberhardus* abbas, quod notandum pro Gallia Chriſtiana (l. c. p. 1034.)

c) Feſtum S. *Gebhardi* epiſc. *Conſtant.* celebratur die 27. Aug. & ſequenti die feſtum S. *Pelagii* M. ceu Patroni diœceſani.

d) Nunc canonici cathedrales.

Digitized by Google

N. LXXIX.

Innocentius III. monaſterium *Urſinenſe* in protectionem apoſtolicam recipit *a*).

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis abbati & conventui de *Urſin* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes apoſtolica piis votis, & honeſtis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Quapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & locum ipſum, in quo divinis eſtis obſequiis mancipati, cum omnibus, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum dante Domino iuſtis modis poteritis adipiſci, ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem eccleſiam S. *Mariæ* de *Urſin*, quam canonice vos proponitis aſſecutos, ſicut eam iuſte ac pacifice poſſidetis, vobis & per vos eidem monaſterio, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Data *Laterani* III. nonas Decembris, pontificatus noſtri anno XII. *b*).

SECULUM XIII.

Anno 1210. 3. Dec. T. II. p. 54.

a) Spectat hæc bulla *Rudolphum* abbatem *Urſinenſem* ex S. *Blaſii* monacho.
b) *Innocentius* III. electus fuit an. 1198.

N. LXXX.

Bertoldus Zaringenſis arbiter inter *Henricum* abbatem de *Beinwilare* & *Rudolphum* comitem de *Thierſtein*.

Lutoldus Dei gratia *Baſileenſis* epiſcopus univerſis & ſingulis præſentem paginam inſpecturis rei geſtæ notitiam. Ne labantur cum tempore, quæ geruntur in tempore, ſcriptis ſolent authenticis roborari. Sciat igitur præſens ætas & futura poſteritas, quod litigantibus in noſtra præſentia dilectis noſtris *Henrico* abbate de *Beinwilare a*) ex una parte, &

Anno 1212. Ex archiv. Baſil.

a) Celebre olim Benedictinorum cœnobium in *Helvetia* & diœceſi *Baſileenſi*, adhuc ſuperſtes ſub *Steinenſi* B. Virginis abbatia. Vid. *Leu* lex. Helv. P. III. p. 19.

SECULUM XIII.

nobili viro *Ruodolpho* comite de *Thierſtein* & *Rudolpho* filio ſuo ex altera, tandem nobis & aliis viris diſcretis mediantibus talis inter ipſos compoſitio intervenit. In arbitrio Domini *Berhtoldi* ducis *Zeringiæ* fuit ab utraque parte compromiſſum: ſi dictus comes homines ad monaſterium de *Beinwilare* ſpectantes compellere deberet, ut eidem abbati fidelitatis facerent iuramentum, & ſi idem homines ſecundum conſuetudinem aliorum cœnobiorum valla ſua in morte ſua ſeu mortuaria abbati reddere tenerentur, quæ duo dictus dux inquiſita veritate apud S. *Blaſium* facienda recognovit *b*). Statuimus etiam, ut prænominatus comes nullam procurationem ab abbate & conventu ratione advocationis requireret in Nativitate Domini, in Paſcha, & in Pentecoſte, niſi eſſet ab abbate & fratribus invitatus: ſi autem alias quandoque ad locum accederet, nihil malitioſe ab iis exigeret, ſed gratanter acciperet, quod ei benevole erogaretur, nec ad curtes dicti cœnobii accederet, hoſpitia vel alia ſervitia requirendo. Inſuper quicunque de hominibus eccleſiæ ab abbate & fratribus in eiſdem curtibus fuerit villicus vel œconomus conſtitutus, & ſervientes eorum conducti vel pactati ab omni exactione liberi permanebunt. Idem abbas in villis ſuis villicos libere conſtituet, & duas partes habebit, comes vero tertiam de omni quæſitu iudiciali: ſi quis etiam de familia eccleſiæ ſine prole legitima deceſſerit, omnia bona ipſius ad eccleſiam libere devolvantur. Ut autem hæc conſtitutio firma & ſtabilis de cætero permaneat, præſentes litteras ſigillo noſtro nec non comitis fecimus ſigillari. Datum *Baſileæ* anno MCCXII.

b) Cuius ſcilicet advocatus erat *Bertholdus*, eiuſque iura & conſuetudines optime noverat.

N. LXXXI.

Innocentius III. comittit abbati S. *Trudperti* &c. controverſiam ob prædium in *Nendingen*.

Anno 1215. 20. Iul. Ex archiv. *T. II.* p. 45.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis abbati S. *Trudperti* & ... de *Turego* & ... de *Riede* præpoſitis *Conſtantienſis* diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilectorum filiorum ... abbatis *a*) & conventus S. *Blaſii* recepimus queſtionem, quod *C.* miles de *Dirbeheim Conſtantienſis* diœceſis, eis ſuper curia ſua *Nendingin* dampna non modica irrogavit. Quocirca diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis cauſam & appellatione remota

a) *Hermannus* I. hoc anno præfuit, & ad S. *Trudpertum Henricus*.

Digitized by Google

remota ſine debito terminetis, facientes, quod ſtatueritis, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem ceſſante appellatione cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnibus his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Tu denique fili abbas ſuper te ipſo & credito tibi grege totaliter vigilare procures, extirpando vitia & plantando virtutes, ut in noviſſimo diſtricti examinis die coram tremendo iudice, qui reddit unicuique ſecundum opera ſua, dignam poſſis reddere rationem. Datum *Viterbii* XIII. Kalend. Auguſti pontificatus noſtri anno XVII.

SECULUM XIII.

N. LXXXII.

Coram *Conrado* epiſcopo *Conſtantienſi* ſervitia curiæ Blaſianæ remittit *Conradus* de *Dirbeheim.*

Anno 1215. Ex archiv. S. Blaſ. *ibid.*

C*huonradus a*) Dei gratia Conſtantienſis eccleſiæ epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Quatenus bene diſpoſita firma permaneant in perpetuum, litterarum egent adminiculo. Noverint igitur tam qui ſunt, quam qui futuri ſunt: quod vir nobilis *Chuonradus* de *Dirbenheim* exactionem trium ſervitiorum, quæ ſibi annuatim in curia *Nendingen* vendicabat, ſub noſtra præſentia in manum *Hermanni* abbatis S. *Blaſii* ſolemniter renuntiavit, ſpondens firmiter, & cum omni fidelitate, ſe nihil deinceps contra voluntatem abbatis & conventus S. *Blaſii* de prædicta curia *Nendingen* exacturum. Acta ſunt hæc apud cœnobium S. *Blaſii* anno ab incarnatione Domini MCCXV. Indictione III. ſub Papa *Innocentio* III. & rege Romanorum *Friderico* II. Teſtes autem, qui hæc præſentes viderunt & audierunt, hi ſunt *Wernherus* de *Arbun* Dechanus. *Hugo* de S. *Stephano* præpoſitus. *Bertholdus* de *Riethein* & *Otto* de *Weningen* plebani. *Eberhardus* de *Horwe* capellanus. *Wernherus* de *Eichilberg* clericus. *Lutoldus* de *Howenſtein*. *Waltherus* de *Tegervelt*. *Uolricus Pincerna* de *Habſpurg*. *Dietricus* de *Wabingen*. *Ulricus* de S. *Gallo*. *Gerungus Rumenhie*, cum *Arnoldo* Priore & conventu S. *Blaſii* & aliis plurimis.

a) *Conradus* huius nominis II.

Digitized by Google

N. LXXXIII.

Albertus de *Wermshuſen* damna S. *Blaſio* reparat.

SECULUM XIII.

Anno 1219. 26. Ian. Ex archiv. San-Blaſii *T. II.* p. 52.

Præſentium litterarum inſpectoribus univerſis *H.* divina permiſſione abbas totuſque conventus monaſterii S. *Blaſii Nigræ Silvæ* ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis, orationes in Domino reique notitiam ſubnotatæ. Cum *Albertus* de *Wermisbuſen* prædictæ diœceſis nos & prædictum noſtrum monaſterium in bonis apud *Wermsbuſen* ſitis, dictis *Slenzinun gut*, ſpectantibus ad monaſterium prænotatum, per indebita ſervitia & etiam inconſueta per excisionem lignorum, per ſpolia, per iniurias illicitas ac diverſas leſiſſet multipliciter contra iuſtitiam & gravaſſet, querimoniam coram iudice ordinario depoſuimus contra ipſum: partibus itaque coram eodem iudice comparentibus lite legitime conteſtata, recepto ab eiſdem partibus calumpniæ iuramento, examinatis utriuſque partis teſtibus, redactis confeſſionibus partium ac teſtium depoſitionibus fideliter in ſcripturis, nec non ſuo tempore publicatis, perſpectis cum ſolicitudine ac diſcuſſis antedictis, iudex per diffinitivam ſententiam pronuntiavit, partem noſtram intentionem ſuam per teſtes tam ex parte monaſterii, quam ex parte ipſius *Alberti* productos plenius probaviſſe. Quam ob rem idem iudex ordinarius memoratum *Albertum* ſcilicet quondam *Berchtoldi* dicti *Vubſeli* de *Wermsbuſen* filium nobis, & prædicto noſtro monaſterio in XXX. libris denariorum bonorum Hallenſis monetæ, in refuſionem dampnorum & in ſatisfactionem iniuriarum finaliter exſolvendis, præhabita taxatione congrua finaliter condempnavit. Sed quia memoratus *Albertus* commodo in propoſito per pecuniam numeratam ſatisfacere non valebat, condictum extitit & legitime ordinatum, quod ſupradictus *Albertus* in ſatisfactionem omnium præmiſſorum omni iuri, iurisdictioni, dominio, & omni occaſioni hactenus in antedictis bonis nomine advocatico aut alias quomodolibet uſurpatis renuntiavit, & ipſa bona cum univerſis ſuis attinentiis pro ſe cunctiſque ſuis coheredibus & poſteris ipſi monaſterio dimiſit libera ſimpliciter & in totum. Cæterum ego prædictus *Albertus* tanquam in iure confeſſus publice recognoſco, narrata præmiſſa ſimpliciter eſſe vera. In quorum omnium evidentiam præſens inſtrumentum illuſtris Domini *Gotfridi* comitis palatini de *Tuwingen*, monaſterii prænarrati, ac univerſitatis populi de *Eſſelingen* ſigillis de ſcientia omnium, quorum intereſſe dinoſcitur, complacuit communiri, ac honorabilium virorum de *Nallingen* ac de *Sulze* eccleſiarum rectori-

Digitized by Google

rectoribus, viceplebani de *Nallingen*, *H.* militis & *Ruodegeri* fratrum de *Nallingen*, ac *Wernberi* dicti *Grawen* teſtimoniis roborari. Actum apud *Eſſelingen* anno Domini MCCXVIIII. VII. Kal. Februarii indictione XII. *a)* Seculum XIII.

a) Pro decenario reponendus hic quinarius, i. e. indictio VII.

N. LXXXIV.

Eberhardus abbas *Hirſaugienſis* capitulo *Spirenſi* vineas in *Meckenheim* vendit.

Ego *Eberhardus Hirſaugenſis* abbas cum conſenſu capituli mei vendidi capitulo maiori in *Spira* IIII. Iugera vinee allodii noſtri in *Meckenheim* pro VIII. libris Spiren. monete, quas quia libere poſſedimus & ut propria bona eidem libere capitulo maiore ſine omni contradictione contulimus, & eas a nobis ab omni exactione liberas & ſine quovis onere volumus tranſire ſicut decet liberum prædium. Acta ſunt hæc anno Domini MCCXIX. Indict. VI. ſub venerabili epiſcopo *Cunrado a) Spirenſis* & *Methenſis* menſe Martio. Teſtes *Cunradus*, *Cunradus*, *Adelvole* miles, *Egeno*, *Egebardus* plebanus S. *Leonis*, & alii, quorum nomina labor eſt enumerare. Anno 1219. Mart. Ex archiv. Spirenſi. *T. II.* p. 38.

a) *Conradus* III. a *Scharfeneck Spirenſis* ſimul & *Metenſis* epiſcopus, ac *Philippi* R. R. cancellarius.

N. LXXXV

Iudices delegati apoſtolicæ ſedis ſuper curiam in *Nazzenburre* decernunt violenter fuiſſe S. *Blaſio* ablatam.

In nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti. Ego *B. a) Winegart*, & ego *H. b) Rottenſis* & ego *R. c) Walſenſis* præpoſiti iudices ab apo- Anno 1222. 15. April. Ex archiv. San-Blaſii *T. II.* p. 52.

a) *Bertholdus* abbas *Weingartenſis*. b) Forte *Henricus*, qui in globo cum aliis enumeratur in Gallia Chriſt. (T. V. p. 1103.) c) *Rudolfus* Nobilis de Prato ſecundus præpoſitus canoniæ in *Waldſee*. Cæterum hæc ipſa *Sueviæ* præſulibus a Papa delegata commiſſio indicat, damna hic memorata reſpicere Cellam S. *Blaſii* in *Ochſenhauſen*, cuius etiam Prior, Præpoſitus & Camerarius initialibus dumtaxat litteris hic inter teſtes notantur.

SECULUM XIII.

ſtolica delegati ſede, cognoſcentes de cauſa, quæ vertebatur inter abbatem *d*) S. *Blaſii* de *Nigra Silva*, & *C.* nobilem virum de *Macenſienb* ſuper quadam curia in *Nazzenburren* ſita, quam felicis memoriæ *H.* frater eius tam pro remedio animæ ſuæ in ultima voluntate, cuius liber eſt ſtilus, tam pro recompenſatione damni, quod intulit monaſterio S. *Blaſii*, nullo contradicente libere poſſidendam in perpetuum contradidit; ſed eo defuncto *C.* præfatus frater eius eandem curiam iure hæreditario violenter & minus rationabiliter ſibi vendicavit, qui tamen poſtea ſuper eodem facto iterum & iterum citatus nobis in *Alidorf* in iudicio reſidentibus idem errorem ſuum recognoſcens iuris neceſſitate compellente iuri ſuo, quod in eadem curia videbatur habere, penitus in manibus noſtris renuntiavit, ſolam tantum & nudam advocatiam ſibi prætaxavit, aliis vero dampnis eccleſiæ S. *Blaſii* per incendium illatis iuramento ſe ſufficienter expurgavit. Teſtes huius facti ſunt *Swikerus* plebanus de *Lobon*. *A.* prior, *T.* præpoſitus, & *O.* cammerarius de *Ochſenhuſen*. *H.* ſcholaſticus de *Walſe*. *H.* cuſtos, & *H.* cammerarius S. *Blaſii*. *Ortolfus* miles de *Rinechenburg*. *Roudolfus* de *Seeburg*. *Cunradus* de *Winedin*. *Fridericus*, *Uolricus* de *Alidorf*, & alii quam plures. Acta ſunt autem hæc anno ab incarnatione Domini MCCXXII. menſe Aprili XVII. Kal. Maii ſub *Friderico* Romanorum imperatore II. indictione decima.

d) *Hermannus* I. is adhuc erat.

N. LXXXVI.

Henrici de *Beringen* anniverſarium ratum habet *Otto* I. abbas S. *Blaſii* *a*).

Anno 1223. Ex archiv. S. Blaſ. *T. II.* p. 50.

Anno ab incarnatione Domini MCCXXIII. Ego *Otto* S. *Blaſii* XII. abbas *b*) conſtitutionem ab anteceſſore meo *Hermanno* abbate factam ac

a) Charta hæc notitia potius videtur hiſtorica ſeu fragmentum narrationis cuiuſdam hiſtoricæ, in qua illa *Hermanni* I. anteceſſoris conſtitutio legebatur, uti & illa, quæ ad *Henricum* de *Beringen* camerarium ſpectant, quem hic ceu iam *ſupradictum* inducit.

b) Quum *Otto* ſeipſum duodecimum S. *Blaſii* abbatem nominet, & *Hermannus* II. eius ſucceſſor decimum tertium, ac inſuper *Bertholdus* in chronico *Würtemberg.* abbas ſextus dicatur, recte hinc ordinem & ſucceſſionem abbatum noſtrorum ſtatuimus T. I. p. 238. Dum vero hic mentio *Bertholdi* abbatis recurrit, iuvat hic iis lucem affundere, quæ T. I. p. 417. coniectando diximus de eius genere ex *Bucelino*, qui illud ex comitibus de *Bogen* & *Windberg* repetit. Du-

Digitized by Google

ac præſcriptam, quia ſupradictus *H. c)* camerarius nobis quoque præſidentibus XL. marcas argenti monaſterio contulit, & inſuper curiam noſtram apud *Batemaringen* cuidam de *Scafuſa* ſub annua uſura XVI. modiorum tritici obligatam decem marcis redemit, ratam eſſe cupiens ſubſcripſi, & ſigillo meo appoſito roboravi. Communi præterea conſulto ac decreto totius capituli conſtituimus, ut prato apud *Hugilubein* & novem maltris frumenti apud *Tatingen*, quæ idem *H.* Camerarius redemit, præpoſituræ *d)* de *Briskowe* dimiſſis, ſolum ac totum cum curia prædium noſtrum in *Schaleſtat* ad prædictum anniverſarium & ſervitium pertineat celebrandum. Et præpoſitus monaſterii de pago *Turicenſi* ad

bii vero hæſimus, an id de *Berchtholdo* abbate noſtro, vel de cognomine abbate *Garſtenſi* ex noſtris poſtulato intelligendum veniat: quem adeo l. c. *Luitgardis* de *Windenberg* monialis in noſtro parthenone *Berovienſi* fratrem aut fratruelem ſuſpicati ſumus. At vero nunc certum tenemus, *Bertholdum* hunc primum huius nominis abbatem S. *Blaſii* fuiſſe, ac filium dictæ *Luitgardis*, & fratrem *Alberti* I. comitis *Bogenſis*, cuius filius *Albertus* II. apud S. Blaſium ſepultus eſt an. 1140. quo adhuc ibidem abbas erat *Bertholdus* eius patruus: prout rem fuſius tractavimus T. I. p. 397. ſeqq. de *Luitgarde* agentes, quæ una cum duobus filiis ſuis *Bertholdo* & *Adelberto* notatur in inſtrumento anni 1104. Quum vero in altero *Adalbertus* dumtaxat cum matre occurrat, *Bertholdus* circa hæc tempora ad S. Blaſium conceſſiſſe dicendus eſt, iam a. 1125. ibidem abbas factus. Quæ quidem datis ad nos litteris monuit Cl. P. *Hermannus Schollinur* Benedictinus Oberaltacenſis, qui Bogenſium comitum genealogiam, iam T. XII. Monum. Boic. erudite illuſtravit, & ſpeciali diſſertatione pertractabit T. XV. ad prelum iamiam parato. Ex quo etiam diſcimus, *Conradum Luitgardis* fratrem fuiſſe, in quem ſenſum etiam anonymi noſtri verba l. c. expoſuimus, qui an. 1083. Baſileæ obierit, in S. Blaſio ſepultus. Quæ autem l. c. p. 401. de patre *Luitgardis* & fratris eius ex *Schollinero* adduximus, ea idem eruditiſſimus ſcriptor in transmiſſa nobis alia tabula Genealogica ita emendavit, ut *Udalricus* de *Windberg* non iam pater, ſed frater eorum dicatur, quorum pater fuerit *Meginhardus* advocatus *Nider-Altacenſis* filius *Thiemonis* I. ſeu ſenioris, cuius pater erat *Udalricus* comes de *Puten* & *Lambach.* Ex quo ſyſtemate *Conradus* de *Ratilinberge* non frater *Luitgardis*, ſed eius ex fratre *Udalrico* nepos dici debet, diſtinguendus a *Conrado Luitgardis* fratre in S. Blaſio ſepulti. Cæterum *Alberti* II. comitis *Bogenſis* uxor a Cl. *Schollinero* vocatur *Lutgardis* filia *Leopoldi Pulcri* auſtriæ Marchionis.

Difficultatem denique a nobis l. c. p. 400. propoſitam de *Bertha* uxore *Hartwici* de *Bogen*, quæ iuxta *Cornidem* filia fuerit S. *Ladislai* regis Hungariæ ex *Adelheide Rheinfeldenſi*, ita ſolvit idem Cl. *Schollinerus*, ut eam ac ſororem eius *Sophiam* non filias *Ladislai*, & ſorores *Colomanni* regum *Hungariæ*, ſed primi quidem ſorores, alterius autem amitas, ambas autem *Bela* I. *Hungariæ* regis filias dicat, atque in hoc chronici *Weingartenſis* auctorem ex *Annaliſta Saxone* corrigit.

Hæc extra ordinem quidem, quum ſerius ad manus noſtras venerint, haud incongrue tamen hic adnotanda duximus.

c) Similis argumenti charta recurrit infra ad an. 1248. ubi *Henricus* iſte de *Beringin* frater noſter & quondam Camerarius dicitur, an. 1248. adhuc ſuperſtes. Suſpicamur autem ex ipſa hac charta, illum fuiſſe ex familia nobilium *Hünen*, qui de *Beringen* nuncupati ſunt a Caſtello cognomine in ſuperiore *Klettgovia* prope *Schafhuſium*, ad quam urbem etiam nunc pertinet, poſtquam illud eius nobiles *Im Thurn* ab initio ſec. XV. poſſederant. Vid. *Leu* Lex. Helvet. P. III. v. *Beringen.*

d) Præpoſituræ hic nominatæ in *Briskowe*, & in pago *Turicenſi* ſeculares tantum ſunt pro adminiſtrandis monaſterii bonis in his tractibus conſtitutæ, ac hodieque perſiſtunt.

Digitized by Google

SECULUM XIII.

ad duo luminaria, videlicet ante principale altare veteris monaſterii & in capella S. *Mariæ*, quæ hactenus tantum in nocte lucebant, quatenus amodo etiam per diem luceant, oleum ſufficiens adminiſtrabit, ob curiæ ſcilicet in *Batemaringen* redemptionem. Quod ſi quis aliquando ſive de *Briskowe* ſeu de pago *Turicenſi* præpoſitus redimere ſibi voluerit ac valuerit, prior XXVIII. ſequens decem marcas argenti puri conventui reſtituat. De quibus itidem coëmatur, unde ſupra ſcripta conſtitutio plene valeat adimpleri.

Anno MCCXXIII. Ego *Hermannus* abbas huius loci XIII. *e*) omnia ſupraſcripta a duobus prædeceſſoribus meis bene proviſa & utiliter diſpoſita approbo & confirmo, & ſigilli mei appoſitione communiens perpetuo quoque a poſteris pro rei utilitate non dubito valitura.

e) Egimus de hoc abbate *Ottonis* eodem anno 23. Iul. defuncti ſucceſſore. T. II. p. 51.

N. LXXXVII.

Rudolphus de *Randegge* ob damna illata confert S. *Blaſio* prædium in *Burprunnen*.

Anno 1225. Ex autographo archiv. *T. II.* p. 52.

In nomine Domini ego *C.* Dei gratia præpoſitus *Imbriacenſis a*) hac annotatione ſignifico præſentibus & futuris, quod cum Dominus *R.* nobilis dictus *Schade* de *Randegge* eccleſiam S. *Blaſii* per rapinam & incendium pene ad centum marcarum valentium & amplius dampnificaſſet, & in excommunicationis ſententia, ſicut meruit, diu forduiſſet, tandem interponentibus ſe viris diſcretis, & honeſtis compoſitio talis ex utraque parte intervenit, ut memoratus nobilis prædium ſuum in *Birchbrunnin* ſub hac forma & conditione iam dictæ eccleſiæ in emendam legitima donatione aſſignaret & traderet, ut tam ipſe quam mater ipſius quamdiu adviverent dictum prædium ſub annuo cenſu videlicet quinque ſolidorum eccleſiæ S. *Blaſii* perſolvendo, libere poſſiderent, ipſis vero ambobus decedentibus iam memoratum prædium in proprietatem

&

a) *Embrach* ſeu *Imbriacum* in comitatu *Kyburg* & hodierno pago *Tigurino* canonicorum regularium collegium erat in honorem SS. Petri & Pauli ſec. XII. an. 1188. fundatum, ac deinceps in eccleſiam collegiatam commutatum, cuius nonnulli præpoſiti recenſentur in *Leu* lexico Helvetico P. VI. p. 315. quibus præponendus eſt *Conradus* hic littera initiali C. notatus; ac idem forte eſt, qui hoc nomine occurrit apud P. *Herrgott* (Geneal. dipl. T. II. P. I. p. 238. 272. 280. 308.) in chartis an. 1231. 1243. 1245. 1253.

Digitized by Google

& dominium eccleſiæ ſine quolibet contradictione poſſidendum deveniret. Huic contractui & compoſitioni ego C. præpoſitus Imbriacenſis me profiteor interfuiſſe ſub confirmatione & atteſtatione præſentium litterarum, quibus ſigillum meum apponendum decrevi, ut contractus iſte coram idoneis teſtibus infra ſubſcriptis celebratus, inter eccleſiam S. *Blaſii* & iam dictum nobilem & heredes ipſius deinceps ratus ac firmus habeatur. Teſtes huius contractus ſunt *Hermannus* abbas S. *Blaſii*, *Heinricus* cuſtos, *Burchardus* capellanus. *Chounradus* præpoſitus de *Berowe*. Ego C. præpoſitus *Imbriacenſis*. *Ioannes* miles de *Thoungen*. *Chounradus* miles dictus *Swarze*. *Volchardus* miles de *Gurtwile* & alii plures tam clerici quam laici. Actum in villa *Gurtwil* anno Domini MCCXXV. Indictione octava *b*).

b) Anno 1225. currebat indictio XIII. unde ſuſpicor, reponendum hic eſſe annum MCCXXXV. addito uno denario, & ſic indictio VIII. congrueret.

N. LXXXVIII.

Henricus Baſil. ep. Cellam *Bürglen* a telonio in ponte *Baſileenſi* eximit.

Anno 1225. Ex archiv. S. Blaſ.

H *a*). Dei gratia *Baſilienſis* epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Noverint præſentes & poſteri, quod conventus clauſtri *Burgelon b*) ad voluntatem conſilii *Baſilienſis* & noſtram quamdam ſummam pecuniæ ad conſtructionem pontis ultra Rhenum libere contulit: nos vero ad petitionem ſuam ſibi ſuisque poſteris & rebus ſuis de communi conſenſu & conſilio canonicorum, miniſterialium, omniumque civium noſtrorum liberum tranſitum per eundem pontem ſine difficultate qualibet conceſſimus in perpetuum. Ut autem hæc noſtra conceſſio perpetuæ firmitatis robur obtineat, præſentem chartam conſcribi fecimus, eam ſigillo noſtro, ſigillo capituli noſtri & civitatis noſtræ roborantes. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini MCCXXV.

a) *Henricus* II. de *Thun Baſileæ* ab an. 1215. uſque 1238. præfuit.
b) Eſt hæc San-Blaſiana Cella *Bürgelen Baſileæ* vicina, de qua T. I. p. 408. & alibi.

N. LXXXIX.

Egon comes de *Urach* ſententiam ſuam inter S. *Blaſium* & D. de *Gephingen* ob eccleſiam in *Uttenviler* epiſcopo *Conſtantienſi* ad adprobandum tranſmittit.

SECULUM XIII.

Anno 1225. 7. Iunii. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II. p.* 11. 35.

Domino ſuo & patri in Chriſto venerabili *C. a*) Dei gratia *Conſtantienſi* epiſcopo *E.* eadem gratia comes de *Urach* & Dominus in *Friburg* promtiſſimam ſervitutem cum debita reverentia. Paternitati veſtræ ſignificamus humiliter, quod nos diu protractam litem ſuper iure patronatus eccleſiæ in *Utinvilare b*), quæ vertebatur inter abbatem & conventum S. *Blaſii* ab una parte, & fidelem noſtrum *Heinricum* militem de *Gephingen* ab altera de conſenſu partium, præſtito utrinque datæ fidei ſacramento in manibus noſtris, facta quoque renuntiatione de ſcriptis & inſtrumentis a diverſis ſedibus ſuper eadem cauſa ad diverſos iudices obtentis, præhabita cum viris prudentibus multa deliberatione, per arbitrii noſtri ſententiam taliter decidimus, ut *W.* clericus, qui nunc ab eodem *H.* milite præſentatus, a vobis fuit inſtitutus, eandem eccleſiam pacifice poſſideat, & quam primum vacare incipiet, prænominati abbas & conventus ad eandem vobis aut ſucceſſori veſtro inſtituendum idoneum clericum præſentent, ac ſic monaſterium S. *Blaſii* una vice, prædictus vero *H.* miles vel ſui heredes altera, per mutuas viciſſitudines perpetuum ius obtineant ad eandem eccleſiam clericos præſentandi. Quia tamen in iure canonico cautum didicimus, quod laicus quantumcunque bonus in re ſpiritali arbitrari vel tranſigere non poſſit, deciſionis noſtræ arbitrium veſtræ directionis prudentiæ committimus devote pro partibus in Domino rogantes, quatenus præmemoratam diffinitionem noſtram in ſcriptis redactam veſtræ auctoritatis poteſtas ordinaria confirmet, ne ſopita contentio ſuadente inimico generis humani aliquatenus in poſterum denuo reſurgat. Ne autem hæc noſtra diffinitio valeat ab altera partium caſſari, ſigillo noſtro & litteris præſentibus abbatis S. *Blaſii*, nomine monaſterii ſui ſigillum procuravimus coniungi. Huic autem compoſitioni interfuerunt *Albertus* comes de *Rotenburg. Chuonradus* plebanus de *Grueningen. Heinricus* dapifer de *Rotenburg. Berchtoldus*

a) *Conrado* II. epiſcopo. b) *Uttenweiler* parochia eſt in capitulo rurali *Munderkingen*.

toldus dapifer de *Urach. Ortliebus* de *Eſſelingen. Chuonradus Frazali. Cuonradus* de *Balgingen* milites, & alii quam plures. Acta ſunt hæc anno incarnat. dominicæ MCCXXV. in caſtro *Sindelſtein.* VII. idus Iunii. SECULUM XIII.

N. XC.

Egeno comes de *Urach* licentiam concedit, ſeipſum, aut aliquid ſuorum bonorum monaſterio *Bebenhuſano* donandi.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *Egeno* Dei gratia comes de *Urach.* Notum ſit omnibus tam præſentis quam futuri ſeculi fidelibus, quod nos auctoritate noſtra liberorumque noſtrorum, ob honorem Dei, ſuæque glorioſiſſimæ genitricis *Mariæ*, ob iugemque noſtri, parentumque noſtrorum memoriam cœnobio in *Bebenhauſen*, & fratribus in eodem loco Deo die noctuque famulantibus, perenni iure conceſſimus, ut quicunque miniſterialis noſter, vel mercator, clericalis vel ſecularis perſona, ſeu cuiuſcunque conditionis aut ſervitutis homo prænominato Cœnobio ſe ipſum aut aliquid de rebus ſuis mobilibus vel immobilibus conferre voluerit, libere id faciat cum noſtra licentia & voluntate. Ne quiſquis huius traditionis tam firmam rationem præſumat infringere, præſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione, teſtiumque deſignatione præcepimus communiri. Teſtium itaque, qui interfuerunt, hæc ſunt nomina: *Albertus* dux de *Tecche*; *Rudolphus* palatinus de *Tuingen*, & frater eius *Hugo.* De miniſterialibus *Bertolfus* de *Egensheim*; *Henricus* magiſter; *Luitfridus* de *Mezzingen*; *Hugo* de *Eiſelingen*; *Godefridus* de *Nuirtingen*; *Albertus* magiſter; *Rudolphus* de *Urach*; *Eberhardus* mareſchallus; *Wernherus* de *Biſingen*; *Henricus* de *Empfingen*; *Eberhardus* de *Mezzingen.* a) Anno 1227. Ex archiv. S. Blaſ. *T. II. p.* 8.

a) In *Cruſii* Annal. Sueviæ P. III. l. 1. c. 5. *Egenonis* huius charta legitur in gratiam eiuſdem monaſterii *Bebenhuſani* data an. 1228. *Conrado* abbate. Apud eundem c. 1. l. c. in diplomate *Friderici* II. inter teſtes occurrit comes *Egeno* an. 1215. de *Urach* & filius ſuus, cum aliis, ac inter primos quidem *Rudolpho* palatino comite de *Tuwingen*, qui hic cum fratre *Hugone* notatur. Vid. not. c. &c. ad chartam V. auctarii diplomatum ad Cod. epiſtol. *Rudolphi* I. R. R. p. 225. &c. Item *Vorläufig doch gründlicher Bericht vom Adel in Teutſchland*, imp. Francofordiæ an. 1721. Beylag. n. 38. p. 364. ubi *Ego comes de Urach* proximus teſtis ſubſcribit poſt *Fridericum* R. R. *Ulricum Patavienſem* ep. *Siffridum Auguſt.* ep. *Ludowicum* comitem Palatinum Rheni & ducem *Bavariæ* in charta *Rabodonis* comitis Palatini an. 1217.

Digitized by Google

N. XCI.

Heinricus VII. R. R. S. *Blaſium* ab omni exactione veſtium & equorum eximit.

SECULUM XIII.

Anno 1228. 22. Aug. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II.* p. 51.

H *a)* Dei gratia Romanorum rex & ſemper Auguſtus. Univerſis imperii fidelibus hanc noſtram litteram inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Ex innata nobis benignitate tenemur quorumlibet fidelium imperii oppreſſiones relevare, & eorum inopiæ ſubventionis beneficio providere. Hinc eſt, quod nos pia animadverſione conſiderantes oppreſſiones & inopiam clauſtri S. *Blaſii* in *Nigra Silva*, honeſtatem eccleſiæ, religionem perſonarum, hanc eis fecimus gratiam & dedimus libertatem de conſilio & inductu tam ducis *Bawariæ* quam ducis *Auſtriæ* & *Styriæ*, ut nulli ſcultetorum noſtrorum, baiulorum, baliſtariorum vel clientum, ſeu etiam familiæ Dominæ Reginæ dilectæ conſortis noſtræ ab abbate vel præpoſitis aut miniſtris ſeu advocatis dicti monaſterii veſtes, equos, vel ſomarios *b)* liceat extorquere, aut ad conferendum eos alicuius ingenii ſcrupulo coartare: mandantes & ſub interminatione gratiæ noſtræ diſtricte præcipientes, ut nullus ſit, qui auſu ductus temerario hanc noſtram libertatem dictæ eccleſiæ factam infringere audeat, vel aliquo ingenio perturbare. Volumus enim ab ipſis perſonaliter exigere iuxta noſtræ beneplacitum voluntatis. Ad cuius & facti noſtri robur impoſterum valiturum præſens eis privilegium indulſimus noſtro typario inſignitum. Datum apud *Ezelingen* anno dominicæ incarnationis MCCXXVIII. X. Kal. Septembris, indictione I.

a) *Henricus* VIII. filius *Friderici* II. imp. an. 1220. Rex electus, demum a patre cuſtodiæ datus.
b) *Somarii* ſeu *ſagmarii* ſunt equi portandis ſarcinis deſtinati. Vid. Du Cange Gloſſar. v. *ſagma*.

N. XCII.

Rudolphus comes de *Habesburch* abbati in *Capell* curiam ſuam in *Barro* cum quibusdam decimis titulo emtionis concedit *a)*.

Anno 1228. Ex autograph. *T. II.* p. 31.

Quoniam preteritorum memoria in humanis ſenſibus diu nequit equo conſiſtere, & in tranſmutatione temporum abſque conſcriptione

a) Chartam hanc ex ſcriniis parochialis eccleſiæ in *Bar* cantonis *Tugienſis* tranſcriptam ill. L. B. de *Zurlauben* mecum communicavit.

Digitized by Google

tione cyrographi rerum antiquarum notitia ſimul & ordo variatur, & non ſolum veritas a quibuſdam reticetur, verum a pleriſque falſitas pro veritate inducitur. Eapropter ſcire debet tam preſens quam futura poſteritas, quod ego *Ruo b)* comes de *Habesburcb* & Lancravius in *Alſatia* cum filiis meis. *Al.* & *Ruo. c)* comitibus venerabili *Guidoni* abbati *Capelle d)* & conventui eiuſdem loci curiam noſtram in *Barro* cum quibusdam decimis & omni iure. videlicet. cum paſcuis. & nemoribus atque aliis communitatibus. ſicut a parentibus noſtris & a nobis actenus poſſidebatur. ſub titulo emptionis iure perpetuo dedimus poſſidendam. Sed quia comitiſſa uxor videlicet prædicti *A. e)* comitis eandem curiam a nobis in pignus pro quadam pecunia acceperat. quicquid iuris in prenominata curia videbatur habere cum omnibus liberis tam filiis quam filiabus *f)* quos tunc habuiſſe dinoſcitur. eiſdem fratribus totaliter & libere contradidit. & pater pro liberis qui ad hoc videbantur minus idonei *g)* hoc idem confirmavit. Si qua igitur controverſia de iam dicta poſſeſſione ad gravamen predictorum fratrum ultro pullulaverit prout tempus & ordo iuris dictaverit pro eiſdem fratribus iudicio ſeu iuri ſtare conabuntur. Igitur ut ea que prelibavimus ſana & ſalva permaneant. ſigillorum noſtrorum munimine in preſenti pagina perpetue roborantur. Teſtes autem horum ſunt. *Heinricus* & *Volricus* comites de *Chuſſapercb.* & Viri nobiles *Lutoldus* de *Regenſpercb. Volricus* de *Balbo.* & *Hugo* de *Brutiſſelen.* Clientes vero *Diethelmus* pincerna. *Hartmannus Wiſelere* & *Heinricus* de *Buotenheim*, & *Hugo* de *Tegeruelt. Lutoldus* de *Hengart. Waltherus* de *Tegernowe. Gerungus* de *Buoches.* & alii quam plures quorum nomina per ſingulos longum eſt enumerare. Acta ſunt hec anno gracie. M. CC. XX. VIII. Primo in *Baſilea.* Secundo cum uxore & liberis

b) *Rudolphus* hic ſenior avus eſt *Rudolphi* regis, de quo *Herrgottus* Geneal. diplom. T. I. p. 131.

c) *Albertus Rudolphi* regis pater, & *Rudolphus* ſator lineæ *Lauffenburgicæ*, de quo l. c. p. 229.

d) *Capella* olim celebre Ciſtercienſium cœnobium in pago *Turicenſi*, cuius abbates recenſet *Lew* in lexico Helvet. P. V. p 59. ac *Guidonem* quidem ad an. 1220. *Wernherum* vero ad an. 1223. quamvis *Guido* in hac charta adhuc ad an. 1228 notetur.

e) *Heilwigis Ulrici* comitis *Kiburgenſis* filia, *Alberti Habspurgenſis* uxor unica. l. c. p. 130.

f) *Alberti* filii l. c. p. 128. recenſentur. Filias quoque eidem fuiſſe ex hoc loco conſtat, quas *Guillimanus Eliſabetham* & *Berchtam* nominat, primam *Friderico* comiti *Zollerano* nuptam, alteram primum *Emerico Straſbergenſi*, dein *Othoni* de *Ochſenſtein* nuptam (Habsburg l. 6. c. 3. p. 372. ſeq.). Alii *Martham* addunt, quæ in *Adelhuſano Friburgi Briſgoiæ* monaſterio monialem profeſſa ſit, quam ſupra T. II. p. 23. *Chunigundem* nominamus, ut eſt communis perſuaſio illius monaſterii. Monialis iſtius, ſororis *Rudolphi* regis & filiæ *Alberti* nomen haud produnt annales *Dominicanorum Colmarienſium* ibidem a nobis citati: uti nec *Albertus Argentinenſis* nomen alterius ſororis *Rudolphi*, *Henrico* comiti de *Kuſſenberg* (quem *Guillimanus Emericum Straſbergenſem* dicit) dein *Othoni* de *Ochſenſtein* copulatæ.

g) Ob iuniorem ſcilicet ætatem, quippe *Rudolphus* dein rex ceu primogenitus tum 10. tantum annos numerabat an. 1218. natus.

Digitized by Google

SECULUM XIII.

predicti *Alberti* comitis *Seconis b)*. Tertio confirmatum eſt in *Brucco*. regnante F. *i)* glorioſiſſimo imperatore. Sedem autem apoſtolicam glorioſe gubernante *Gregorio* nono. Sedem vero *Conſtantienſem* tenente C. k) epiſ. de *Tegeruelt*.

b) *Seckingæ* nimirum, a cuius abbatiſſa ditionem *Lauffenburgenſem* in feudum accepit *Rudolphus* hic ſenior. *i)* *Fridericus* II. imp.
k) *Conradus* II. adhucdum epiſcopus erat.

N. XCIII.

Conradus epiſcopus *Conſtantienſis* eventuale concambium erigit inter S. *Blaſium* & marchiones de *Baden* ob montem *Sauſenberg a)*.

Anno 1232. 22. Iunii. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II. p.* 36. 51.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti amen. Nos *Chonradus* divina providentia *Conſtantienſis* eccleſiæ humilis epiſcopus univerſis præſens ſcriptum intuentibus notitiam rei geſtæ. Ne labantur cum tempore, quæ geruntur in tempore, ideo perquam neceſſarium eſt, geſta ſcriptis memoriæ commendari. Noverint igitur tam præſentes quam poſteri, quod nos de voluntate & conſenſu *H.* divina miſeratione venerabilis abbatis S. *Blaſii* in Silva Nigra & ſui conventus litem ſeu controverſiam, quæ vertebatur inter ipſos ex una, & *H*, nobilem marchionem de *Baden* ex parte altera ſuper monte, qui dicitur *Suſinberc*, ſopivimus in hunc modum. Ut videlicet utraque pars iuramento confirmaret, quidquid ſuper dicta controverſia ſtatueremus, illud inviolabiliter ſine contradictione qualibet obſervarent. Præceptum ergo, iuramento præſtito, tale fuit, ut primo dictus marchio cum uno ex tribus, qui coram nobis nominati fuerint, ad præſentiam Domini regis accederet, & ſuper hac concordia, ſi poſſet, conſenſum regium impetraret, & litteris ipſius ſuper hoc habitis ipſas abbati & conventui præſentaret. Quibus habitis dictus marchio dicto abbati & conventui prædium ſitum in *Uringin*, aut *Endingin*, vel ſi hoc habere non poterit, quod ſit inter *Friburc* & *Rinvelden*, de quo ſine dampnis & expenſis duas marcas argenti percipere poſſint, bona fide ſine fraude conferat & aſſignet, ab ipſis libere poſſidendum, & in eodem

a) Hoc tranſactionis inſtrumentum exhibet etiam *Schoepflinus* in hiſt. Zaringo-Bad. T. V. p. 182. cum aliquibus variationibus. De ipſa vero tranſactione agit T. I. p. 321. eamque *Hermanno* VI. marchioni adſcribit, qui *iunior* dicitur reſpectu cognominis ſui patris adhucdum viventis.

Digitized by Google

SÆCULUM XIII.

dem prædio advocatum, quem voluerint, eligendum. Iſtud etiam prædium, an ſit ad prædictos reditus ſufficiens, & in loco competenti ſitum, erit in arbitrio duarum perſonarum ab ipſo abbate & marchione eligendarum. Prædictus marchio ſub eodem iuramento promiſit, ut nihil de cætero præter ſervitium temporibus *B.* ducis *b)* ſolitum per ſe vel per ſuos exigat vel percipiat de curtibus eccleſiæ S. *Blaſii* in *Briſgaugia* conſtitutis. Quo rite completo abbas & conventus, quandocunque prædictus marchio petierit, ſine qualibet contradictione cum omni cautela, quam voluerit, dicta lite cedat, renuntiando omnibus actionibus tam realibus quam perſonalibus ſuper dicto monte ſibi aut ſuis ſucceſſoribus ab abbate, vel ſuis ſucceſſoribus unquam de cætero ſuſcitandis, ipſi marchioni omne ius, omnemque poſſeſſionem ſeu dominium, quod in ſæpe dicto monte habent, libere & ſine dolo & fraude conferant, & aſſignent. Ut autem hæc inconcuſſa permaneant, præſentem cedulam ſigilli noſtri duximus munimine roborandam. Ego abbas communicato fratrum meorum conſilio ſigillum meum appendo, & conſentio omnibus ſupra dictis. Ego marchio ſigillum meum appendo, conſentiens omnibus ſupra ſcriptis. Acta ſunt hæc apud S. *Blaſium* in capella S. *Ioannis Baptiſtæ* anno dominicæ incarnationis MCCXXXII. X. Kal. Iulii indictione V. præſentibus his teſtibus ad hoc rogatis. *H.* abbate S. *Blaſii*. *Arnoldo* priore. *B.* hoſpitalario. *H.* cuſtode. *H.* præpoſito in *Zurigowe c)*. *H.* præpoſito in *Burgilun*. *H.* capellano, monachis S. *Blaſii*. Magiſtro *Ortolfo* ſcholaſtico Conſtantienſi. *W.* Flore canonico Turicenſi, & *Marchione*. *A.* nobili de *Warte*.. *H. monacho d)* milite Baſilienſi. *Olrico* plebano de *Kirchdorf*.

b) *Bertholdi* ſcilicet *Zæringenſis*. c) Ut videtur, in *Wislikoven*. d) Scilicet ex familia *Münch*.

N. XCIV.

Sententia iudicum a S. ſede conſtitutorum iuxta indulta epiſcopi *Conſtantienſis* nullum clericum ad parochiam *Schönau* eſſe aſſumendum.

In nomine Domini amen. Univerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis *B.* humilis abbas S. *Mariæ* in *Ruti a)* *C.* præpoſitus *Ymbriacenſis*

Anno 1238. 17. Sept. Ex archiv. San-Blaſ. T. II. p. 51. 96.

a) *Ruti* ſeu *Ruthinum* abbatia *Præmonſtratenſis* in *Turicenſi* pago haud procul *Rapperswila* hoc ſeculo condita eſt, de qua in Annalibus Præmonſt. T. II. p. 715. agitur, & in *Lew* lex. Helvet.

Digitized by Google

SECULUM XIII.

cenſis b) & magiſter *G. Augenſis*, iudices a ſede apoſtolica deputati orationes in Domino. Litteras Domini Papæ recepimus in hunc modum. *Gregorius* &c. dilecto filio *S.* presbytero accepimus referente, quod cum olim venerabili fratri noſtro *C.* Conſtantienſi epiſcopo noſtris dederimus litteris in præceptis, ut eidem de ſua diœceſi oriundo nullum beneficium aſſecuto in aliqua eccleſiarum ſuæ diœceſis, diœceſana ſibi lege ſubiecta, in quam nondum direxerimus noſtra ſcripta pro alio, dummodo in loco, in quo ei provideret, reſidere eſſet paratus, niſi rationabile quid obſtaret, ob reverentiam divinam & noſtram in aliquo eccleſiaſtico beneficio competenti providere curaret, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, dictus epiſcopus eam duntaxat occaſionem prætendens, quod dilectus filius noſter O. S. *Nicolai* in carcere Tullenſi diaconus cardinalis, tunc in illis partibus apoſtolicæ ſedis legatus, in omnibus eccleſiis ſuæ diœceſis pro aliis beneficiandis direxerat ſcripta ſua, obaudito mandato noſtro id hactenus efficere non curavit, propter quod idem eſt iam ſecundo coactus apoſtolicæ ſedis beneficium implorare. Unde eidem epiſcopo noſtris damus litteris in præceptis, ut præcedentem inobedientiam redimens per obedientiam ſubſequentem, ei ſaltem hac vice iuxta priorum continentiam litterarum occaſione huiusmodi non obſtante providere procuret. Quo circa diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eodem epiſcopo mandatum noſtrum efficere negligente, illud vos iuxta traditam ei formam ſublato appellationis obſtaculo exequi procuretis. Datum Reate XVI. Kal. Septemb. pontificatus noſtri anno V.

Cum igitur nobis conſtaret manifeſte, venerabilem patrem noſtrum *C.* Dei gratia *Conſtantienſem* epiſcopum mandatum apoſtolicum, cum pluries ſe ad id obtulerit facultas, in hac parte neglexiſſe, cum abbati & conventui S. *Blaſii*, qui mandatum ſuper hoc receperant apoſtolicum, poſtmodum tria beneficia, ut de aliis in ſua diœceſi vacantibus taceamus, vacaviſſe noſcantur, nos idem mandatum nobis iniunctum fideliter exequi cupientes, eccleſiam in Nigra Silva dictam *Schœnowe*, quæ tanto tempore videbatur vacaſſe, quod ad manus apoſtolicas eius eſſet donatio devoluta, licet alias ad eundem abbatem eiuſdem eccleſiæ donatio ſpectare deberet, præfato *S.* presbytero auctoritate, qua fungebamur, duximus conferendam. Partibus igitur ſuper his in noſtra præſentia conſtitutis, poſt multas hinc inde altercationes dictus abbas ipſe & conven-

tus

P. XV. p. 542. ubi aliquot etiam abbates enumerat, inter quos tamen non comparet initiali littera B. hic notatus.

b) *Conradum* præpoſitum *Ymbriacenſem* iam ſupra N. LXXXVII. notavimus.

Digitized by Google

tus S. *Blaſii* litteras apoſtolicas produxit in medium, continentes ante dictam eccleſiam in *Schönowe* cum cura animarum, decimis & omnibus pertinentiis a bonæ memoriæ *U.* & *O.* c) epiſcopis *Conſtantienſibus* pleno iure anteceſſoribus ſuis & illorum ſucceſſoribus, & quibus ipſi vices ſuas commiſerint, donatam fore liberaliter & conceſſam, capituli ſui conſenſu nihilominus accedente, nec non felicis recordationis *Honorii* Papæ confirmatione canonica ſubſecuta. Viſis igitur & intellectis his & aliis ab utraque parte propoſitis, præfatam epiſcoporum conceſſionem, & prædicti *H.* Papæ confirmationem validam eſſe, & iure ſubnixam ſententiando decrevimus, uſi concilio procuratorum, ante dictam collationem eccleſiæ *Schönowe S.* presbytero factam decernentes irritam & inanem, ſententialiter adiudicando eandem eccleſiam *Schönowe* monaſterio S. *Blaſii*, prout in authenticis prædictorum epiſcoporum perſpeximus contineri, ac revocantes in irritum, quidquid auctoritate noſtræ conceſſionis in ſupradictam eccleſiam extitit attemptatum. Datum apud *Diezinhouen* anno Domini MCCXXXII. XV. Kal. Octob. præſentibus Domino *U.* Epiſcopalis Cellæ præpoſito *d)* & magiſtro *A.* eiuſdem eccleſiæ canonico. *L.* plebano de *Hugilnhein. C.* & *U.* plebanis de *Nufron*, & de *Kilcdorf* clericis. *D.* de *Steinegge C.* de *Lovſin. Snupoldo* de *Twiele. B.* de *Bankilshouen. C.* de *Rinaugia* militibus & aliis quam pluribus in Domino feliciter amen. Et quia ego magiſter *G.* ſigillum proprium non habeo, ſigillo venerabilis Domini *C.* Decani *Augenſis*, uſus ſum.

SECULUM XIII.

c) De *Udalrici* & *Ottonis* epiſcoporum *Conſtantienſium* confirmatione eccleſiæ in *Schœnau* Vid. ſupra N. LXII. pag. 95.

d) Intelligendus hic præpoſitus eccleſiæ collegiatæ in *Biſchofs Zell.*

N. XCV.

Conradus epiſcopus *Conſtantienſis* iterato eccleſiam *Schœnau* S. *Blaſio* committit, ac prædictam ſententiam ratam habet *a)*.

In nomine Domini amen. Univerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis *C.* Dei gratia Conſtant. epiſcopus ſalutem in ſalvandorum

Anno 1232 4. Octob. Ex. archiv. San-Blaſ. *T. II. p.* 51.

a) Ex hac charta erroris arguitur *Hartmannus* in annalibus Eremi, qui *Conradi* II. obitum hoc anno 6. Sept. contigiſſe ſcribit (pag. 240.).

Digitized by Google

SECULUM XIII.

omnium ſalvatore. Acceſſerunt ad nos venerabiles in Chriſto *H.* abbas S. *Blaſii* & fratres ſui ſcripta & authentica ſacris ſigillis ornata a bonæ memoriæ *O.* & *U.* Anteceſſoribus noſtris ſuper eccleſia *Schoenowe*, ipſis collata, & a ſanctæ recordationis *Honorio* PP. confirmata, cum inſtantia petierunt humiliter & devote, ut ſcripta eadem renovare, & ſigilli noſtri dignaremur munimine confirmare. Quoniam igitur ordini epiſcopali, in quo licet indigni miniſtramus, convenit, quid ſingulis expediat, providere, petitioni eorum gratum præbentes aſſenſum, eccleſiam S. *Mariæ* in *Schoenowe* cum cura animarum, decimis & omnibus pertinentiis accedente conſenſu Conſtantienſis capituli, ſicut in authenticis prædictorum epiſcoporum perſpeximus plenius contineri, ita tamen, quod *duo fratrum* perpetuo Deo deſerviant ibidem, ſic etiam a viris venerabilibus *B.* videlicet abbate S. *Mariæ* in *Ruti*, *C.* præpoſito *Ymbriacenſi*, & magiſtro *G. Augenſi*, ſanctiſſimo patre *G.* ſummo pontifice, tum ſuper eadem eccleſia inter monaſterium S. *Blaſii* ex una parte, & S. presbyterum ex altera parte lis verteretur, iudicibus deputatis ipſam eccleſiam in *Schoenowe* monaſterio S. *Blaſii* ſcriptis ſupra memoratis amminiculantibus, pleno iure, quemadmodum ſuperius expreſſum eſt, rite adiudicatam, cognovimus, divina & noſtra auctoritate canonice confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Si vero aliqua perſona huic noſtræ confirmationis paginæ temere temptaverit obviare, in examine diſtricti iudicis divinam exinde ſentiat ultionem. Datum apud *Conſtantiam* anno incarnationis dominicæ MCCXXXII. anno decenovalis cycli XVII. Epactis XXVI. Concurrentibus IV. Dominicali littera *C.* indictione VI. præſidente ſedi apoſtolicæ *Gregorio* IV. anno apoſtolatus eius V. *b)* Imperante glorioſiſſimo Romanorum imperatore *Friderico*, anno regni eius XX. imperii vero XII. regnante illuſtri filio ſuo *Heinrico* in ſortem regni ſecum electo, anno electionis eius XIII. Pontificatus noſtri anno XXIII. *c)* IV. nonas Octob. Multis præſentibus in Domino feliciter amen.

b) *Gregorius* IX. fuit, & annus pontificatus eius ſextus iam inchoatus.

c) Igitur anno 1210. electus eſſe debuit.

N. XCVI.

Digitized by Google

N. XCVI.

Gregorius IX. prioratum *Ochſenhuſ.* ſub protectionem ſuſcipit & decimas in *Reinſtetten*, nec non homines in *Winterieden* confirmat.

Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis priori & conventui de *Hoſſenbuiſe* O. S. B. diœceſis *Conſtantienſis* ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Quapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis precibus inclinati perſonas veſtras & locum, in quo divino eſtis mancipati obſequio, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum, præſtante Domino modis iuſtis poteritis adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem decimas in *Reinſtetten a)*, homines in *Winterieden*, ac alia bona veſtra, ſicut ea omnia iuſte ac pacifice poſſidetis, vobis & per vos monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Anagniæ IV. Kalend. Nov. Pontificatus noſtri anno VI.

SECULUM XIII.

Anno 1233. 29. Octob. ex chartul. San-Blaſ. *T. II. p.* 55.

a) Eccleſia in *Reinſtetten* cellæ noſtræ in *Ochſenhuſen* iam a. 1157. ab *Adriano* IV. confirmata fuerat. Vid. ſupra N. LV. pag. 82.

N. XCVII.

Abbatis *Hirſaug. a)* neceſſitate conſtricti venditio facta capitulo *Spirenſi*.

Abbas & conuentus *Hirſogen*. Omnibus Chriſti fidelibus ad quos preſens littera peruenerit ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus creden-cium.

Anno 1236. 6. Nov. Ex archiv. Spirenſi. *T. II. p.* 38.

a) *Erneſtus* tunc *Hirſaugiæ* abbas erat, & *Conradus* IV. epiſcopus *Spirenſis*.

SECULUM XIII. cium. Certiora ſunt ea, que geruntur & minori calumpnia poſſunt perturbari, ſi vigorem ſumant a teſtimonio litterarum. Ad vniuerſorum igitur tam preſencium quam futurorum hanc cedulam intuencium cupimus peruenire noticiam tenore preſencium profitentes & proteſtantes, quod nos pro ſtrictiſſima eccleſie noſtre neceſſitate vendidimus triginta modios tritici ciuilis menſure de curia noſtra *Wingarda* capitulo *Spirin.* pro XXXII. Marcis puri argenti de bona voluntate & permiſſione venerabilis Dni noſtri C.. *Spiren.* epiſcopi ſingulis annis in minus granarium ſuum imperpetuum rite preſentandos, ut autem hec prenotata vendicio rata ſit imperpetuum, & a nullo violari poſſit, preſentem litteram in huius contractus teſtimonium noſtro & conuentus ſigillis communiuimus. Datum anno Domini M. CC. XXXVI. octauo idus Novemb. indictione nona.

N. XCVIII.

Conradi IV. epiſcopi *Spirenſis* confirmatio præcedentis venditionis.

Anno 1236. 6. Nov. Ex archiv. Spir.

C. Dei gracia *Spiren.* epiſcopus vniuerſis Chriſti fidelibus quibus hoc ſcriptum oſtenſum fuerit, ſalutem in eo, qui eſt via & veritas credencium. Cum labilis ſit hominum memoria & mundanis actibus frequenter inuoluta, neceſſe eſt nimirum, ut ea que fideliter geruntur & contrahuntur, hominum teſtimonio & ſcriptis autenticis roborentur, ne rabię malignantium & liuore derogancium corrodantur & impugnentur. Singulis ac vniuerſis preſentibus & futuris ad quos hec littera peruenerit, conſtare volumus tenore preſencium profitentes & proteſtantes, quod abbas & conuentus *Hirſougenſis* pro ſtrictiſſima eccleſie ſue neceſſitate vendiderunt XXX. modios tritici ciuilis menſure de curia ſua *Wingartin* capitulo *Spiren.* de bona voluntate noſtra & permiſſione pro XXXII. Marcis puri argenti ſingulis annis in minus granarium ſuum rite preſentandos, ut autem hec prenotata vendicio rata ſit in perpetuum & a nullo violari poſſit preſentem litteram in huiusmodi contractus teſtimonium ſigillo noſtro communiuimus. Datum anno Domini M. CC. XXXVI. VIII. idus Novembris indictione VIIII.

N. XCIX.

Digitized by Google

N. XCIX.

Monialibus in *Gunterſtal* poſſeſſio in *Oberriet* conceditur ea conditione, ut ibi domum conventualem ædificent.

SECULUM XIII.

Anno 1237. Ex archiv. Oberried. *T. II. p.* 78.

Nos *C. a)* permiſſione divina abbas S. *Galli* notum eſſe cupimus univerſis præſentem paginam inſpecturis. quod Dns. *H.* ſenior de *Tengin* & filii ſui *H.* & *C.* cum unanimi conſenſu poſſeſſionem in *Oberriet*, quo ipſi iuxta ritum prædeceſſorum ſuorum iure feodali ab anteceſſoribus noſtris & a nobis infeodati fuerant, nobis & eccleſiæ noſtræ traditione manuali reſignarint. Nos itaque habito conſilio confratrum noſtrorum *S.* decani. *B.* præpoſiti & *L.* quondam decani & aliorum confratrum noſtrorum de unanimi conſenſu eorundem & totius capituli noſtri divinæ propitiationis intuitu, nec non etiam precum Dni *R. b)* præpoſiti *Argentinenſis* viri venerabilis interventu, ſanctimonialibus de *Gunterſtal* dictam poſſeſſionem in *Oberriet* ſub nomine cenſus conceſſimus perpetuo poſſidendam, ita tamen ut ibidem domum conventualem conſtruentes illic reſidendo Dno Deo militent in perpetuum. Statuimus etiam ſi aliquo caſu prælibatos Dnas hoc evitare contigerit, ut videlicet ipſo præpoſito *Argent.* vivente manſionem illic non faciant, ipſa poſſeſſio ad ſæpe dictum præpoſitum *Argent.* libere revertatur. Si vero ipſo mortuo idem effectui mancipare neglexerint, hæredes ſui ſibi invicem iure ſuccedant feodali. Ne vero aliquis ſucceſſorum noſtrorum tam pium opus a nobis legitime celebratum aliquatinus attentet infringere, præſens ſcriptum conſcribi fecimus & munimine ſigilli noſtri duximus roborandum, ut quia omnia facta *mortalium* temporalem motum ſequendo ſua natura tendunt ad interitum, litterarum adminiculo fulciatur & ab oblivionis interitu defendatur. Datum apud S. *Gallum* anno ab incarnatione Dni. M. CC. XXX. VII. X. Indictionis.

a) Conradus I. *de Buſnang.* *b) Rudolphus de Thengen.*

Digitized by Google

N. C.

Concambium conventus de *Sizenchilch* cum *Burchardo* de *Eſchechon*.

SECULUM XIII.

Anno 1240. 14. Dec. Ex archiv. San-Blaſ.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentem paginam inſpecturis *Heinricus a)* abbas S. *Blaſii* ſubſcriptorum notitiam cum ſalute. Quia propter diverſas neceſſitates humanum genus contractus diverſos ac varios adinvenit utilitati ſuæ provide proviſurum, non eſt mirum, ſi ex cauſa huiusmodi commoditatibus utatur poſteritas inventorum: ideoque cum dilectæ in Chriſto *M.* magiſtra & conventus de *Sicinchilche b)* cum *Burchardo* de *Eſchechon*, uxore, & filiis ſuis Burgenſibus de *Rinfelden*, poſſeſſionibus, quas in banno villæ *Wilen* habebant, pro prædio dictorum burgenſium *Schalbach* nominato, ſicut in inſtrumento ſuper hoc confecto contineri dicitur, permutatis contractum apud *Suſenberc* præſentibus Dominis *Ottone* priore, *Hermanno* præpoſito, *Heinrico* dicto Bruling de *Burgelun;* militibus *Ulrico* domino de *Liebenberc*, *Uolrico* de *Herten*, *Chonrado* de *Diethlichon*, *Friderico* de *Refftenbach*, *Chonrado* miniſtro de *Sicinchilche*, *Heinrico* de *Rinfelden* *Eſelin* dicto, & aliis quam pluribus anno Domini MCCXL. feria II. Ebdomadæ Pentecoſtes indictione XIII. permutationis duxerunt celebrandum. Ego qui eidem Cellæ in temporalibus dinoſcor & ſpiritualibus præſidere, cum conſenſu fratrum meorum dictum contractum approbo & confirmo, & in huius rei teſtimonium præſentem litteram ſigilli mei munimine roboravi. Datum apud S. *Blaſium* XV. Kal. Ianuarii indictione XIV. Anno eodem.

a) Ex hac & ſequente charta liquet, intra octo dies duos in S. Blaſio fuiſſe abbates, *Henricum* hic d. 18. Dec. notatum, qui tamen paucis poſt diebus munere ceſſerit, quum mox die 26. Dec. *Arnoldus* abbas occurrat. Vid. T. I. p. 51.

b) Parthenon *Sizenkirch* in *Badenſi* marchionatu iam ab a. 1151. monaſterio S. *Blaſii* paruit Vid. ſupra N. LII. p. 78. cuius tamen Magiſtræ ignorantur.

N. CI.

Ulricus de *Clingen* ius civitatis aliaque iura concedit S. *Blaſio* in oppido *Klingnau a)*.

Anno 1240. 26. Dec. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II.* p. 51.

Univerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis ſive audituris *Arnoldus* Dei gratia abbas S. *Blaſii* ſubſcriptarum notitiam cum ſalute.

Cum

a) Brevem nobilium de *Clingen* in *Turgovia* notitiam ſiſtit *Leu* in Lex. Helvet. T. XI. p. 122.

Digitized by Google

SECULUM XIII.

Cum homines maxime noſtris temporibus ad litigandum ſint proni, neceſſarium eſſe credimus & plurimum expedire, ſi geſta præſentium ad notitiam futurorum ſcripturæ teſtimonio transmittantur. Hinc eſt, quod cum nobilis vir dominus *Ulricus* de *Clingen* in ſuo prædio iuxta fluvium *Ararim* dictum caſtrum & civitatem conſtruere propoſuiſſet, quia idem fundus ad hoc ſibi minus ſufficiens videbatur, petitione tam ad nos, quam ad piæ memoriæ *b) Heinricum* quondam prædeceſſorem noſtrum abbatem habita tandem obtinuit, ut in quadam parte noſtri prædii ſibi contigua & competenti facta commutatione, quæ tantumdem valeret, idem caſtrum & civitatem ipſam conſtruere permitteremus. Cui & nos ipſum fundum de conſenſu noſtri capituli, quantum *muri & vallis ambitus includit*, mutando contradidimus, ut ipſius & ſucceſſorum eius favorem & gratiam de ipſa civitate abundantiorem in perpetuum habeamus. Eadem vero commutatio accedente conſenſu nobilis matronæ dominæ *Itæ* ſuæ coniugis, & filiorum ipſius videlicet *Ulrici* & *Waltheri c)* facta eſt in loco, qui vocatur *Bezzenowe d)*, ubi idem Dominus nobis domicilia, quæ vulgariter *Hofſtete* dicuntur, cum viis & paſcuis & omnibus utilitatibus eccleſiæ noſtræ conceſſit & contradidit libere poſſidenda. Præterea idem Nobilis cum iuſtitias & conſtitutiones civitatibus conſuetas dictaſſet, ad utilitatem maxime & honorem eccleſiæ noſtræ ſpecialiter inſtituit, ut ab hominibus S. *Blaſii* tam villicis quam aliis ibidem reſidentiam habentibus iuri & conſuetudini noſtræ eccleſiæ ratione concivilitatis in nullo penitus derogetur, videlicet ut nos cenſus, hereditates, morticinia, quæ vulgo *Val* nominantur, & alias requiſitiones nobis debitas, infra iam dictam civitatem ſine contradictione ſicut in noſtris villis & propriis curtibus exigamus. Et qui ſecundum hanc formam & conſtitutionem ab eo præſcriptam ibidem habitare recuſaverit,

nove-

& ſeqq. qui etiam advocati fuerunt *Steinenſis* ad Rhenum monaſterii. Ab his in prædio ſuo conſtructum eſt oppidum in *Clingenau*, ducto ab ipſis vocabulo, fundos ad hoc quoſdam ſuppeditante S. *Blaſii* monaſterio, ex vicina nimirum præpoſitura *Tutingenſi* (cuius præpoſitus *Heinricus* in hac charta nominatur), quæ nunc extra muros dicti oppidi locata ab eo *Clingnovienſis* audit. Cætera ex hac ipſa charta plenius habentur, quæ in citato auctore deficiunt.

b) *Heinricus* S. *Blaſii* abbas vix antea d. 18. Dec. ceu vivus adhuc & ad clavum ſedens in charta præcedente memoratus, hic iam poſt paucos dies *bonæ memoriæ quondam abbas* dicitur; quæ verba illum iam tunc defunctum indicare videntur, quum tamen ex monumentis domeſticis conſtet, *Henricum* non morte, ſed morbo dumtaxat coactum regimine ſe abdicaſſe, forte diutius adhuc ſuperſtes. Verum iam obſervatum ab eruditis, formulam hanc *beatæ memoriæ* etiam ſubinde de viventibus adhuc uſurpari.

c) Ex altera parte oppido adiacet cœnobium *Siona*, quod hic *Waltherus* iunior an. 1269. fundavit pro fratribus ordinis S. *Guilielmi*; poſt varios caſus demum a. 1724. congregationi S. *Blaſii* unitum. De hoc infra plures chartæ dabuntur.

d) Hodie *Beznau* villa, haud procul *Clingnovio*.

Digitized by Google

SECULUM XIII.

noverit, ſibi ab hac die & deinceps ius concivilitatis & reſidentiam penitus denegari. Ut autem hæc, quæ præſcripta ſunt, in perenni vivant memoria, ſigillorum noſtri & prædicti nobilis munimine præſentem paginam fecimus roborari. Acta ſunt hæc in capitulo noſtro anno Domini MCCXL. in die S. *Stephani*, præſentibus quorum hæc ſunt nomina. *Hartmannus* prior. *Chuonradus* cuſtos. *Heinricus* præpoſitus de *Totingin*, confratres noſtri. *Heinricus* comes de *Cuſſaperc*. *Heinricus* nobilis de *Crenchingen*. *Uolricus* de *Clingenberc*. *Chonradus* de *Stein*. *Chonradus* de *Lengenawe* milites & alii quamplures tam clerici quam laici in Domino feliciter amen.

N. CII.

Hugo de *Tuffenſtein* vendit S. *Blaſio* prædium apud *Bebikon*.

Anno 1241. Ex archiv. S. Blaſii. *T. II. p.* 52.

In nomine Domini. Ego *Hugo* de *Tuifinſtein* hac annotatione ſignifico præſentibus & futuris, quod cum inter venerabiles abbatem & conventum S. *Blaſii* ex una parte, & me & filios meos ex altera emptionis & venditionis nomine contractum celebrari contigiſſet, prædium meum in *Bebinchon a)* apud Cellam *Wizzilichon*, accedente conſenſu coniugis meæ & filiorum meorum cum omni iure, quod habebam vel habere videbar ibidem, dictis abbati & conventui contradictione qualibet *b)* legitima donatione tradidi poſſidendum, reſignato inſuper iure advocatiæ quam idem abbas *Chuonrado* de *Tegirvelt* miniſtro nomine commendationis eo tenore commiſit, ut idem C. de eodem prædio ratione advocatiæ non niſi unum modium avenæ recipiat, quam conſtitutionem ſi exceſſerit, abbas habeat poteſtatem ipſam cuicunque voluerit committendi. Ne autem ſuper huiusmodi contractu impoſterum aliqua dubietas exſurgat, hanc paginam conſcribi, & ſigillorum venerabilis Domini abbatis de S. *Blaſio* & mei feci munimine roborari. Actum in caſtro *Tuffinſtein* anno Domini MCCXLI. Indictione XII. *c)* præſentibus quorum

a) *Bebikon* vicus prope cellam noſtram *Wiſlikoven* in *Zurichgovia*, cuius etiam præpoſitus *Henricus* hic notatur. *b)* Supplenda hic vox *remota*.

c) Si indictio XII. non fallit, annus 1239. hic reponendus eſt, cui iſta congruit; quod etiam ſuadet *Heinricus* abbas huic chartæ ſubſcriptus, qui hoc anno 1241. abbas haud amplius fuit. Vid. chartas præced.

Digitized by Google

rum iſta ſunt nomina. *Heinricus* abbas, *Hermannus* capellanus, *Heinricus* præpoſitus de *Zurigowe*. *Hugo* de *Bondorf*. Ego *Hugo* de *Tuffinſtein*, uxor mea *Mahthilt*, filii mei *Ulricus* & *Hugo*. *Gotfridus* plebanus de *Urberc*. *Hugo* vicarius de *Gerwiler*. *Chonradus* miniſter de *Tuffinſtein*. *Heinricus* dictus *Viomi*. *Heinricus* de *Rohſwiler* & filius eius *Heinricus*, & alii multi. SECULUM XIII.

N. CIII.

Henricus ep. *Conſtant.* unit Cellæ *Wislikovenſi* eccleſiam in *Bebikon*.

In nomine Domini amen. Univerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis *Heinricus* a) de patientia Dei *Conſtantienſis* epiſcopus in perpetuum. Ut facta modernorum poſteris plenius eluceſcant, ſcripturarum debent indiciis æternari. Præſentes ergo noverint & futuri, quod dum reverendus in chriſto *Arnoldus S. Blaſii* abbas in Nigra Silva ſuis ſuorumque confratrum & aliorum quam plurium proborum virorum nos noſtrumque capitulum reddidiſſet aſſertionibus certiores, quod cellula in *Wizilinchoven* ſuo ſubiecta regimini ſic eſſet in redditibus tenuis & exilis, quod in ipſa vix unus poſſet monachus ſuſtentari, ſupplicans nobis humiliter & devote, ut curam capellulæ in *Bebinchoven* immediate dictæ cellulæ adiacentis, cuius ius patronatus ſeu præſentationis ſuo noſcitur monaſterio pertinere, eo quod in ipſa & capellula ſacerdos ſuſtentari non valeat qualiscunque, prædictæ cellulæ ſacerdoti curaremus committere propter Dominum, ut ſic ſaltem de ipſius capellulæ proventibus alter ibidem monachus ſuſtentetur. Cum itaque ſcriptum ſit, væ ſoli non habenti, ſi ceciderit, ſublevantem: & quoniam dictum monaſteſterium S. *Blaſii* dilectione ſpeciali amplectimur cum perſonis eiuſdem loci, abbatis & conventus precibus inclinati curam capellulæ memoratæ ſacerdoti vel ſacerdotibus in præfata cellula Domino famulantibus, ac per ipſos eidem cellulæ commiſimus, conceſſimus, & donavimus cum omnibus tam ſpiritualium quam temporalium pertinentiis pleno iure perpetuo Anno 1243. 30. Iun. Ex cod. archiv. T. II. p. 58.

a) *Henricus* I. de *Thanegg*. Porro hæc unio hodiedum perdurat.

Digitized by Google

SECULUM XIII.

tuo poſſidendam, capituli noſtri accedente conſilio & conſenſu; ſalvo tamen noſtro, archidiaconi, decani loci iure in omnibus, & confratrum. Ut autem hæc perpetuo maneant firmiora, hanc litteram ſæpefatæ cellulæ contulimus in teſtimonium huius facti ſigillorum noſtri, noſtrique capituli munimine roboratam. Acta ſunt hæc in maiori eccleſia *Conſtantienſi* anno dominicæ incarnationis MCCXLIII. Indictionis primæ, pridie Kalendas Iulii, multis præſentibus tam clericis quam laicis in Domino feliciter amen.

N. CIV.

Charta *Rudolphi* comitis de *Habspurg* pro monaſterio *Capellæ*.

Anno 1243. 13. Aug. Ex autogr. *T. II.* p. 31.

Univerſis hanc paginam intuentibus comes *Ruodolfus ſenior* a) de *Habisburch* & Lanchravius *Alſatie* rei geſte noticiam. In nomine Crucifixi amen. Anno eiuſdem milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tercio. Quoniam ſingulis fragilis eſt memoria & rerum turbe non ſufficit, ea que geruntur in tempore. conſueverunt ſtili beneficio perennari. Cum igitur ineffabilis beneficiorum Crucifixi liberalitas. blandius nos alliciat. & a nobis iuſtius exigat omnia relinquere propter ipſum. & nudos nudum ſequi. & ſi ad illius protectionis ſemitam attingere non valemus. ſi non in multo. in aliquo tamen ipſius largitatem circa nos excitare convenit. ut facilius miſericordiam conſequamur. Noverint igitur tam poſteri quam preſentes. quod cum venerabilis in Chriſto W *b)* abbas & conventus *Capelle* ordinis ciſtercienſis ſub regulari diſciplina in dicto loco laudabiliter converſentur. motu fidei. & zelo ordinis. ac religionis ſuccenſi. curtem in *Barro* cum iure patronatus ipſius eccleſie quod nos contingit. decimarum. decurſuum. aquarum. pratorum. nemorum. cum omnibus appendiciis ad eandem ſpectantibus pleno iure. & ſine cuiuslibet contradictione. eo modo quo nos hactenus poſſedimus. abbati & fratribus antedictis. & eidem loco ob honorem individue Trinitatis. & glorioſe

a) *Rudolfus* hic filius eſt *Rudolfi*, cuius chartam ſupra N. XCII. ex ſcriniis eccleſiæ *Barenſis*, unde & hæc deſumta eſt, produximus. Hic quidem reſpectu patris ſui dictus eſt *iunior*, ille autem mortuo *ſeniorem* ſe ſcripſit intuitu *Rudolphi* regis, filii fratris ſui *Alberti*.

b) *Wernherus Capellæ* abbas *Guidonis* in charta mox citata nominati forte ſucceſſor: *Leu* tamen in ſuo Lex. P. V. p 59. inter *Guidonem* & hunc *Wernherum* alium *Wernherum* an. 1223. & *Ulricum* I. an. 1234. notat.

Digitized by Google

glorioſe virginis matris Crucifixi. donavimus. contulimus. & contradidimus. unacum filiis noſtris *c)* quiete. pacifice. & perpetuo poſſidendam. Renunciavimus eciam. nomine noſtro. & filiorum noſtrorum. iuri & conſuetudini. ſeu conſtitutioni racione quorum huiusmodi contractus poſſet aliquatenus irritari. Ut autem predicta. nullo cavillationis ingenio valeant infirmari. preſens inſtrumentum de conſenſu filiorum noſtrorum. & mandato confectum venerabilis in Chriſto patris. H. *Conſtantienſis* epiſcopi & capituli eiuſdem eccleſie ſigillis. & noſtro fecimus roborari. Acta ſunt hec Waltrad *d).* Anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tercio. menſe Auguſto & idus eiuſdem menſis. & die feria quinta, indictione prima. coram multis quorum nomina ſubnotantur. *Berctoldus* pincerna. *Henricus* de *Heidecho. Waltherus* de *Liela. Waltherus* de *Barro.* milites. ſcriba comitis, dictus *Fuſtune. Gerungus* ſcriba de *Froburc*, *Burchardus.* advocatus. *Chuonradus* miniſter de *Ionun e).* *Henricus* de *Benwile. Iohannes* de *Swts* & alii quam plures honeſti viri.

c) Hos quinque numeto recenſet P. *Herrgott* Geneal. diplom. T. I. p. 232.
d) Forte *Waltruden* vicus in pago *Tigienſi* & præfectura *Gongoldsweil* ac parochia *Meyers-capell.*
e) Hodie *Jonen* prope *Bremgarten* & vallem *Jonenthal.*

N. CV.

Hugo de *Tufenſtein* in recompenſationem S. *Blaſio* confert curiam in *Tegernvelt.*

Anno 1243. Ex archiv. S. Blaſ. *T. II.* p. 52. 55.

Cum hominum memoria ſit fragilis, vita brevis, cautum eſſe credimus & plurimum expedire propter præcavendas impoſterum lites, ſi facta præſentium conſcriptionis adminiculo ad notitiam tranſeant futurorum. Noverit igitur præſens ætas & futura poſteritas, quod ego *Hugo* de *Tuffinſtein*, cum eccleſiam S. *Blaſii* occaſione bellorum ſive alias ſæpius læſiſſem & plurimum dampnificaſſem, interponentibus ſe de compoſitione inter me & dictæ eccleſiæ abbatem viris probis & honeſtis, videlicet *Uolrico* & *Heinrico* de *Clingen*, & de *Crenchingen* nobilibus, & *Uolrico* de *Eiebinberc* caſtellano in *Rinveldin*, in quorum arbitrium fuerat ex utraque parte compromiſſum, quidquid me facturum decernerent, curiam meam in villa *Tegeruelt* ſæpedictæ eccleſiæ abbati & conventui in emendam & ob remedium animæ meæ accedente conſenſu coniugis meæ & filiorum meorum facta ſolempni donatione in perpetuum tradidi

Digitized by Google

SECULUM XIII.

poſſidendam, iure advocatiæ eo tenore mihi retento, ut de eadem curia ratione advocatiæ annuatim non niſi duo pulli & unus modius avenæ repoſcatur. Ut autem hæc donatio nec a me, nec ab heredibus meis imposterum valeat irritari, hanc paginam conſcribi, & ſigillorum abbatis de S. *Blaſio* & mei feci munimine roborari. Actum in caſtro *Tuffinſtein* anno Domini MCCXLIII. Indictione prima, præſentibus quorum hæc ſunt nomina. *Arnoldus* abbas. *Heinricus* prior de *Obſinhuſen*. *Heinricus* præpoſitus de *Zurigow*. *Fridericus* decanus de *Wiler*. *Dietericus* ſacerdos de *Eichen*. *Chuono* frater Domini *Hugonis*. *Hugo* de *Tufin*. *Ebirhardus* miles de *Furebach*. *Burchardus* de *Scafuſen*. *Ulricus* de *Gundihuſin*. *Chonradus* miniſter. *Roudolfus* miniſter. *Volmarus* advocatus, & alii multi.

N. CVI.

Abbas in *Tennenbach* & nobiles de *Uſenberg* fatentur, nullum ſibi ius competere in eccleſiam *Hugelheim* a).

Anno 1246. 14. Apr. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II.* p. 77.

In nomine Domini amen. *Ruodolfus* miſeratione divina abbas de *Tennibach B.* & *R.* b) fratres nobiles de *Ouſenberc* omnibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, rei geſtæ notitiam. Cauſa, quæ vertebatur inter nos ex una parte, & venerabiles in Chriſto abbatem & conventum S. *Blaſii* ex altera, ſuper iure patronatus eccleſiæ in *Hugilnhein*, per arbitrium diſcretorum virorum taliter eſt ſopita. Ego abbas de *Tennibach*, nos fratres nobiles de *Ouſinberc*, ſi quid iuris videbamur habere in eodem iure patronatus, in manus abbatis S. *Blaſii* voluntarie reſignavimus, ita quod nec nos nec aliquis ſucceſſorum vel hæredum noſtrorum ſibi in dicto iure patronatus in perpetuum debeat iuris aliquid uſurpare. Ipſa reſignatione a nobis ita celebrata abbas S. *Blaſii* *Gottfridum* clericum de *Urberc* ad præfatam eccleſiam vocavit, ipſum pro

a) Ius monaſterii S. *Blaſii* in eccleſiam de *Hougelheim* ſeu *Hügelenheim* elucet ex bulla *Adriani* IV. a 1157. ſupra p. 82. cui inter alias eccleſias hæc quoque confirmata eſt. Quod ius forte ignorantes Dynaſtæ *Uſenbergici* curtim ſuam Hugelnheim cum iure patronatus ibidem abbatiæ *Tennenbacenſi* vendiderunt, an. 1244. ut perhibet *Schœpflinus* (Hiſt. Bad. T. I. p. 466.), quod ſibi hoc anno *Arnoldus* S. *Blaſii* abbas iſta conventione vindicavit, cuius etiam mox chartam ſubiicimus.

b) *Burchardus* & *Rudolphus*; quorum prior tamen iam an. 1245. defunctus dicitur *Schœpflino* l. c. p. 467.

Digitized by Google

pro inveſtitura Domino *Conſtantienſi* epiſcopo præſentando. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini MCCXLVI. in eccleſia S. *Martini Vriburc* c). XVIII. Kal. Maii indictione IIII. præſentibus ſacerdotibus *A.* priore prædicatorum *Vriburc. A.* decano de *Crozzingen. G.* plebano de *Alophin. C.* plebano de *Witilinchoven. M.* plebano de *Zuonkoven.* laicis *G.* marchalcho de *Stouphin. B. Dapifero* de *Riegel D.* de *Vriburc. H. Vazario. L.* de *Munzingin. H.* & *Io.* fratribus de *Munzingin. Volchardo* de *Urberc. C. Paſtillo. C.* iuniore *Snewelino*, filiis *Luitfridi* de *Villingin*, *R.* & *L.* filiis *Semanni. H.* & *W. Friderico Beitchario*, & fratre ſuo *Friderico*, & multis aliis. Ut autem hoc arbitrium ratum permaneat, hæc ſigilla præſenti paginæ apposuimus. Sigillum abbatis de *Thennibach.* Sigillum *B.* & *R.* fratrum nobilium de *Ouſinberc.* Sigillum abbatis S. *Blaſii.* Sigillum conventus S. *Blaſii* quia proprium non habuerunt, ſigilla abbatum de S. *Trudperto*, & de S. *Petro* in Nigra Silva pro ſe appoſuerunt. Sigillum *G.* marchalchi ſenioris de *Stouphin.* Sigillum civium de *Vriburc.*]

SECULUM XIII.

c) *Friburgi* nimirum *Briſgoviæ.*

N. CVII.

Eiuſdem argumenti charta, in qua abbas S. *Blaſii* declarat, ſe amoto priori clerico alium ſubſtituiſſe.

In nomine Domini amen. *Arnoldus* miſeratione divina abbas S. *Blaſii* in Nigra Silva O. S. B. Conſt. diœceſis omnibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, rei geſtæ notitiam. Cauſa, quæ vertebatur inter me & conventum meum ex una, & venerabilem in Chriſto *R.* abbatem de *Thennibach* Ord. Ciſterc. & *B.* & *R.* fratres nobiles de *Uſenberch* ex altera parte, ſuper iure patronatus eccleſiæ in *Hugelnheyn* per arbitrium diſcretorum virorum taliter eſt ſopita. Prædicti abbas de *Tennibach* & nobiles fratres de *Uſenberch*, ſi quid iuris videbantur habere in eodem iure patronatus, in manus meas voluntarie reſignarunt, ita ut nec ipſi, nec aliquis ſucceſſorum vel hæredum ipſorum ſibi in dicto iure patronatus in perpetuum debeat iuris aliquid uſurpare. Inſuper *Burcardus* clericus filius *Burcardi* civis in *Vriburch* dicti *Meynwardi* donationem ſibi a præfatis abbate & nobilibus de *Uſenberg* factam in manus meas libere reſignavit. Ego vero *Gottefridum* clericum de *Urberch* ad præfatam

Anno 1246. 14. April. *T. II. ibid.*

SECULUM XIII. ſatam eccleſiam vocavi, & eundem pro inveſtitura Domino *Conſtant.* epiſcopo præſentavi. Ego etiam prænominato *Burchardo* clerico filio dicti B. *Meynwardi* civi in *Vriburch*, qui mihi donationem ſibi factam reſignaverat, de deliberatione mea, & de conſenſu totius mei capituli in conferenda ſibi competenti eccleſia meipſum & capitulum meum obligavi taliter, ut quandocunque quatuor clericos nobis a curia Romana tranſmiſſos in quatuor beneficiis eccleſiaſticis, quæ ſecularibus clericis ſolent aſſignari, procuraverimus, ipſi quintum competens beneficium vacans debeamus conferre. Quodſi quocunque caſu interveniente ego & meum capitulum neglexerimus, eidem annuatim eccleſia noſtra tenebitur in octo marcis conferendis tamdiu, quoad uſque ſibi in competenti beneficio a noſtra eccleſia provideatur. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini MCCXLVI. in eccleſia S. Martini *Vriburch.* XVIII. Kal. May. Indict. IV. præſentibus ſacerdotibus *A.* Priore prædicatorum de *Vriburch. A.* decano de *Krozingen. G.* plebano de *Alaphin. C.* plebano de *Witelinkoven. M.* plebano de *Zuonchoven.* laicis *G.* marchallo de *Stoupben. B.* dapifero de *Riegol. D.* de *Vriburch. H. Vazario. L.* de *Munzingen. H.* & *Io.* fratribus de *Munzingen. Volcardo* de *Urberc. C. Poſtillo. C.* iuniore *Snewlino.* filiis *Luitfridi* de *Villingen. R.* & *L.* filiis *Semanni H.* & *W. Friderico Beiſchario*, & fratre ſuo *Friderico*, & multis aliis. Ut autem hoc arbitrium ratum permaneat, hæc ſigilla præſenti paginæ appoſuimus. Sigillum abbatis S. *Blaſii.* Sigillum conventus S. *Blaſii*, quia proprium non habuerunt, ſigilla abbatum de S. *Trudperto*, & de S. *Petro* in Nigra Silva pro ſe appoſuerunt. Sigillum abbatis de *Thennibach.* Sigillum *B.* & *R.* fratrum nobilium de *Uſenberch.* Sigillum *G.* marchalci ſenioris de *Stoupben.* Sigillum civium de *Vriburch.*

N. CVIII.

Innocentius IV. indulget poteſtatem tempore interdicti clauſis ianuis & ſuppreſſa voce divina celebrandi.

Anno 1247. 20. Dec. Ex archiv. S. Blaſ.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis abbati & conventui monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Devotionis veſtræ precibus inclinati præſentium vobis auctoritate concedimus, ut cum generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis ianuis non pulſatis campa-

Digitized by Google

campanis; nominatim interdictis & excommunicatis excluſis, & voce ſuppreſſa divina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto, nec id vobis contingat ſpecialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Data *Lugduni* XIII. Kal. Ianuarii pontificatus noſtri anno V. *a)* SECULUM XIII.

a) *Innocentius* IV. electus fuit 25. Ian. a. 1243. igitur an. 1247. menſe Dec. numerabatur pontificatus eius annus quintus.

N. CIX.

Arnoldi abb. S. *Blaſii* concambium cum *Conrado* abb. *Wettingenſi.*

Fr. *C. a)* dictus abbas de *Wethingin* univerſis hanc paginam inſpecturis orationes in Domino. Noveritis, quod nos de conſenſu & voluntate noſtri conventus ius patronatus eccleſiarum in *Inzilingin b)* & *Holliſtein* pro commodo & utilitate noſtræ eccleſiæ in monaſterium S. *Blaſii* de Nigra Silva ſub titulo permutationis transtulimus libere & abſolute: ad cuius rei evidentiam & teſtimonium hanc cedulam dicto monaſterio conſcribi, & noſtri ſigilli fecimus munimine roborari. Datum in monaſterio *Wethingin* anno Domini MCCXLVIII. pridie Kalendas Iunii, indictione VI. Dominica poſt aſcenſionem Domini. Anno 1248. 31. Maii. Ex archiv. San-Blaſ.

a) *Conradus* I. abbas an. 1256. defunctus iuxta Galliam Chriſt. T. V. p. 1090.
b) *Inzlingen* in capitulo *Wiſenthal* parochia ſecularis S. *Blaſio* ſubdita. Cæterum in hoc monaſterio illo tempore iam abbas erat *Arnoldus* II.

N. CX.

Arnoldus II. abbat S. *Blaſii* confirmat quoddam anniverſarium. *a)*

Anno ab incarnatione Domini MCCXLVIII. Nos Dei gratia *Arnoldus* II. abbas huius loci XVI. conſtitutionem ab anteceſſoribus noſtris Anno 1248. Ex eodem.

H. de

a) Convenit hæc charta in ſtilo & argumento cum illa *Ottonis* I. abbatis a. 1223. ſupra N.

SECULUM XII.

H. de *Beringin* fratri noſtro quondam camerario factam ſpecialiter pro anniverſario matris ipſius celebrando, & cum ipſum decedere contigerit, dictum anniverſarium ipſis communiter agendum, & pro ſolutione cenſus, qui pertinet ad oleum die ac nocte tam in novo quam veteri monaſterio miniſtrandum præſentibus renovandam duximus, & confirmandam. Et ut apud poſteros hæc renovatio & confirmatio robur firmitatis obtineat, ad petitionem ſæpe dicti *H.* hanc cedulam in teſtimonium ſibi conſcribi, & noſtri ſigilli fecimus munimine roborari. Scriptum apud S. *Blaſium* anno Domini ſupradicto de conſenſu totius noſtri capituli & voluntate.

LXXXVI. Habetur ex ea de novo confirmatus numerus abbatum noſtrorum: conſtat quoque *Henricum* illum de *Beringen* tum adhuc in vivis fuiſſe.

N. CXI.

Charta Theotiſca de tractatu inter *Eberhardum* epiſc. & capitulum *Conſtant.* & *Henricum* comitem de *Lupfen.* a).

Anno 1251. 13. Martii. Ex archiv. Thiengenſ. *T. II. p.* 36.

Allen den, die Chriſten namen hant, den kundet Biſchof *Eberhart* von *Coſtinze*, Brobiſt *Bilgerin*, dir Tegan *Burchart*, unde daz Kapitel von *Coſtinze*, daz dir herre *Hænrich b)* von *Lupfen*, unde ælin ſinin Kint, mit gæinitem unde giſæmitem rate, vrilich unde mit willem, an alle vorhte unde twinchnuſt, mit geſchwornen æide, mit gilerten worten, ſich verzihen hant, zi *Engin* e *c)* unde darnach zi *Coſtenze*, mit gelubide, alles des guotes, des dir grave *Heinrich* von *Kuſsaperch d)* dir ſelbon Kinde oeheim, Biſchoffe *Heinrich*, unde ſinen nachkomen, unde dem gottishus ze *Coſtinze* gab, unde in gwenviſte, unde ſazte, unde

a) Inter primas chartas publicas Teutonico idiomate ſcriptas hæc numeranda eſt, ex ipſo autographo deſcripta; quæ enim ante ætatem *Rudolphi* I. cæſaris leguntur, pleramque ex latino in germanicum verſæ ſunt. Videantur de uſu vulgaris linguæ in chartis publicis patres Benedictini congregationis S. Mauri in novo opere diplomatico Tom. IV. pag. 522. ſeq. & *Gerberti* Faſt. Rudolph. cap. IV. N. XXVI. Scripta porro eſt hæc charta eleganti charactere Latino, non rotato ſeu Gothico, quem ab illo ævo ad nauſeam hactenus ſoli retinuere Germani.

b) *Hænrich.* Diphthongi in ipſis vocabulis ſæpe occurunt in præſenti charta præter morem iſtius ætatis. c) *Zi Engin* e. id eſt, in oppido *Engen* primitus, deinde *Conſtantiæ*.

d) *Henricus comes de Kuſſaberg*, ultimus eius familiæ, uxorem duxerat ſororem comitis de *Habsburg* poſtea cæſaris, ex qua nullos ſuſcepit liberos: *Henricus nobilis de Lupfen* ex iſtius ſorore prolibus abundabat, quorum nomine poſt mortem avunculi hereditatem appetebat; qua de cauſa iſta conventio facta eſt.

Digitized by Google

unde in gwalt, mit allem ſine rechte unde getwinge, ginemites unde ungenemites, uz unde inne, alſe vollecliche, daz ſie niemer clage, vorderunge, noch anſprache an gæiſtlichem alde weltlichem gerichte, an diheime tæile *e*), ſwi er ginemit ſi, von in ſælbin, botin, alde vordirerin ſun gwinnen, noch in hæinir vorderunge vurbaz inpfroemiden, lihen, oder verkonſen.

§. Da widir hat dir Biſchof *Ebirhart* dem von *Lupfen*, unde ſinen Kinden allen, zi bezzerunge nach liebi, unde zurſatze ir vorderunge mit geſchwornen æide zi *Engin*, unde darnach ze *Coſtinze*, mit gelubide, vur ſich, ſin Gotzhus, unde ſine nachkomen. mit des Brobiſtes *Bilgerins*, dis Tegans *Burchatz*, unde allitz diz Kapitell willen, volge unde gunſt, inen verlihen zi rechtin lechin die Burch ze *Stuelingen*, unde zwelf marcke huobin geltis *f*), alſo daz ſie des geltis gewiſſet unde geweret werden ani giværde inzwiſchen *Rotwil* unde *Kuſſaperch*. In derſelbun glubide unde ſuone komins uber æin, daz ælin vorderunge unde clage, din hinach geſchriben unde genemmet iſt, ſtande in dine ſechs manne gwalt: dis Brobiſtes *Bilgerins* von *Coſtinze*, dis herrn *Valtimaris* von *Kæminatin*, dis herrn *Vriderichs* von *Wildinſtein*, dis herrn *Hiltipoltis* von *Steckiboron*, dis herrn *Bertoldis* von *Anewiler*, dis herrn *Huges* von *Oſtringen* daz die ſechs man nach rechte unde minne gæinberren unde ſuenen *g*) alſi ſiz uberein komen. Die ſprehint alſo nach rechtim ſchæide, daz der von *Lupfen*, noch intæin ſin erbe, an die Burch ze *Kuſſaperch*, unde alſe dir etter dir wingartin begriſen hat, noch an dihæin daz guot, daz dir Biſchof *Her h*) in ſiner gwer hat bracht, niemer anſprache gwinnen.

Umbe die Vogtei des Cloſters ze *Wislikon i*) ſins alſo geſcheiden: daz dir von *Lupfen*, unde ſin erbin, niemer an Liuten, noch an guote, dihein anſprache gwinnen; darumbe licht im dir Biſchof vir marchen geltis in dir ginandun gilegenhæit.

e) *An diheime tæile.* id eſt in keinem theil, wie es genennt ſey, noch in keiner forderung, furbas endfrómden &c.

f) *Huobin geltis.* Manſionaticum, præſtatio ex fundo. *Haltbaus* in Gloſſario Germanico.

g) *Nach rechte unde minne ſunnen* i. e. iure vel amore, iudicialiter aut amicabiliter componere. *Sunne.* Conventio. *Haltbaus.*

h) *Biſchof Her.* legendum *Heinrich.* *Henricus* enim de *Clingenberg* prædeceſſor *Eberhardi* ab *Henrico* comite de *Kuſſaberg* iam olim obtinuerat epiſcopatui caſtrum *Kuſſaberg* cum vineis eidem monti adiacentibus.

i) *Wiſſickon.* Monaſteriolum in comitatu *Badenſi* pertinens ad S. *Blaſium*, pro cuius advocatia epiſcopus quatuor pecuniæ marchas ſpopondit nobili de *Lupfen.*

Digitized by Google

SECULUM XIII.

§. Herre *Peter* von *Honburch*, herre *Peter* von *Schwdiningen*, herre *Hug* von *Offtringen*, die drie ſun ervarn uf ir æit hinan zi dem Balmitage, wie vil der *Lupfer* an dien zwelf marckin Geltis bræſtin habe: den breſtin, unde die vir marche geltis umbe *Wislikon*, ſol dir Biſchof verrichten hinnan zi dir altun vaſnacht, unde din nutz von dem Gelt zi ſante Gallin dult, als ſich geziehet, unde virſezin iſt.

§. Umbe *Brunadiron* ſtatz an den drin vorgenantin Scheidliuten in dem ſelbin zil uf ir æit zirvarne, ob ez æigin oder len iſt. Iſt ez len, ſo hætz dir *Lupfer*, iſt ez æigin, ſo libetz dir Biſchof dim *Lupfer* zi vollæcht an den ſechzehin marchen geltis, ſo vils gelanget.

§. Daz gelt des hoves ze *Muchaim* belibet dir Frowun zi *Berouwe* unz ſi lepti *k*) unde des ſelbin nuzis ſol dir Biſchof dim *Lupfer* vrſaz gebin alde der Frowen.

§. Umbe die Vogtoiun des hoves ze *Danchſtetin* iſt gelazin an din hern *Hugen* von *Oftringen*, hern *Hanniſen* von *Matwiler*, unde hern *Petrin* von *Schwaningin*, zer varne uf ir æit hinnan zi dem Balmtage: iſt din Vogitaie des lehins von *Rinouwe l*) ſo belibets dem *Lupfer*, ob des nint iſt, ſo bihebz dir Biſchof.

§. An dem ſelben drin jungiſt ginanten Schideluten ſtat uf ir æit ouch zir varne in dem vorginanten zil, umbe die liute, die in dem hof *Zurza m*) cinshaft ſint, ſint die von *Ouwe* lehen, ſo behebt ſie dir *Lupfer*, iſt des nint, ſo belibent ſi dem Biſchofe. Umbe das pfant, das *Uolrich* dir *ſchwarze* hat ze *Griezhaim*, ſtat zir varne am hern *Huge* von *Oſtringen*, unde hern *Peter* von *Schwainingen*, uf ir æit hinnan zim Balmetage, obe daz æigen iſt, ſo hat er rech darzuo; ob ez len iſt, wart ez geſetzit mit dis lehen herrn hant, mag er des ſtate han, ſo hat er recht darzuo; iſt des nint, ſo ſole dim *Lupfer* ſin guot lan.

§. Biſchicht daz, daz dihæin niwe chirch alde vorderunge beſchicht undir dem Biſchof unde dem *Lupfer*, aldir Liuten, daz ſol ſtan am hern *Huge* von *Oſtringen*, an hern *Peter* von *Schwæningen*, unde hern *n*) *Siveride* von *Blumpenbach*, daz ſie die ſchæiden nach minne alt nach rechte.

§. Swaz

k) *Berouwe*. *Berau* monaſterium monialium ord. S. Ben. in Silva Nigra ſubiectum S. *Blaſio*, in quo tunc unam ex familia de *Lupfen* monialem fuiſſe hinc conſtat.

l) *Dangſtetten* vicus media hora diſtans ab arce *Kuſſaberg*, ubi præfecturam ad monaſterium *Rhenaugienſem* pertinuiſſe ex monumentis conſtat.

m) *Zurza* Hoc ipſo anno, quo hæc charta data eſt, *Eberhardus* epiſcopus emtione acquiſivit monaſterium *Zurzachii* ord. S. Ben. ſubiectum *Augiæ* diviti, mutatum mox in collegiatam eccleſiam.

n) *Siveride von Blumpenbach*. In charta Herrgotti N. DIII. ad annum 1269. ſcribitur *Suidin von Blumpenbach*. Eſt autem hæc charta pariter teutonice ſcripta, qua *Eberhardus* epiſcopus

gitized by Google

§. Swaz hie mit ſchrift giſtætit iſt, wird daz uber zil gilenget ane giwærde, daz ſchadet inwedirm tæile; unde ſunz darnach mit allem vlizze vollvueren ane geværde, alſe ſie gilobt hant.

§. Dierre gelubede, alſe hievor mit worten underſchæiden iſt, iſt dir Biſchof, unde ſin nachkomen, unde dis Biſtum an alle giværde ſchuldig unde gebunden dem *Lupfer* unde ſinen erbon iemer untz ſi vollevueret wirt. Des iſt gezuch dir tuombrobſt, unde diz Capitel ze *Coſtanze*, daz dir Biſchof, unde diz Biſtuom læiſten, und vollouerен ſol, allez ginemet unde geſchriben iſt; unde iſt daz mit ir willen gunſt unde tate giſchechin.

§. Dir Biſchof, dir Brobſt, und Capitel, verzichent, unde verſprehint, alle vorderunge unde Clage, die ſie vor gerichte han mochtin, umbe den ſchaden, ſo in unde dim Gotshuſe in dem Urlinge vome *Lupfer*, unde ſinen helferen giſchehin iſt; unde ſint alle banne unde urtæilde abegilan umbe diſe ſache.

§. Daz diz ſtæte belibe, des geben wir an diſe ſchrift zewige gezugide, zi gewærim urckunde, ze clarnoetis *o*) warhæit unſerin inſigel, als wir hinach namhaft geſchriben ſten. Alſo gib ich Biſchof *Ebirhart*, ich Brobſt *Bilgerin*, ich *Burchart* Tegan, dis Capitel von *Coſtanze*, unde ich *Hæinrich* von *Lupfon*, unſerin inſigel, Acta ſunt hæc in *Conſtantia*, anno Domini M. CC. L. I. *p*) tertio idus Marci indictione nona.

§. So diſen glubide unde ordinunge von bæidinthalb vollebracht wirt, alſi hie giloben unde gilæiſt iſt, ſo ſol man bæiden teiles des gliche unde veſti briefe geben. Unde ſol man daran ſcriben zuo dem anderen, obe dir *Lupfer* breke, oder widerhome ſiner glubide, daz ælin lehin, din er von *Coſtinze*, *Owe*, unde *ſante Gallin* hat, an Anſprach unde widerrede ledich ſin. *q*).

Conſtantienſis a *Waltbero* de *Clingen* caſtrum *Clingnove* emit; ubi pariter præter alios teſtes & fideiuſſores occurrunt ſupradictus *Sifridus* de *Blumpenbach*, *Hiltibold* de *Steckiboran*, *Ruodolphus* de *Sweningen*, B. de *Ieſtettin*, *Counrad* de *Crenckingen* &c. Præpoſitus ac decanus *Conſtantienſis* iam alia nomina præſeferunt, quam hic habeant.

o) *Clarnotir Warhæit* i. e. klarer Wahrheit.

p) *Tertio idus Marci* i. e. die 13. Martii a. 1251. cum quo indictio nona apprime convenit. Eſt autem hæc chronotaxis eadem manu eodemque charactere ſcripta.

q) Ex ultimis verbis eadem manu adiectis conſtat, *Henricum* de *Lupfen* feudorum, quæ habebat ab eccleſia *Conſtantienſi*, & monaſteriis S. *Galli* & *Augiæ* divitis, caducitatem ſtipulatum fuiſſe, ſi fidem falleret. A tergo huic inſtrumento tribus ſigillis munito, charactere ſeculi XIV. ſequens rubrica inſcripta legitur: *Inſtrumentum infeodationis factæ nobilibus de Lupfen ſuper caſtro Stulingen, & redditibus XII. marcharum argenti & compoſitionis ac renunciationis caſtri Kuſſaberg, & omnium aliorum bonorum.*

Digitized by Google

N. CXII.

Nobiles de *Heven* adpromittunt, ſe nolle amplius moleſtiam S. *Blaſio* afferre.

SECULUM XIII.

Anno 1251. 24. Iunii. Ex archiv. S. Blaſii.

Univerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis *Ruodolfus*, & *Ruodolfus* nobiles de *Heven* milites notitiam ſubſcriptorum. Ne, quod geritur, cum tempore dilabatur, ſcripturarum ſolet indiciis denotari. Noverint igitur univerſi & ſinguli, quod dum nos monaſterium S. *Blaſii* in Nigra Silva in poſſeſſionibus ſuis, quorum nos exiſtimus advocati, dampnificavimus, & læſimus aliquo tempore in cenſibus & iuribus ſuis indebite; tandem ad eos reverſi promiſimus reverendo in Chriſto abbati *A.* & conventui dicti monaſterii fideliter fide data, quod de cætero a moleſtatione huiusmodi modis omnibus deſiſtere debeamus, & ipſos in eiſdem poſſeſſionibus, quantum poſſumus, defenſare. Quare prædicti domini abbas & conventus illatas ſibi hucuſque iniurias ad vehementem ſub hac forma noſtram inſtantiam remiſerunt, ut videlicet, ſi per nos vel noſtros offendimus eos, ſive mandavimus per eoſdem noſtræ ditioni ſubiectos offendi, ſi non infra menſem nobis in patria exiſtentibus vel extra, poſtquam reverſi fuerimus, commoniti per eoſdem nos non emendaverimus in prædictis, omni dolo & fraude ſemotis, actio ſuper remiſſis dampnis & iniuriis cum tunc illatis competat abbati & conventui integraliter ſuprafatis. Ut autem hæc omnia maneant firmiora, hanc cedulam exinde conſcribi procuravimus, & ſigillorum nobilium virorum domini *Wernheri* de *Krenkingen. H.* de *Guotenburch.* ac noſtri munimine roborari. Actum in *Guotenburch* anno Domini MCCLI. Indict. IX. in feſto S. *Ioannis* Baptiſtæ, præſentibus domino *W.* prædicto de *Krenkingen. C.* de *Nuewenhuſen.* & *H.* præfato de *Guotenburch* nobilibus. *P.* de *Suaningen. H.* de *Suaningen. B.* de *Munoluingen. B.* de *Muonrichingen. H.* de *Zimberholz. W.* dicto *Stoupho. H.* de *Endingen. Io.* de *Griesbain. C.* de *Riethain* militibus, & aliis quam plurimis tam clericis quam laicis in Domino feliciter amen.

N. CXIII.

Digitized by Google

N. CXIII.

Litteræ fundationis monaſterii *Coronæ* B. M. V. in *Oberriedt*.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentium inſpectoribus *Ludovicus* de *Munzingen*, & *Conradus* dictus *Snewlin* milites de *Friburg*, notitiam ſubſcriptorum. Noverit univerſitas veſtra, quod nos ad honorem Dei & *beatæ Virginis Mariæ*, & ob reverentiam conſecrationis in loco dicto *Oberriedt*, tam altaris, quam etiam areæ factæ, cum primo moniales ordinis *Ciſtercienſis*, nunc in *Guntersthal* reſidentes, ex promotione & procuratione venerabilis Dni *Rudolphi* de *Tengen Argentinenſis* eccleſiæ præpoſiti, fratris honorabilium dominorum *Nicolai* videlicet, & *Conradi* militum de *Tengen*, ad quos bona in *Oberriedt*, & in *Verlinsbach* tunc cum omnibus ſuis pertinentiis ſpectabant, ibidem collegium habuerunt: poſt illarum vero diſceſſum bonis prædictis devolutis ad manus noſtras, fratres ordinis S. *Wilhelmi* de noſtro ſcitu, & conſenſu ſe humiliter illic collegiſſent, eiſdem fratribus & eorum perpetuis ſucceſſoribus dedimus aream, & locum ea dilatione, & eo iure, quo anteceſſores eorum tunc ibidem reſidentes præfatam aream tanquam noſtram propriam poſſederunt perpetuo & libere habendam. Et quia idem cœnobium cum iiſdem poſſeſſionibus dotavimus, eiſdem dedimus iure proprietatis perpetuo poſſidendas, addentes etiam ad hæc prædictis fratribus de conſenſu unanimi, & voluntate libera omnium villanorum tam in *Oberriedt*, quam in *Verlinsbach* commorantium de monte iuxta cœnobium quidquid eſt infra aream prænominatam, & metam hanc, videlicet eo loco, quo rivulus dictus *Huſesbach* ſe fundit in aquam, dictam *Brugga*, & aſcendendo eundem rivulum uſque ad rupem, quæ montis eiuſdem linealiter & directe reſpicit proximam planitiem, per quam planitiem protelatur directo greſſu meta uſque ad parvulam vallem, & arctam, per quam vallem deſcenditur ad aquam prædictam *Brugga*, nec non uſuagia in nemoribus, & paſcuis, libera dedimus voluntate. In huius rei teſtimonium ego *Ludovicus* de *Munzingen* ſæpedictus, ſigillum meum nomine amborum duxi præſentibus apponendum. Ego vero *Conradus* dictus *Snewlin* ſæpefatus penes me hac vice ſigillum meum non habens, ſigillo *Ludovici* de *Munzingen* ſæpedicti uſus ſum in hac parte & contentus. Huius cauſæ teſtes ſunt *Ludovicus* & *Conradus* prædicti milites, *Hugo*

SECULUM XIII.

Anno 1252. 21. Maii. Ex archiv. Oberried. *T. II. p. 81.*

V 3 dictus

Digitized by Google

SECULUM XIII.

dictus *Phille*, *Henricus*, & *Bertholdus*, fratres dicti *Wagenere*, *Conradus* dictus *Guotmann* & alii quamplures fide digni. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini M. CC. LII. feria tertia proxima poſt diem Pentecoſtes.

N. CXIV.

Innocentius IV. liberat monaſterium S. *Blaſii* a recipiendis clericis per litteras apoſtolicas.

Anno 1253. 15. Feb. Ex archiv. San-Blaſ.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis abbati & conventui monaſterii S. *Blaſii* in *Silva Nigra* ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex parte veſtra nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut cum iam ſex clericis ad mandatum noſtrum de beneficiis ad collationem veſtram ſpectantibus ſit proviſum, & nonnulli alii clerici *Alamanniæ*, quorum quidam ſuper proviſione ſua de beneficiis eccleſiaſticis ad donationem veſtram pertinentibus, aliqui vero ſuper conferendis ſibi certis eccleſiis, in quibus ius patronatus habetis, cedentibus vel decedentibus rectoribus earumdem, quidam autem generales in *Conſtantienſi* diœceſi ſeu aliqua parte ipſius ſuper proviſione facienda eis ad executores ſibi propitios, noſtras vel legatorum ſedis apoſtolicæ ſub diverſis formis litteras impetrarunt, multiplici vos vexatione fatigent, ſubvenire vobis contra tot gravamina paterna diligentia curaremus. Veſtris igitur ſupplicationibus inclinati, volentes ſuper his opportunum adhibere remedium, ne monaſterium veſtrum importabili proviſionum ſarcina prægravetur, vobis & eidem monaſterio ut per litteras apoſtolicæ ſedis vel legatorum ipſius impetratas & præſentatas hactenus, dummodo per eas non ſit plenum ius quoad eccleſias ſeu beneficia pertinentia ad ipſum monaſterium alicui vel aliquibus acquiſitum, ſeu impetrandas impoſterum, quantumcunque efficaces exiſtant, niſi dictæ ſedis litteræ impetrandæ plenam fecerint de hac indulgentia mentionem, etiam ſi contineatur in illis, quod ipſarum impetratoribus quælibet impetrata vel impetranda apoſtolica indulgentia quantumcunque efficax non obſiſtat, non poſſit cuiquam in penſionibus vel beneficiis aut eccleſiis ad veſtram collationem ſpectantibus, ſive in quibus ius patronatus habetis, aliquatenus provideri, nec vos ad providendum de his per huiusmodi litteras compelli poſſitis, auctoritate præ-

ſentium.

Digitized by Google

ſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Data *Peruſii* XV. Kal. Martii pontificatus noſtri anno X.

SECULUM XIII.

N. CXV.

Innocentii IV. Protectorium contra clericos ad beneficia per litteras apoſtolicas promovendos pro monaſterio in *Ochſenhauſen.*

Anno 1253. 20. Mart. Ex eod. archiv. *T. II. p.* 55.

I*nnocentius* epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Priori monaſterii de *Obſinbuſin* S. *Benedicti* ordinis *Conſtantienſis* diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Porrecta nobis dilectorum filiorum abbatis & conventus monaſterii S. *Blaſii* in *Nigra Silva Conſtantienſis* diœceſis petitio continebat, quod cum multi clerici *Alamanniæ* noſtras & legatorum ſedis apoſtolicæ litteras ſub diverſis formis ſuper eorum proviſionibus de beneficiis ad dictorum abbatis & conventus collationem ſpectantibus, ſeu in quibus ius obtinent patronatus, ad certos executores ſibi propitios impetrarint, nonnulli eorum vacantibus aliquibus de prædictis beneficiis ſtatim procurant per executores ſuos illa ſibi huiuſmodi litterarum auctoritate conferri, reliqui vero falſo aſſerentes beneficia ipſa iam collata vacare, ac proponentes ipſos abbatem & conventum eis cum potuiſſent non providiſſe de illis, per executores ſuos vel ſubdelegatos ab ipſis per iniquas ſententias in poſſeſſionem bonorum mobilium & immobilium ipſius monaſterii pro valore reddituum prædictorum beneficiorum invocata potentia brachii ſæcularis faciunt ſe induci, in ipſos abbatem & conventum ſervos & colonos poſſeſſionum eiuſdem monaſterii excommunicationis & interdicti ſententiis promulgatis, ſicque bona ipſius monaſterii indifferenter occaſione ſententiarum huiuſmodi diſtrahuntur, & etiam diſſipantur. Unde nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere ipſis & eorum monaſterio ſuper hoc apoſtolica ſolicitudine curaremus. Ideoque diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi eſt ita, huiuſmodi ſententias contra abbatem & conventum, nec non ſervos & colonos eorumque monaſterium non permittas ab aliquibus ſuper prædictis occaſione litterarum huiuſmodi taliter

Digitized by Google

SECULUM XIII.

liter moleſtari, moleſtatores huiuſmodi per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, *non obſtante a)*, ſi perſonis aliquibus a ſede apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas, quæ (de) indulto huiuſmodi plenam & expreſſam non fecerint mentionem. Data *Peruſii* XIII. Kal. Aprilis pontificatus noſtri anno X.

a) Famoſa hæc eſt clauſula bullis pontificum appoſita, cuius auctor cenſetur hic *Innocentius* IV. quam tantopere improbavit *Robertus* epiſcopus *Lincolnienſis*, cuius hac de re ad eundem Papam epiſtola extat in *Bulæi hiſt. univ. Pariſ.* T. III. p. 260.

N. CXVI.

Innocentius IV. *Conrado Friderici* II. imp. filio adhærentes excommunicat *a*).

Anno 1254. 18. Aug. Ex archiv. San-Blaſ.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri epiſcopo *Baſileenſi b)* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilectæ in Chriſto filiæ Prioriſſa & conventus monaſterii monialium pœnitentium beatæ *Mariæ Magdalenes Baſilienſium* ſua nobis conqueſtione monſtrarunt, quod nobiles viri *Rudolphus* comes de *Habsburg c)*, *Gerardus* de *Gæſingen d)*, *Henricus* de *Palma*: *Rodulfus* de *Vuediſwiler*, *Henricus* de *Kienberch* & *Gerungus* de *Tegerfelt* milites, quondam *Friderico* olim imperatori & *Conrado* nato eius contra eccleſiam adherentes, cum quibuſdam complicibus ſuis *Baſileen.* & *Conſtantien.* civitatum & diœc. ad monaſterium ipſum armata manu noctis tempore hoſtiliter accedentes, ac ipſum Dei timore poſtpoſito auſu ſacrilego deuaſtantes incendio, eiſdem prioriſſe & conventui in perſonis & bonis ſuis leſiones & damna non modica intulerunt. Quocirca fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi eſt ita, dictos ſacrilegos tamdiu appellatione remota excommunicatos publice nunties & facias ab omnibus arctius euitari, donec paſſis iniuriam ſatisfecerint competenter, & cum tuarum teſtimonio litterarum ad ſedem venerint apoſtolicam abſolvendi ipſos, quod de dampnis

a) Edidit hanc bullam nonnihil variantem *Guillimannus* in *Habsburgiacis* L. VI. p. 390. ubi etiam cauſam huius ſententiæ numquam publicatæ, devaſtationem nempe parthenonis *Pœnitentium S. Mariæ Magdalenæ* in ſuburbio *Baſileenſi* enarrat, de qua etiam egimus in *Faſtis Rudolphinis* fol. XXVIII. Similis fere habetur quoque apud P. *Herrgott* Geneal. Diplom. T. II. P. II. p. 312. Utraque tamen ob brevi ſecutam pontificis mortem effectu caruit.

b) Fuit is *Bertholdus* de *Pfirt*, cui graves cum *Rudolpho* lites interceſſerant, de quibus idem *Guillimannus* l. c. c) *Rudolphus* ſcilicet *iunior* poſtea rex. d) Al. *Gæſikon*.

Digitized by Google

nis datis & irrogatis iniuriis ſatisfactionem plenariam dictis Prioriſſe & conventui ut tenentur impendant, monitione premiſſa per excommunicationis ſententiam in perſonas & interdictum in terras ipſorum appellatione remota compellens. *Non obſtante*, ſi aliquibus a ſede apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari, ſuſpendi vel interdici, aut extra certa loca euocari ad iudicium, ſeu terræ ipſorum per litteras ſedis eiuſdem ſupponi nequeunt eccleſiaſtico interdicto. Datum *Anagniæ* XV. Kalend. Septemb. pontificatus noſtri anno duodecimo.

N. CXVII.

Notitia factæ conventionis ob varia bona comitum de *Urach.* a).

Anno 1254. 14. Kal. Maii donat dominus *Ulricus* comes de *Wirtenberc* domino *Henrico* comiti de *Virſtenberc* caſtrum *Wittlingen* dimidium, & homines cum attinentiis omnibus, dimidia parte bonorum eorumdem ſibi tantummodo reſervata. Comes *Heinricus* de *Virſtenberc* donavit domino *Ulrico* comiti de *Wirtenberc* caſtrum *Urab* dimidium, vaſallos &c. parte dimidia tantummodo ſibi reſervata: & inſuper ei donavit dimidiam partem omnium, quæ habet inter clivum, qui vulgariter vocatur *Slatterſteige*, & caſtrum *Urab*, & comitiam, quam habet ex hereditate materna, dimidiam dedit ei.

Anno 1254. 18. April. *T. II. p.* 21. ſeqq.

Præterea dominus *Ulricus* comes de *Wirtenberc* legare debet domino *Henrico* comiti de *Vurſtenberc* & filiis eius caſtrum *Wittlingen* cum attinentiis omnibus a domino *Conſtantienſi* epiſcopo, a quo tenet ipſa bona ſub titulo feodali. Præterea legare debet ei & filiis eius caſtrum *Urach* cum attinentiis eiuſdem univerſis ab omnibus dominis, ad quos ipſa bona pertinent, videlicet D. *Conſtantienſi* epiſcopo, D. *Spirenſi* epiſcopo, duci *Bavariæ* illuſtri. Præterea D. *Ulricus* comes de *Wirtenberc* legare debet D. *Henrico* comiti de *Vurſtenberc* & filiis eius bona, quæ habet citra Rhenum a domino *Argentinenſi* epiſcopo, & promiſit redimere ipſa bona ab his, quibus fuerint obligata, vel ſi non redimet ea, debet recompenſare eadem in aliis poſſeſſionibus ſuis pro redituum qualitate.

a) Deſumpta eſt hæc notitia ex *Oſwaldi Gabelkoveri* archiatri Wurtembergici opere Mſc. de *familiis Germaniæ illuſtribus.*

SECULUM XIII.

Præterea ſi D. comitem de *Wirtenberc* contigerit habere heredes legitimos, promiſit recompenſare ipſam hereditatem *Urab* in argento, vel aliis poſſeſſionibus, ſecundum quod D. *Hartmannus* ſenior comes de *Kyburc*, & D. *Conradus* comes de *Friburc* fuerint arbitrati. Legatio autem, quam D. *Ulricus* comes de *Würtenberg* fecerit D. *Heinrico* comiti de *Virſtenberc*, rata manebit & firma, quo uſque heredes D. *Ulrici* comitis prædicti ad annos legitimos pervenerint & diſcretos. Præterea ſi contigerit vacare eccleſias, videlicet *Nowertingen*, *Tetingen* & *Urach*, D. *Henricus* comes de *Vurſtenberc* conferre debet has; quantum ad primam collationem ſingularum ſe ſuper collationibus ipſis prius debet requirere D. *Ulricum* comitem de *Wirtenberc*. Ipſe vero petitionem ſuam quantum ad hæc debet audire. Poſtea vero ipſi & heredes eorum communi conſenſu tam his quam aliis ſpiritualibus beneficiis providebunt.

Præterea *Ulricus* comes de *Wirtemberc* & *Heinricus* comes de *Vurſtenberc* fide data, præſtitoque ſuper ſanctorum reliquiis iuramento promiſerunt fideliter & ſine omni fraude ipſa bona tenere communia, ita, quod neuter eorum ab alio nec in perſona, nec in caſtris vel munitionibus quibuſcunque aliquatenus aggravetur. Præterea ſi contingat decedere *Berchtoldum* comitem de *Urab*, de *Wirtenberc* & *Vurſtenberc* comites aſſignare debent dominæ comitiſſæ de *Urab* 100. marcas argenti, priuſquam eis aſſignetur caſtrum ſupradictum. Ipſa autem comitiſſa pro tempore ſuo tenebit bona ſua apud locum qui vocatur *Mons*, villam *Glemſe* & curtile, & advocatiam præbende, quam tenet quondam decanus de *Urab* in Tetingen. Quicunque autem eorum violator horum extiterit, ipſo facto reddet ſe periurum, fidei violatorem, exlegem & exheredatum a feudis communibus ſpecialiter, & etiam ab aliis feodis quot tenuerit ſigillatim, ita ut feoda communia cedant ei totaliter, qui læſus fuerit ab alio, vel prout expreſſum eſt, antea conturbatus.

Addunt ſigilla epiſcopi *Argentinenſis*, *Conſtantienſis*, *Baſileenſis* & D. electus *Spirenſis*, & *Ludovicus* illuſtris dux *Bavariæ*. B. de *Urab*, Al. de *Dilingen*. H. de *Gruningen*, *Diepolt* de *Merkenberc*, *Rud.* & *Ulr.* fratres comites de *Tuwingen*, *Eberhardus* comes de *Kirchperg*, & *Eberhardus* vir nobilis de *Aichhaim*. Actum apud *Urab*.

Eodem anno 6. Kal. Maii promittunt *Ulricus* comes de *Wirtenberc* & *Henricus* comes de *Vurſtenberc Berchtoldo* comiti de *Ura*, cuius conſenſu & bona voluntate hæc mutua donatio facta eſt, ſeſe illum eiuſque coniugem *Agatham* in caſtro *Ura* cum pertinentiis non inquietaturos, atque poſt mortem *Bertholdi* eidem uxori de congruente vitalitio proviſuros. Actum in *Urab*.

N. CXVIII.

Digitized by Google

N. CXVIII.

Alexander IV. Concedit ad quinquennium, ne monaſterium S. *Blaſii* ad iudicium extra diœceſin vocari poſſit.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis abbati & conventui monaſterii S. *Blaſii* Nigræ Silvæ ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Religionis veſtræ favor, & devotionis ſinceræ, quam ad Romanam habetis eccleſiam, merita nos hortantur, ut vos favore benivolo complectentes, petitionibus veſtris, quantum cum Deo poſſumus, annuamus. Veſtris igitur precibus inclinati auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut vos communiter vel diviſim extra *Conſtantienſem* diœceſim ſuper his, quæ infra illam habetis, trahi ad iudicium non poſſitis per apoſtolicæ ſedis litteras vel legatorum ipſius, niſi dictæ ſedis litteræ ſpecialem & expreſſam de indulgentia huiuſmodi, & toto tenore ipſius fecerint mentionem, dummodo parati ſitis de vobis conquerentibus coram competenti iudice ſtare iuri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum, præſentibus poſt quinquennium minime valituris. Data *Anagniæ* II. Kal. Auguſti pontificatus noſtri anno I.

SECULUM XIII.

Anno 1255. 31. Iul. Ex archiv. San. Blaſ.

N. CXIX.

Alexander IV. plurimas immunitates monaſterio in *Guttnaw* concedit.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis in Chriſto filiabus abbatiſſæ *a*) monaſterii *S. Mariæ* de *Gutnowe* eiuſque ſororibus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eas a propoſito revocet, aut robur,

Anno 1256. 28. Iul. Ex eodem. *T. II.* p. 86.

a) Sic vocantur Magiſtræ ſub obedientia abbatis S. *Blaſii*, ut infra ad an. 1261. videbimus.

 quod

Digitized by Google

quod abſit, ſacræ religionis enervet. Eapropter dilectæ in Chriſto filiæ veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium S. *Mariæ* de *Gutnowe Conſtantienſis* diœceſis, in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub B. *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum & B. *Benedicti* regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum iuſte ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis præſtante Deo poterit adipiſci, firma vobis, & eis, quæ vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis & paſcuis in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, quæ propriis ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas a ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli ſororum veſtrarum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine abbatiſſæ ſuæ licentia, niſi arctioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero abſque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis ſuppreſſa voce divina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Criſma, oleum ſacrum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, benedictiones monialium a diœceſano ſuſcipietis epiſcopo, ſiquidem catholicus fuerit, & gratiam & communionem ſacroſanctæ Romanæ ſedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper, ut infra fines parochiæ veſtræ nullus ſine aſſenſu diœceſani epiſcopi & veſtro capellam ſeu oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis pontificum Romanorum. Ad hæc novas & indebitas exactiones ab archiepiſcopis & epiſcopis, archidiaconis ſeu decanis, aliiſque omnibus eccleſiaſticis ſæcularibuſve perſonis a vobis omnino fieri prohibemus: ſepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri

peliri

Digitized by Google

peliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, aut etiam publici uſurarii, nullus obſiſtat, ſalva tamen iuſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas præterea & poſſeſſiones ad ius eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ a laicis detinentur, redimendi & legitime liberandi de manibus eorum, & ad eccleſias, ad quas pertinent, revocandi, libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiuſdem loci abbatiſſa, vel earum aliqua, quæ tibi ſucceſſerit, nulla ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quam ſorores communi conſenſu, vel ſororum maior pars conſilii ſanioris ſecundum Deum & B. *Benedicti* regulam prævideriint eligendam. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiorum veſtrorum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates a prædeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus monaſterio veſtro conceſſas *b*), nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum a regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio confirmavimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ auctoritate & diœceſani epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur iu futurum eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri *Ihesu Chriſti* aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri *Iheſu Chriſti*, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

b) Nullam huic anteriorem Pontificiam bullam pro hoc cœnobio reperimus: vel inde tamen colligi videtur, fundationem eius citius iam, & non modo primum fuiſſe factam.

 Ego

SECULUM XIII.

Ego *Alexander* catholicæ eccleſiæ epiſcopus.
Ego *Odo Tuſculanus* epiſcopus.
Ego *Stephanus Praneſtinus* epiſcopus.
Ego frater *Iohannes* tit. S. *Laurentii* in *Lucina* presbyter cardinalis.
Ego *Riccardus* S. *Angeli* diaconus cardinalis.
Ego *Octavianus S. Mariæ* in *via lata* diaconus cardinalis.
Ego *Petrus S. Gregorii* ad *velum aureum* diaconus cardinalis.
Ego *Odobonus* S. *Adriani* diaconus cardinalis.

Data *Anagniæ* per manum magiſtri *Rollandi* S. R. E. vicecancellarii. V. Kal. Auguſti indictione XIV. incarnationis dominicæ anno MCCLVI. Pontificatus vero Domni *Alexandri* Papæ IV. anno ſecundo.

Nos *Rudolfus* de *Habispurch* præpoſitus eccleſiæ *Baſilienſis*. Item ego *Cuonradus* prædictæ eccleſiæ decanus notum facimus omnibus, quod litteras apoſtolicas *Alexandri* Papæ præſcriptas vidimus, legimus de verbo ad verbum non cancellatas, non abolitas, non aliqua ſui parte vitiatas ſecundum tenorem præſentem. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra rogatu magiſtræ & conventus in *Guotenowe* duximus appendenda, cum ſit periculoſum originalia deferre de loco in locum ſecundum ſtatum præſentem.

N. CXX.

Lis inter *Ioannem Schudi* de *Glarus*, & *Diethelmum* a *Windegg*.

Anno 1256. 1. Sept. Ex archiv. Seking.

Nos *Anna a)* divina providentia abbatiſſa monaſterii *Seckingæ Conſtant.* diœceſis notum facimus univerſis preſentibus & futuris. Quod exorta lis & controverſia inter *Ioannem* dictum *Schudi* de *Glarus*, qui non ita pridem e vita diſceſſit, cuius ius ac petitionem ipſo defuncto *Rodolphus* filius eius noſter ammanus eſt proſecutus ex una, & inter *Diethelmum* a *Windegg* ſenioris filium ex altera, nec non &c. teſtes qui preſentes erant, cum hanc ſententiam publicaremus, *Rodolphus* parochus oppidi noſtri *Lauffenburgi*, *Hugo* de *Weſſenberg*, *Henricus* ab *Eſchlikon*, *Erlewinus* a *Bilſtein*, *Henricus* a *Togern*, *Waltherus* a *Rubegge*, *Henricus*

a) Videtur hæc abbatiſſa diverſa eſſe ab *Anna* I. de *Weſſenberg*, quæ in *Gallia Chriſt.* T. V. p. 936. ad an. 1306. notatur, niſi quis ei 50. annorum regimen tribuere velit.

Digitized by Google

ricus a *Wiſwiler* milites & alii plures, in quorum teſtimonium has litteras noſtro & noſtri capituli ſigillis communiri fecimus. Acta ſunt hæc in monaſterio noſtro *Seckingæ* anno dominicæ incarnationis MCCLVI. Kal. Septemb. in feſto S. *Verenæ* virginis feria ſexta indictione XIV. SECULUM XIII.

N. CXXI.

Arnoldus II. abbas S. *Blaſii Henrico* de *Geroltseck* feuda conceſſit in *Seſſelnsheim* & *Wiſentowe*.

Notum ſit omnibus præſentis paginæ inſpectoribus, & tenoris eiusdem auditoribus tam præſentibus quam futuris, quos noſſe fuerit opportunum, quod nos *A.* permiſſione divina abbas totusque conventus monaſterii S. *Blaſii* Nigræ Silvæ O. S. B. *Conſtant.* diœceſis de communi conſenſu & deliberato ſuper hoc inter nos habito conſilio propter evidentem monaſterii noſtri utilitatem poſſeſſiones, quas noſtrum habet monaſterium, ſcilicet duas curias, unam in villa *Seſſelnsheim*, & aliam in villa *Wiſentowe Argentinenſis* diœceſis cum omnibus pertinentiis earundem curiarum, & advocatia ſuper ipſas curias, quarum curiarum advocatum pro noſtræ voluntatis libito hucuſque mutare potuimus, & alium in eiſdem ſtatuere, prout expedivit dictis poſſeſſionibus iuxta conſuetudinem antiquam, & privilegiorum noſtrorum conſtituta, venerabili viro domino *Heinrico* dicto de *Geroldſeke* cantori *Argentinenſi* conceſſimus & concedimus precario nomine temporibus vitæ ſuæ tenendas & poſſidendas, ſub hac tamen forma, quod dicta conceſſio ſemper de quinquennio in quinquennium innovetur ad cautelam, ne hæredes dicti cantoris aliquid iuris in dictis poſſeſſionibus & advocatia poſt mortem eius ſibi valeant vendicare, & quod idem cantor erit advocatus ſuper dictas curias, & percipiet fructus & emolumenta dictarum curiarum, & pertinentium earundem, præter iura capitalia, quæ vulgo *Val* dicuntur, quæ nobis reſervamus, & cedere debent nobis; dabitque & aſſignabit idem cantor penſionem ſeu cenſum nobis vel certo nuntio noſtro in civitate *Baſilienſi* ſingulis annis in feſto S. *Ioannis Baptiſtæ* ſub bono teſtimonio, videlicet XI. marcas puri & legalis argenti ponderis *Baſilienſis* civitatis, & V. ſolidos *Argentinenſis* monetæ pro fructibus & emolumento antedictis. Quodſi dictam penſionem ſeu cenſum dicto termino non ſoluerit, tenebitur nobis ex pacto nomine pœnæ in aliis undecim marcis argenti Anno 1256. Ex archiv. monaſt.

præter

SECULUM XIII.

præter penſionem ſeu cenſum antedictum. Cuius penſionis ſeu cenſus ſolutionem nullæ ſententiæ, nulli proceſſus, ſive mandata quorumcunque iudicum ordinariorum, legatorum vel delegatorum, executorum vel conſervatorum, vel alia quævis occaſio non debent aliquatenus retardare. Dedit inſuper nobis dictus cantor fideiuſſores, videlicet *Henricum Camerarii* archidiaconum citra *Rhenum*. *Lutoldum* de *Rotenlein* archidiaconum in *Vricgowe* canonicos *Baſilienſes*. Nobilem virum dominum *Rudolfum* comitem de *Tierſtein*. *Henricum* dictum *Riche*. *Ulricum* de *Ratolsdorf*. *Nibelungum* de *Pfaiffingen* milites. *Bertoldum* miniſtrum de *Pfaiffingen*, qui promiſerunt fide data, nomine iuramenti, quod ipſi in *Baſilea* apud hoſpites commoniti poſt dies octo, verorum obſidum nomine ſe recipient, ab inde nullo modo receſſuri, quouſque dicta penſio ſeu cenſus cum pœna prædicta nobis fuerit plenarie perſolutus, dictæque poſſeſſiones ad noſtrum monaſterium ex negligentia ſolutionis ipſius cenſus etiam libere, & ſine contradictione qualibet revertentur. Quia vero ſolutio penſionis ſeu cenſus prædicti antecedit perceptionem fructuum & emolumentorum dictarum poſſeſſionum, concedimus, & ex pacto ſic eſt permiſſum, ut ſi poſt penſionem ſeu cenſum ſolitum dictum cantorem cedere vel decedere contingat, ipſe poſſit de fructibus & emolumentis antedictis ſequentis anni, prout ſibi viſum fuerit, ordinare. Item ſi contingat, memoratum cantorem decedere, vel vitam mutare intrando religionem, vel ad dignitatem epiſcopatus promoveri, dictæ poſſeſſiones cum advocatia ad noſtrum monaſterium libere ſimiliter revertentur. Si vero deceſſerit, vel vitam mutaverit, aliquis obſidum prædictorum, alius æque bonus ſub forma prædicta ſubſtituetur eidem a cantore prædicto, quem nos noſtrique ſucceſſores duxerimus acceptandum. Omnia autem præmiſſa & ſingula promiſit ſæpe dictus cantor ſe ſine dolo & fraude fide præſtita fideliter adimpleturum. Ne autem inter nos & noſtros ſucceſſores ex una parte, & dictum dominum cantorem, vel aliquem de ſuis hæredibus ex altera, ſuper præfata conceſſione poſſeſſionum & advocatiæ prædictarum aliqua poſſit in poſterum quæſtio vel ambiguitas aut diſcordia ſuboriri, quod abſit, præſens pagina eſt ſuper antedictis de noſtra & dicti cantoris voluntate & conſenſu conſcripta. Et in teſtimonium & evidentiam omnium præmiſſorum reverendorum patrum & dominorum noſtrorum *H.* a) *Argentinenſis*, *B.* b) *Baſilienſiis* epiſcoporum, capituli *Baſilienſis* eccleſiæ, domini cantoris antedictorum domini *Walerami* canonici *Argentinenſis*, & nobilis viri domini *Burkardi* de *Geroltseke* fratris dicti cantoris ſigillis ſolempniter communita.

Nos

a) *Henricus* III. de *Staleck*. b) *Berchtoldus* comes *Ferretanus*.

Nos conventus *S. Blaſii* cum ſigillum proprium non habeamus, ſigillo domini Abbatis noſtri antedicti in præmiſſis ſumus contenti, & hoc confitemur publice per præſentes. Nos *H. Argentinenſis* & *B. Baſilienſis* Dei gratia eccleſiarum epiſcopi, capitulum *Baſilienſis* eccleſiæ, *Waleramus* & *Burkardus* antedicti confitemur & publice proteſtamur, quod ad petitionem & inſtantiam domini Abbatis & conventus monaſterii S. *Blaſii* & cantoris *Argentinenſis* prænominatorum in perpetuam præmiſſorum memoriam noſtra præſentibus appendimus ſigilla. Anno Domini MCCLVI. poſt feſtum S. *Ioannis Baptiſtæ* infra XV. dies, indictione quarta decima.

N. CXXII.

Alexander IV. S. *Blaſium* ſub protectionem apoſtolicam ſuſcipit, & omnia bona confirmat.

Anno 1256. 13. Oct. Ex eodem.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis abbati & conventui S. *Blaſii* in *Nigra Silva* ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana eccleſia devotos & humiles filios ex aſſuetæ pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater ſuæ protectionis munimine confovere. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & monaſterium, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, ſub B. *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus; ſpecialiter autem terras, domos, poſſeſſiones, redditus, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia iuſte ac pacifice poſſidetis, vobis & per vos eidem monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & B.B. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Data *Anagniæ* III. Id. Octobris Pontificatus noſtri anno II.

N. CXXIII.

Arbitri S. *Blaſio* facultatem adiudicant molendinum in *Stamphibach* conſtruendi.

SECULUM XIII.

Anno 1257. 1. Aug. Ex archiv. San-Blaſ.

In Chriſti nomine amen. Anno nativitatis eiuſdem MCCLVII. Kalendis Auguſti, inductione XV. Nos *C. Ymbriacenſis* eccleſiæ præpoſitus *a*). Magiſtri *H.* Plebanus S. *Petri*, & *Uolricus Lupus* clerici. *Heinricus* miles in *Curia. Heinricus Sendere*, & *H.* de *Mulimat* Cives *Thuricenſes* arbitri electi a partibus, videlicet, abbate & conventu monaſterii S. *Blaſii* ex una, ſcultheto, conſulibus, & univerſitate civium *Turicenſium* ex parte altera, ſuper eo, quod dicti abbas & conventus in poſſeſſionibus monaſterii ſui apud *Stemphibach b*) molendinum conſtruere volentes prohibiti fuerunt a civibus memoratis, iuxta formam compromiſſi perſonaliter dictum locum in *Stemphibach* accedentes, deſuper inductis teſtibus omni exceptione maioribus perquiſita & oculis inſpecta diligentius veritate, cum inveniremus ibi fuiſſe antiquitus molendinum, iurati per ſententiam arbitrati ſumus, dictos abbatem & conventum hactenus fuiſſe in poſſeſſione, & ius habere conſtruendi molendinum in eo loco, ubi antiquitus fuerat in ſui monaſterii poſſeſſionibus antefatis, facientes quod decrevimus ſub pœna in forma compromiſſi contenta firmiter obſervari. Ut autem hæc ſententia noſtra ſtudioſius obſervetur, ipſam nos clerici ſigillorum noſtrorum munimine roboramus. Nos vero laici quia ſigilla propria non habemus, ſigillis prædictorum coarbitrorum noſtrorum contenti ſumus, & hæc præſentibus profitemur. Actum ſuper domum, quæ dicitur iudicium *Turicenſe* multis præſentibus tam clericis quam laicis in Domino feliciter amen.

a) De *Conrado* Præpoſito *Imbriacenſi* diximus ſupra N. LXXXVII.

b) Eſt hæc curia noſtra extra muros *Turicenſes* ad *Limagum* fluvium *Stampfenbach* dicta.

N. CXXIV.

Bertoldus de *Remchingen* monaſterio *Albæ Dominorum* ius advocatiæ in *Niuſatz* vendit.

Anno 1258. Ex archiv. monaſt. T. II. p. 72.

Quoniam tanta in plurimorum cordibus fervet rerum cupiditas, quod pro dilatandis terminis ſuis non ſolum ſecularibus, verum etiam monaſte-

monaſteriis & eccleſiis poſſeſſiones ſuas qualibet occaſione nitantur abſtrahere timore Domini poſtpoſito: neceſſarium eſt valde quibuslibet, quatinus contra talium maliciam ſubdolam ſtudeant cautionibus, quibuſcunque poterunt, ſe munire. Igitur cum ego *Bertoldus* de *Remchingen* onere debitorum gravatus ius advocatiæ in viculo, qui dicitur *Niuſatz*, vendere debueram venerabili viro Domino W. *a)* Abbati, cæteriſque fratribus in *Alba*, quia terminis eorum foret contiguus, viſum eſt mihi magis eis congruere, primo ſicut cariſſimo id volui exhibere. Ipſi vero plus paci eorum quam utilitati providentes, videlicet ne ab alio eius emptore preſſuram vel gravamen eos pati contingeret, illud emere cenſuerunt. Verum cum hoc titulo feodali poſſidens aliter ad ipſos nequirem tranſigere, *Fridericum* dictum *Leiſe*, & *Wernherum* de *Rotenvelſe*, qui ſunt de militari familia Domini mei *Ot.* de *Eberſtein b)* quatinus per eos eis conſervetur, ſicut nunc moris eſt quibuslibet bona feodalia ſuis emptoribus firmare, advocatia ſupradicta infeodari manu mea ſecundum conſuetudinem ſategerunt. Hic itaque F. & W. ad maiorem eis cautionem eam prelibato Domino ſuo ſub ſumma pecunie ducentarum marcarum iure pignoris obligarunt. Quapropter ne prænotati fratres ſuper huiuſmodi emptione a meis heredibus ſive propinquis vel quibuslibet aliis vexari timeant, præſentem paginam ſuper ea conſcriptam, ſæpedictus Dominus meus *Ot.* de *Eberſtein*, ſigillo ſuo, egoque meo voluimus conſignare. Acta ſunt hæc anno Domini MCCL. octavo. — SECULUM XIII.

a) In *Galliа Chriſt.* T. V. p. 759. nullus hoc tempore abbas litteræ initiali W. occurrit, niſi *Waltherus* alio nomine *Conradus* a. 1225. & 1240. qui forte ad hunc annum 1258. pervenire potuit.
b) Eſt hic *Otto* ſenior comes de *Eberſtein*, qui huic monaſterio multa beneficia præſtitit.

N. CXXV.

Conradus de *Steinimur* vendit S. *Blaſio* dimidium manſum in *Eredingen.*

Anno 1261. 18. Mart. Ex archiv. San-Blaſ.

Univerſis hanc paginam inſpecturis *C.* de *Steinimur* miles notitiam ſubſcriptorum. Ea quæ geruntur, ne cuiusquam valeant tergiverſari calumpnia, ſcripturæ teſtimonio perhennantur. Nouerint igitur præſentes & futuri, quod ego venerabili viro ... abbati S. *Blaſii* in Nigra Silva ſuoque conventui vendidi & tradidi adhibita omni ſolempnitate, quæ in eiuſmodi contractibus conſuevit adhiberi, interveniente pro eis & con-

 tractum

SECULUM XIII. tractum venditionis & emptionis perficiente *C.* procuratore ipſorum dicto *Kreia*, prædium medium, ſcilicet manſum dimidium in *Eredingen* villa inferiori, accedente conſenſu & conniventia domini mei nobilis viri *Ulrici* de *Regensberg*, conſentientibus etiam *M.* uxore mea, & liberis meis, & cedentibus in dicto prædio ſuo iuri videlicet *C.* milite, *Uol. Ar. E. Io.* & filiabus meis videlicet uxore *Wilhelmi* militis dicti *Bochelini*, & uxore *Peregrini* de *Ieſteten*, nec non *Gerdrude*, pro VIIII. marcis & dimidia argenti ponderis *Turicenſis*, quas & me confiteor recepiſſe, libere & cum omni iure perpetualiter poſſidendum, renuntiando omni actioni, exceptioni, in integrum reſtitutioni, conſuetudini, ſtatuto, edito vel edendo, privilegio impetrato, vel impetrando, exceptioni non numeratæ pecuniæ, & omni favori legum & canonum, per quæ huiuſmodi venditio impugnari poſſet, vel etiam revocari. In cuius rei teſtimonium eis præſentem chartam ſigillo Domini mei prælibati, & meo patenter tradidi communitam. Teſtes venditionis ſunt hi . . . . . nobilis de *Humilcon*. *C.* abbas. *Ioſ. Mellur* milites. *Hugo* de *Mullimatton* Canonicus *Turicenſis*, & *H.* pater ſuus. *H.* dictus *Glanere*. *Bur. Albus*. *Wernerus Stamphebach*, & alii quam plures. Teſtes autem reſignationis uxoris & liberorum meorum ſunt hii: nobilis vir. *L.* de *Regensberg*. *Arnoldus* de *Legerun*. *Fridericus* de *Buchſe*. *Wilhelmus Bocheli*. *P.* de *Ieſtetten*. *H.* de *Steinemur* milites. *C.* de *Tachſnerren*. *B.* miniſter de *Regenſperg*. *H.* villicus de *Tegervelt*. *Arnoldus* præco de *Eredingen*. *Lut.* cementarius. *H.* dictus *Ruſi*. & alii quam plures. Datum XV. Kal. Apr. anno MCCLXI. indict. III. *a*)

a) Anno 1261. currebat indictio IV. forte hic unus numerus deeſt.

N. CXXVI.

Compromiſſarii cogunt *Rudolphum* de *Wiler* reſtituere rapta tranſeuntibus monialibus de *Sizenkilch* bona.

Anno 1261. 13. Maii. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II.* p. 46. 56.

In Chriſti nomine amen. Mota queſtione inter reverendos in Chriſto *Ar. a*) Dei gratia abbatem & conventum monaſterii S. *Blaſii Nigræ Silvæ* ex una, & *Rudolfum* de *Wiler* civem in *Nuwenburch* ex parte altera ſuper rebus mobilibus & immobilibus Cellæ de *Sizzenchilche* pertinentibus, per eundem *Ruodolfum* alienatis, venditis, vel diſtractis, talis inter

a) *Arnoldum* II.

SECULUM XIII.

inter dictas partes mediantibus probis & honeſtis viris compoſitio interceſſit. Quod dictus *R.* de *Wiler* omnes poſſeſſiones dictæ Cellæ de *Sizzenkilche* pertinentes quocunque modo alienatas, venditas vel diſtractas, ad proprietatem ipſius Cellæ uſque ad feſtum S. *Iohannis Baptiſtæ* proximo venturum integraliter revocabit, exceptis poſſeſſionibus quas *Rudolfus* miles dictus *Sairnzaire* de *Nuwenburch*, & *Ludewicus* dictus *Craimir* civis *Baſilienſis* titulo emptionis detinent, quas a feſto S. *Martini* proximo venturo ad annum idem *R.* de *Wiler* ad proprietatem dictæ Cellæ de *Sizzenkilche* omni occaſione poſtpoſita integraliter ab eiſdem poſſeſſoribus liberabit. Promiſit enim ipſi *R.* Dominus abbas dictus, quod ſi dicti *R.* & *L.* cives recipere nolint pecuniam ſibi datam, ipſe ſibi in requirenda iuſtitia præſtabit conſilium & auxilium iuxta poſſe. De poſſeſſionibus etiam emptis ab *H.* milite de *Schœniman*, de quibus revocabatur in dubium, cuius pecunia fuerint appropriatæ, & cui potius pertinerent, a partibus in magiſtrum *C.* rectorem eccleſiæ de *Rotwil*, & in magiſtrum *C.* de *Hugelnhein* canonicum *Beronenſem*, & pro communi in reverendum *D. W. b)* abbatem S. *Trudperti* exſtitit compromiſſum, ut illi audita a vicinia & inquiſita diligentius veritate adiucent eas illi parti, quam in iure invenerint potiorem. Inſpectis quoque circumſtantiis omnibus ſuper rebus mobilibus de prædicta Cella per dictum *R.* de *Wiler* abductis in dictos abbatem S. *Trudperti* & *C.* & *C.* magiſtros taliter compromiſſum extitit, ut eorum iuſſioni a partibus ſine contradictione qualibet pareatur. Sub debito etiam præſtiti iuramenti dictus de *Wiler R.* moniales ſive ſorores, quæ locum *Gutenowe* inhabitant, a prædicto loco pro poſſe ſuo ſalvo honore ſuo debet eiicere, & nunquam ut remaneant conſentire: deinde poſſeſſiones antedictæ Cellæ pertinentes, quas dictus *R.* de *Wiler* in ſua detinet poteſtate, liberas & abſolutas ipſi Cellæ de *Sizzenckilche* dimiſit, nunquam ab aliquo poſſeſſore eorumdum impoſterum petiturus. Super præmiſſis omnibus procurandis & pro viribus adimplendis dictus *R.* de *Wiler* ad ſummam XL. marcarum argenti legalis præſtitit cautionem, *Gotfrido* milite de *Baden*, *Ruedigero* quondam ſculteto de *Nuwenburch*, *Burcardo* de *Wiler*, *Bertoldo* de *Schliengen*, & *Iacobo* de *Wiler* civibus pro eo fide iubentibus ſub hac forma, ut ſi ſæpe dictus *R.* de *Wiler* contra prædicta vel aliquod de prædictis venerit, & monitus per dictos abbatem S. *Trudperti* & *C.* & *C.* magiſtros, vel duos ex ipſis, infra quatuordecim dies a die monitionis non emendaverit, dictus *R.* de *Wiler* pænam incidat ſupraſcriptam, pro qua pœna ſolvenda antedicti fideiuſſores moniti ad quatuordecim dies in obſtagium extra proprias domos ſecundum terræ conſuetudinem ſe commutent

b) *Wernerum.*

SECULUM XIII.

tent nunquam ab obſtagio receſſuri, quoad uſque dicta pecunia reverendo Domino abbati S. *Blaſii* fuerit perſoluta, cauſa nihilominus in eodem ſtatu, in quo ante ordinationem compoſitionis fuerat, remanente. In cuius compoſitionis perpetuam memoriam ac robur firmiſſimum præſens pagina ſigillis prædictorum venerabilium abbatum S. *Blaſii* & S. *Trudperti* & univerſitatis civium in *Nuwenburch* exſtitit munimine roborata. Actum apud *Obern Eggenheim* III. Idus Maii anno Domini MCCLXI. præſentibus teſtibus infraſcriptis. Domino *A.* abbate S. *Blaſii* prædicto, *Hermanno* cuſtode eiuſdem monaſterii. *Wicmanno* præpoſito de *Berowe*. *Burcardo* Priore & *Heinrico* præpoſito de *Bürglen c)* Ordinis S. *Benedicti*. *Cunone* Decano *Lutenbacenſi d)*. *D.* de *Halwil*, & *Marquardo* de *Baldegge* & magiſtro *C.* de *Hugelnhein* canonicis *Beronenſibus*; magiſtro *C.* rectore eccleſiæ de *Rotiwil*. Magiſtro *Alberto* rectore eccleſiæ de *Bouçh* & *Alberto* viceplebano de *Eggenheim* dicto *Chemphe* clericis. *Cunrado* ſcholaſtico de *Nuwenburch*, *Ruodolfo* de *Valchenſtein*. *Cuonrado Boihardo*, & *Rudigero* quondam ſculteto, militibus. *Burc.* de *Wiler*. *Heinrico* de *Genninbach*, *Cunrado Teunivifil*, & *Lupoldo* de *Eggenheim*, laicis & aliis quampluribus fide dignis.

c) Omnes hi monachi S. *Blaſii* ex cellis eidem ſubiectis.
d) *Lautenbach* eccleſia collegiata in *Alſatia* & diœceſi *Argentinenſi*.

N. CXXVII.

Eberhardus ep. *Conſtant.* corroborat litteras conventionis & ſubiectionis monaſterii *Gutnaw* pro S. *Blaſio*.

Anno 1261. 6. Sept. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II.* p. 56.

In Chriſti nomine amen. Prona ſemper in malum omnis ætas & natura hominum facilis diſſentire monet, ea quæ dicuntur aut fiunt in tempore, ſcripturarum teſtimoniis perhennari. Noverint igitur præſentes & poſteri, quod cum inter reverendos in Chriſto abbatem & conventum monaſterii S. *Blaſii Nigræ Silvæ* ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis ex una, & feminas religioſas magiſtram & conventum monialium in *Gutnovwe a)* eiuſdem ordinis ſuper eo, quod non ſervata conſenſus eorumdem forma ſuper translatione earumque ad honorem Dei & emendationem ſtatus ſui facere cupiebant, ſe cum perſonis & rebus de Cella *Sicenchilche* ad locum ipſum minus provide tranſtulerant ex parte altera, fuiſſet

a) Bullam *Alexandri* IV. pro hoc monaſterio ſupra N. CXIX. dedimus.

fuiſſet quæſtio diutius ventilata: deinde mediantibus viris providis & honeſtis inter ipſos partium accedente conſenſu, prout inferius adnotatur, extitit ordinatum: videlicet quod prædictæ moniales publice recognoſcant obedientiam, ſubiectionem, devotionem & profeſſionem abbati, qui pro tempore fuerit, in dicto ſuperius monaſterio S. *Blaſii* ſecundum regulam S. *Benedicti*, & ordinem ſe facturas & nunc & deinceps devote & humiliter ſic ſe perpetuo ſervaturas, portando communiter poſt expletum profeſſionis tempus habitum regularem. In ſignum vero debitæ ſubiectionis unam libram ceræ in feſto S. *Blaſii* monaſterio præfato perſolvant annuatim. Item quod cauſa quietis internæ nullus monachorum S. *Blaſii* vel etiam aliunde eiuſdem ordinis in loco *Guotnovwe* vel alibi, ſi ſe de loco ad locum de conſenſu prædictorum abbatis & conventus tranſtulerint, ullo unquam tempore reſidentiam faciat, nec locum ſine cauſa legitima frequentet, ſed capellanum idoneum habeant de abbatis S. *Blaſii* conſenſu & confeſſoris earum conſilio, qui iuxta eas reſideat, divinum officium eis continue celebrans, confeſſiones earumdem audiendo & communicando eaſdem in neceſſitatis tantum auxilio, & non ultra. Prior tamen de *Bürglen* vel alter monachorum S. *Blaſii*, quem miſerit abbas loco ſui, in feſtis tantum ſolempnibus ſcilicet Nativitate Domini, Paſcha, Pentecoſte, & omnium Sanctorum vice abbatis audiat earum confeſſiones communicando eaſdem ſicut ſuæ & earum ſaluti viderit expedire. Item quod dictæ moniales habeant deinceps & perpetuo confeſſorem idoneum de ordine *Ciſtercienſi* ſeu Fratrum minorum, quem per Superiorem ipſorum poterunt obtinere, qui libere cunctis temporibus, quibus neceſſe vel opportunum fuerit, earum confeſſiones audiat, & ex devotione communicare volentes extra ſolempnitates prædictas communicet & pabulo verbi Dei reficiat, prout eidem fuerit divinitus inſpiratum. Item quod ad prædictas viſitationis, correctionis, & reformationis cauſa veniat abbas vel alter monachorum ſuorum ab ipſo ſpecialiter ad hoc miſſus tantum ſemel in anno, niſi neceſſitas aut earumdem utilitas plures requirat circa eas & ſingulas earum, officii ſui debitum infra triduum exequentes, ſicut diſtricto iudici de hoc velit reddere rationem, & hoc non ſine confeſſore prædicto vel altero diſcreto illius ordinis, de quo tunc habuerunt confeſſorem. Et ut ſuſpicio quæque tollatur, nulla virilis ſexus perſona religioſa vel ſecularis clauſtrum earum ingrediatur, non viſitationis, confeſſionis, communicationis, vel extremæ unctionis infirmarum, vel laboris alicuius cauſa neceſſarii vel ſtructuræ. Item quod ſæpedictæ moniales procuratorem rerum ſuarum temporalium eligant, quem ſibi magis viderint profuturum,

quem

Digitized by Google

SECULUM XIII.

quem nullus inſtituat vel deſtituat, cum ab eiſdem fuerit requiſitus. Item quod alienationes notabiles non faciant, & debita oneroſa non contrahant ſine abbatis S. *Blaſii*, qui pro tempore fuerit, conſilio & aſſenſu. Ut autem hæc omnia firmiora permaneant, hæc pagina exinde conſcripta ſigillorum venerabilis Patris & Domini *E. b)* Dei gratia *Conſtantienſis* epiſcopi ſuique capituli, abbatis prædicti, ac univerſitatis civium in *Nuwenburch*, cui eſt proximus locus idem, ad ſupplicationem partium prædictarum, qui præfatam ordinationem gratanter acceptarunt, & in eandem unanimiter conſenſerunt, munimine roboratur. Actum apud *Schopheim* anno Domini MCCLXI. nonas Septembris, indictione IV.

b) *Eberhardus* II. is erat.

N. CXXVIII.

Eberhardus epiſcopus *Conſtantienſis* ſigillo ſuo munit chartam, qua Domini de *Rotenlein* ius advocatiæ in *Riede* S. *Blaſio* ceſſerunt.

Anno 1262. 15. Febr. Ex eodem.

Omnibus præſentium inſpectoribus viri nobiles *Waltherus*, *Otto*, & *Lutoldus* fratres de *Rottenlain* notitiam rei geſtæ. Ne labantur cum tempore, quæ geruntur in tempore, ſcripturarum ſolent indiciis perennari. Noverint igitur omnes & ſinguli, quos noſſe fuerit opportunum, quod dum reverendi in Chriſto *A.* abbas & conventus monaſterii S. *Blaſii* Nigræ Silvæ læſi per nos & *C.* quondam patrem noſtrum in poſſeſſionibus eiuſdem monaſterii apud *Riede*, in quibus nobis advocatiæ ius pertinebat, non modicum viderentur, nos receptis ab eiſdem abbate & conventu XV. marcis argenti dictarum poſſeſſionum advocatiam, & totum ius, quod nobis competebat ibidem, damus & tradimus, imo transferimus in monaſterium antedictum, ita quod idem abbas & conventus advocatiam ipſam cum proprietate libere debeant perpetuo poſſidere, renuntiantes publice tam pro nobis, quam pro omnibus hæredibus noſtris omnibus iuribus ſive conſuetudinibus tam advocatiæ quam aliis, quæ nobis in eiſdem poſſeſſionibus competunt, vel competere videbantur caſu aliquo contingente. Promittimus etiam abbati & conventui, qui pro tempore fuerint in dicto monaſterio, de præfata advocatia ſive translatione prædicta nos, quotiescunque requiſiti fuerimus, Warandiam præſtituros.

Digitized by Google

ſtituros. In huius autem facti evidentiam & robur perpetuum hanc paginam exinde conſcriptam ſigillorum venerabilis domini *E.* Dei gratia *Conſtantienſis* epiſcopi, & noſtri procuramus munimine roborari. Actum in caſtro *Rotenlain* XV. Kal. Martii anno Domini MCCLXII. Indict. IV. præſentibus nobili Domina dilecta --- matre noſtra, magiſtris *C.* de *Rotwil.* & *Al.* de *Ruth* plebanis. *Gotfrido* de *Baden* & *Gotfrido* de *Lene* militibus. *Alberto* advocato, *Heinrico Tuſant. W. Wurmelin* de *Rotenlain. Heinrico* de *Horne. Ioanne* miniſtro *Schoinnowe* laicis, & aliis quam pluribus fide dignis in Domino feliciter amen. SECULUM XIII.

N. CXXIX.

Abbas S. *Blaſii* concedit monaſterio *Blaburano* in feudum vineam apud *Blochingen.*

Noverint univerſi præſentium inſpectores, quod lite ſeu controverſia mota, & aliquamdiu vendilata inter reverendos in Chriſto, *Ar.* S. *Blaſii* & *E.* in *Blaburren* a) monaſteriorum abbates eorumque conventus ſuper eo, quod abbas de *Blaburren* aſſerebat, ſibi ſuoque monaſterio vineam duorum iugerum ſitam in monte, qui dicitur *Wolpatinbalde* apud *Blochingen*, datam a *Berchtoldo* dicto *Spenlin* cive in *Ezelingen*, & aliquanto tempore poſſeſſam, licet iidem abbas & *Spenlin* de eadem vinea ſolverint tres ſolidos nomine cenſus monaſterio S. *Blaſii* annuatim; abbas vero S. *Blaſii* cauſabatur eandem vineam ex obitu dicti *B.* ad ipſum ſuumque monaſterium ratione iuris & conſuetudinis devolutam. Tandem mediantibus probis & diſcretis inter ipſos abbates, eorumque monaſteria pro bono pacis & concordiæ taliter extitit ordinatum: ſcilicet quod dictus abbas de *Blaburren* pro ſe ſuoque monaſterio renuntiavit pure & ſimpliciter dictæ vineæ, reſignando eam in manibus præpoſiti & plebani de *Nallingen.* Anno 1265. 26. Mart. Ex eodem.

Adiectum fuit inſuper, quod dictus abbas in *Blaburren* pro ſe ſuoque monaſterio ex nunc in antea certam perſonam e gremio ſui monaſterii offerret, qui de eadem vinea infeudaretur, qua perſona cedente vel decedente altera perſona, ſicut dictum eſt, ſolvens nomine æra-

a) *Blaubeuren* olim Benedictinum in *Wirtembergia* monaſterium in vicinia præpoſituræ noſtræ in *Nallingen.* Eius abbates recenſentur a *Bucelino* & in *Gallia Chriſt.* T. V. p. 1061. inter quos *Eberhardus* II. hoc anno notatur.

SECULUM XIII.

rii, quod vulgo dicitur *Ebrſchatz*, in recognitionem dominii tres ſolidos præpoſito in *Nallingen*, qui pro tempore fuerit, de ſæpedicta vinea ab eodem præpoſito ſine contradictione quolibet inveſtiretur. Et iuxta ordinationem prædictam *Fridericus* monachus dictus *Veilz* camerarius monaſterii in *Blaburren* de antedicta vinea, ſolvente nomine cenſus tres ſolidos ſingulis annis in feſto S. *Martini* in curiam *Blochingen* pertinentem ſæpedicto monaſterio S. *Blaſii* ab *H.* præpoſito in *Nallingen* eſt multis aſtantibus & videntibus inveſtatus. In horum evidentiam & teſtimonium præmiſſorum hæc pagina exinde conſcripta ſigillis ſæpe dictorum abbatum patenter communitur. Actum apud *Eſſlingen* in domo *Burchardi* dicti *Sinz* anno Domini MCCLXV. VII. Kal. April. Indict. VIII. præſentibus, quorum hæc ſunt nomina. E. de *Blaburren*, & *H.* in *Wibilingen b)* abbates. *H.* de *Arnegge* monachus in *Wiblingen*. *E.* de *Laichingen*, & *A.* de *Nallingen* magiſtri. *Uol. Schueli*, & *Uol. Quirili* cives in *Eſſlingen*. *Chuono* de *Nallingen*, & alii quam plures fide digni.

b) In eadem *Gallia Chriſt.* l. c. p. 1058. inter abbates *Wiblingenſes* occurrit *Hermannus*, qui circa hæc tempora vixiſſe videtur.

N. CXXX.

Hugo de *Tufenſtein* vendit S. *Blaſio* pro XLI. marcis curiam in *Tegervelt*.

Anno 1265. 30. April. Ex archiv. San-Blaſ.

In nomine Domini amen. Ego *Hugo* vir nobilis de *Tiufinſtein* omnibus præſentes litteras inſpecturis notitiam rei geſtæ. Ut facta modernorum poſteris innoteſcant, ſcripturarum ſolent indiciis perennari. Notum igitur facio omnibus præſentium inſpectoribus, quod ego de certa ſcientia, ſponte ac diligenti deliberatione habita vendo, trado, & in perpetuum concedo, imo vendidi, tradidi, & conceſſi reverendis in Chriſto *Arnoldo* abbati & conventui eorumque monaſterio S. *Blaſii* Nigræ Silvæ *Conſtant.* diœceſis curiam meam, quam habui, ſitam an dem *Buole* ſuper ripam fluvii, qui dicitur *Giſenbach* in *Nidern Tegervelt*, cum advocatia, agris, pratis, ſilvis, paſcuis, aquæ ductibus, viis, exitibus, & omnibus iuribus eidem intus & extra attinentibus, & ſolventem annuatim XX. fruſta, & unum, quod vulgariter *Stuke* dicitur, titulo proprietatis perpetuo poſſidendam. De venditione ſiquidem dictæ

curiæ

Digitized by Google

curiæ ſive prædii conventum eſt inter me & dictos abbatem & conventum, ac etiam concordatum de ſumma XL. marcarum & una legalis argenti ponderis *Turicenſis*: quam pecuniæ quantitatem confiteor mihi numeratam & traditam, & a me receptam integraliter & perfecte. Propter quod de curia, ſive de prædio ſupradicto, prout ſuperius eſt expreſſum, deveſtiens me omnino virum providum *Hermannum* cuſtodem dicti monaſterii S. *Blaſii* inveſtio, & per manum ipſius antedictos abbatem & conventum inveſtio, in veram inveſtituram & poſſeſſionem dictorum bonorum mitto. Promitto nihilominus ipſis præſtare Warandiam eorumque monaſterio de prædio ſupradicto, quotiescunque requiſitus fuero, & fuerit opportunum. Renuntio etiam ex certa ſcientia in hoc facto omni auxilio iuris canonici & civilis confitens nullum dolum, nullam fraudem, nullam vim, & nullum metum interveniſſe in præſenti contractu. Renuntio etiam omnibus, quæ iam dictis emptoribus poſſent nocere, & mihi prodeſſe. In cuius meæ venditionis & eorum emptionis teſtimonium ſæpe dictis abbati & conventui præſentem chartam exinde conſcriptam ſigillo viri nobilis Domini *Waltheri* de *Klingen* & meo patenter tradidi communitam. Acta ſunt hæc apud villam *Chlingenowe* prid. Kal. Maii anno Domini MCCLXV. Indict. VIII. præſentibus viro nobili *Walthero* de *Klingen*. *Hermanno* cuſtode de S. *Blaſio*. *Wernero* ſacerdote in *Chlingenowe*. & *Al*. rectore eccleſiæ in *Nallingen*, clericis. *Heinrico* de *Hietoluingen*, *Burchardo* de *Ieſtetin*, & *Ger*. de *Mulhein* militibus. *Ruod*. miniſtro. *B. Steinmar. H*. de *Honſtetin. C. Riſe. Burchardo Bebiler. L. Cementario. C*. de *Rode. C*. de *Eigun*. civibus in *Chlingenowe. H. Vrovinan. H. Cincerlin*. & *Ruod*. de S. *Blaſio*, laicis, & aliis fide dignis.

SECULUM XIII.

N. CXXXI.

Licentia *Walteri* de *Clingen* molendina in *Arari* prope *Clingnau* extruendi.

Anno 1265. 30. Sept. Ex archiv. San-Blaſ.

Univerſis hanc paginam inſpecturis nobilis vir *Waltherus* miles de *Clingen* notitiam ſubſcriptorum. Proclivis ad malum vita cunctorum admonet, ea, quæ geruntur, perſtringi ſerie litterarum. Cum itaque reverendi Domini *Arnoldus* abbas & conventus monaſterii S. *Blaſii* Nigræ Silvæ conſtruere molendina in poſſeſſionibus monaſterii ſui apud

Z 2 *Clingenowe*

Digitized by Google

SECULUM XIII.

Clingenowe ſupra ripam fluminis, quod dicitur *Araris*, nitentur; nos totum ius noſtrum quod habemus, vel habere videbamur ſive de conſuetudine, ſive alio quocunque modo fuerit a ponte, & ſupra, quantum ipſis ad hoc opus neceſſarium aut utile fuerit, qui tranſit ab ipſo oppido flumen prædictum in fluminis decurſu iuxta caſtrum *Clingenowe*, & viam quæ dicitur vulgariter *Trenewech* uſque ad fines ſeu terminos poſſeſſionum monaſterii circa flumen, & ſupra, prout expedit ſtructuris prædictis in monaſterium transferimus memoratum. Renuntiantes publice unacum filiabus noſtris, *Verena*, *Herzelauda*, *Katerina*, & *Clara* pro nobis noſtriſque heredibus iuri ſive iuribus ſupraſcriptis, & promittentes firmiſſime, quod non ſolum non impediemus eos in omnibus quæ profutura fuerint ſtructuris prædictis, ſed nec ſuſtinebimus eos ab aliis impediri. Ita quod monaſterium ipſum ferrum ſedulo habeat pro oblatis faciendis, & eccleſiis vicinis, quæ propter Deum petierint, diſtribuendis, quarum oblatarum *a*) quædam agnum Dei, quædam Chriſtum crucem geſtantem, quædam ipſum flagellatum, & quædam contineant imaginem crucifixi. Ut autem omnia ſupraſcripta robur maius obtineant firmitatis, hanc paginam exinde conſcribi procuravimus, & ſigilli noſtri munimine conſignari. Acta ſunt hæc apud *Clingenowe* pridie Kalendas Octobris anno Domini MCCLXV. præſentibus magiſtro *Al.* plebano in *Nallingen*, & *W.* viceplebano in *Clingenowe* clericis. *Ulrico* nobile de *Guotenburch*, & *Cuonrado* de *Toitinchon* militibus. *Heinrico* converſo dicto *Tulle* *Br.* de *Tegervelt*. *Ruod.* miniſtro. *Cuonrado Riſe*. *B. Hainli*. *Novkero*. *Uolrico* fabro. *Uolrico* villico. *Luotoldo Cœmentario*. *Heinrico* villico de *Tegervelt* & *Cuonrado* de *Rode* laicis, & aliis quampluribus fide dignis, in Domino feliciter amen.

a) Patet hinc, quales tunc temporis figuræ oblatis ſeu hoſtiis impreſſæ fuerint.

N. CXXXII.

Indulgentiæ datæ *Wilhelmitis* in *Freyburg*.

Anno 1266. 22. Maii. Ex archiv. Oberried. *T. II.* p. 81.

H *a*). Dei gratia *Baſilienſis* epiſcopus ad petitionem fratrum ordinis S. *Wilhelmi* heremitarum extra muros *Friburg* commorantium contulimus, & conferimus eccleſiæ eorundem ſingulis annis in die dedicationis, & per totam octavam indulgentiam XL. dierum de iniuncta pœnitentia omnibus ad prædictam dedicationem confluentibus ob charitatis affectum,

a) *Henricus* III. comes de *Newenburg*.

Digitized by Google

affectûm, quem eiſdem fratribus gerimus, qui ſicut audivimus. ibidem devote Domino famulantur. Datum *Baſileæ* anno Domini MCCLXVI. XI. Kal. Iunii. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus præſentibus appendendum. SECULUM XIII.

N. CXXXIII.

Suppetiæ ferentibus ad reſtaurandum ex cineribus monaſterium in *Burglen* promittitur communio precum in monaſterio & cellis S. *Blaſii* ab *Arnoldo* II. abbate.

Omnibus Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis, *A.* miſeratione divina monaſterii S. *Blaſii* abbas totuſque conventus orationes in Domino Ieſu Chriſto. Quoniam, ut ait apoſtolus, ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout geſſimus, ſive bonum fuerit ſeu malum, oportet nos diem extremæ meſſionis miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu, in cœlis recolligere debeamus, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam æternam. Cum itaque monaſterium *S. Ioannis* in monte *Buirgelun* per incendium nuper, ſicut patet, omnibus miſerabiliter ſit deſtructum, nec præpoſito & conventui ibidem ad reſtaurationem eius propriæ ſuppetant facultates, univerſitatem veſtram monemus & hortamur in Domino, quatenus tam aliqua ipſis de bonis a Deo vobis collatis karitatis ſubſidia impendatis, ut per hæc & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, valeatis ad æternæ beatitudinis gaudia pervenire. Nos vero de omnipotentis Dei miſericordia confiſi omnes illos, qui ad tam pium opus & neceſſarium ſuas elemoſinas elargiti fuerint, aut ibidem ſuis laboraverint animalibus aut propriis in perſonis, omnium bonorum operum, quæ in noſtro fuerint monaſterio & cellis nobis ſubiectis, in perpetuum participes æſtimamus, & in fraternitatem ſeu ſocietatem recipimus ſpecialem. Hanc autem paginam in evidentiam præmiſſorum ſigillo abbatis, quo & nos conventus utimur, roboramus.

Anno 1267. Ex archiv. S. Blaſii. T. II. p. 57.

Digitized by Google

N. CXXXIV.

Luitfridus de *Helmotsheim* vendit monaſt. *Albæ* dominorum advocatiam in *Terdingen*.

SECULUM XIII.

Anno 1267. menſe Mart. Ex archiv. monaſt. *T. II. p.* 72.

Innoteſcat univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus, quam futuris, preſentem paginam inſpecturis, quod ego *Liutfridus* nobilis de *Helmotsheim* advocatiam inferioris villæ *Terdingen* cum bonis omnibus eidem advocatiæ attinentibus ſine exceptione qualibet, & qualicunque vocabulo cenſeantur, vendidi cum omni iure, & utilitate de hiis provenientibus, ſicut ad me quandoque ſpectabat, venerabilibus in Chriſto domino abbati & conventui de *Alba*, *Ciſtercien.* ordinis, *Spiren.* diœ. pro quadringentis libris *Hallenſ.* quas me expedite profiteor recepiſſe, & ius eiuſdem advocatie abdico a me & a meis heredibus michi legitime ſucceſſuris. Et contrado prout poſſum predictis abbati & conventui libere poſſidendam. In cuius rei evidentiam, ut ſepedictus Dns abbas & conventus *Albenſis* in hiis que ante poſita ſunt ſecuri ſint, & ab omni impetitione mea ſeu heredum meorum in poſterum liberi exiſtant, preſentem paginam ſigillis venerabilis Dni mei *Spiren.* epiſcopi. Dni *Ott.* prepoſiti S. *Guitdonis.* Dnorum meorum de *Eberſtein* & de *Gemino ponte* comitum, Dni abbatis de *Muſenbrunnen* & proprio ſigillo ſtatui roborandam. Acta ſunt hec anno Domini MCCLXVII. menſe Marcio. Teſtes. D. *C.* *a)* abbas. Fr. *C.* magiſter Converſorum. Fr. *C.* cellerarius. frater *H.* dictus de *Monte alto* monachi. frater *M.* mercator. frater *D.* de *Terdingen* magiſter fratr. *Steinmarus* de *Bruchſella* converſi. Dnus *W.* nobilis de *Sternvels.* Dnus *L.* de *Flechingen.* Dnus *C.* dictus *Atto* de *Sulzeveld.* Dnus *C.* de *Grecingen* milites. Dnus .. viceplebanus in *Bruchſella* & Dnus *C.* ſocius ſuus ſacerdos. & Dnus .. viceplebanus in *Burbach.* Dnus *H.* advocatus de *Bruchſella.* Sculdetus, quandoque *Bertoldus* dictus *Albotto*, *Hertricus.* *Swikerus.* cives iam dicti oppidi, & alii quam plures.

a) *Conradus* abbas *Albæ Dominorum* in *Galliæ Chriſt.* T. V. p. 759. notatus ad an. 1252.

N. CXXXV.

Digitized by Google

N. CXXXV.

Eberhardus epiſcopus *Conſtantienſis* ſigillo ſuo corroborat litteras fundationis monaſterii *Syon a*).

SECULUM XIII.

Anno 1269. 26. Iulii. Ex archiv. monaſt. *T. II.* p. 82.

In nomine SS. & individuæ Trinitatis. Ego *Waltherus* nobilis de *Klingen*, & *Sophia* uxor noſtra notum facimus tam præſentibus quam futuris, quod nos contulimus ſana mentis ratione fratribus ordinis S. *Wilhelmi* in honore Dei, beatiſſimæ genetricis *Mariæ*, & beati *Wilhelmi* ob remedium animarum noſtrarum & anteceſſorum noſtrorum locum & oratorium iuxta oppidum, quod dicitur *Clinghenoue*, qui locus vocabulo *Syon* dicitur, in omni parte libertati donatum, cum decem marcarum redditibus, quas videlicet marcas dicti fratres recipient taliter aſſignatas. Scilicet in *Alphen* & in *Riehte* XXVII. modios & dimidium modium tritici, centum & decem pullos. In *Lengennagh* de manſu tres & dimidium modum tritici. In *Beirbhen* X. modios tritici & XL. pullos. In *Buchen* & in *Terbul* duos modios tritici & octo pullos. In *Enlucello* unum modium tritici. De vineis in *Gnudhalden* IV. modios tritici. De vineis in *Burchchalden* V. ſextaria tritici. De vinea in *Tegervelt* IX. ſextaria tritici. De agro adiacenti VI. ſextaria tritici. Ibidem de agro unum ſextarium tritici, & in eodem loco iuxta capellam de agro uno tria ſextaria tritici. In *Endingen* de uno manſu decem modios ſiliginis cum X. ſolidis denariorum uſualis monetæ, IV. pullos L. ova. In *Melisdal* de agro uno duo ſextaria ſiliginis. In *Cobolz* ſex modios ſiliginis de uno manſu & tres modios avenæ cum V. ſolidis denariorum uſualis monetæ, quatuor pullos & quinquaginta oua. In *Firſthalden* XI. modios ſiliginis & duos pullos. In *Lerchuabül* tres modios ſiliginis. In *Tetzi* duos modios ſiliginis. In *Tribul* tria ſextaria ſiliginis. In *Endingen* de manſu uno unum ſextarium ſiliginis. In *Immunlo* de duobus agris duo ſextaria ſiliginis. In *Ritwege* unum ſextarium ſiliginis de uno agro. In *Werleringen* de agro uno unum ſextarium ſiliginis, & ſylvam, quæ dicitur *Rieth*, & aliam ſylvam, quæ pertinet ad bona prædicta in *Cobolz*.

In

a) Agit etiam de fundatione & fatis huius Prioratus extra muros oppidi *Clingnau* ſiti *Lew* in lex. Helvet. P. XVII. p. 187. Cæterum bona in locis hic expreſſis eidem aſſignata ut plurimum adhuc ſalva ſunt, variatis tamen eorum nominibus. Vid. infra N. CXLVI. alia donatio huic monaſterio facta.

Digitized by Google

SECULUM XIII.

In *Mabchenberg* de grangia trigenta duos modios avenæ. In *Rüthe* de agro uno unum modium avenæ. De prato, qui dicitur *Poumans* unum modium avenæ. In *Rugefelt* de agro uno tres modios avenæ. In *Surboue* unum modium avenæ. In *Tegervelt* de vinea tres modios avenæ. Ibidem de vinea adiacenti duos modios avenæ. In *Hebeſake*, de tribus agris IV. modios avenæ. Ex altera parte aquæ de *Clingennowe* de agro uno unum modium avenæ. In *Richenbach* de manſu uno unum modium avenæ. In *Tetingen* de vinea unam ſeumam albi vini. In *Houleſten* de vinea duas ſeumas vini albi. De vinea, quæ dicitur *Suende* dimidiam partem fructuum, quam fratres de hoſpitali S. *Ioannis* iure hæreditario colere tenentur propriis ſumptibus. Inſuper & vineam in *Kiblberc*, quam ſacerdos de *Rorebo*z tenet quoad vitam ſuam. In *Citibach* de prato V. ſolidos denariorum uſualis monetæ. De domo illius qui dicitur *Sreideli* tres ſolidos. De vinea, quæ adiacet *Suende*, tres ſolidos in puram & perpetuam elemoſinam iure hereditario legitime poſſidendas, & in loco prædicto eccleſiam, cæteraſque officinas ordini ſuo congruentes, omni contradictione poſthabita poterunt fabricare. De decem vero marcarum redditibus ſupra dictis fratribus S. *Iohannis* de hoſpitali in *Clingenoue* quartam partem de libra ceræ in natali B. *Ioannis Baptiſtæ* pro cenſu hereditario, iure hereditario perſolvent. Adiicientes ad hæc, quodſi prædicta aſſignatio valorem decem marcarum excederet, ſæpe dicti fratres ordinis S. *Wilhelmi* excreſcentiam eandem ſine contradictione aliqua poſſidebunt. Ego *W*. Dominus de *Clingen*, uxor noſtra, & hæredes noſtri in præſentia fratris *Uolrici* ſacerdotis, & *Hugonis* fratrum de hoſpitali S. *Ioannis*. *Everardi* & *Godefridi* ſacerdotum fratrum ordinis S. *Wilhelmi*, *Conradi Steinmare*, & *Bertoldi* fratris ſui, & aliorum proborum prædictas poſſeſſiones legitime reſignauimus, & exfeſtueauimus, hoc ſaluo, quod ſæpe dicti fratres manere extra parochiam de *Clingenoue*, nec prædictas poſſeſſiones ab ordine S. *Wilhelmi* alienare poterunt. In cuius rei teſtimonium & munimen præſentes litteras ſigillo venerabilis Patris *E*. Dei gratia *Conſtantienſis* epiſcopi, unacum ſigillo comitis *Roudolfi* de *Habisborg* & noſtro ſæpe dictis fratribus ordinis S. *Wilhelmi* contulimus roboratas. Datum anno Domini MCCLXIX. VII. Kal. Auguſti.

N. CXXXVI.

Digitized by Google

N. CXXXVI.

Eberhardus ep. *Conſtant.* confirmat concambium inter S. *Blaſium* & dynaſtas de *Clingen.*

SECULUM XIII.

In nomine Domini amen. Proclivis ad malum vita cunctorum ac hominum memoria labilis monet ea, quæ geruntur, ſcripturarum teſtimonio roborari. Noverint igitur tam præſentes quam poſteri, quos expediverit noſſe, quod dum reverendi in Chriſto *Arnoldus* abbas & conventus monaſterii S. *Blaſii Nigræ Silvæ Conſtantienſis* diœceſis poſſeſſiones dicti monaſterii in *Sebzinsheim* & in *Wiſento* ſitas *Argentinenſis* diœceſis pro poſſeſſionibus nobilis viri *Waltheri* militis de *Clingen* in *Birdorf*, in *Buoche*, in *Kadelberc*, & in ſuperiori *Endingen* ſitis *Conſtantienſis* diœceſis decreverint, & inter ſe convenerint permutare; dicti abbas & conventus per nuntios ſuos ad hoc deputatos, prædictas monaſterii ſui poſſeſſiones cum advocatia, hominibus, videlicet *Berhtoldo*, *Burcardo* & *Heinrico* villicis, & aliis ad dictas poſſeſſiones pertinentibus, qui ad viginti ſeptem & dimidiam perſonas numerati ſunt, terminis, pratis, nemoribus ac omnibus eiſdem poſſeſſionibus intus & extra pertinentibus, dederunt, tradiderunt, ac conceſſerunt præfato nobili, ſuæque matronæ, *Sophiæ* nomine, & *Claræ* filiæ eorumdem, renuntiantes publice omni iuri, quod competebat ipſis eorumque monaſterio uſque ad præſens tempus in omnibus antedictis. E converſo vero dictus nobilis cum matrona & filia prænominatis poſſeſſiones ſuas præfatas cum advocatia, hominibus, totidem, videlicet *Henrico* & *Landoldo* fratribus dictis *Riſen* uxoribus & prole ipſorum ad viginti ſeptem & dimidiam perſonas numeratis, *Burcardo* villico de *Birdorf*, uxore ſua *Adilheid*, *Henrico* filio eiuſdem *A.* uxore *Gerdrude* eiuſdem *H. Cunrado* dicto *Bamwart* de *Birdorf. Henrico* ſacriſta, uxore eius *Gerdrude* cum ſex parvis ſuis; *Berhtoldo* dicto *Winholt*, & tribus filiis ſuis, uxore filii ſui *Mehtild*; *Iudinta* uxore *Einboldi* ſenioris, & filia ſua *Ita*: ſylvis, pratis, paſcuis, nemoribus, aquis, aquarumque decurſibus, iuribus, vulgo *Twinc* & *Ban* a) dictis, iudiciis & omnibus aliis eiſdem poſſeſſionibus intus & extra pertinentibus, memoratis abbati, conventui ac monaſterio prædicto dederunt, tradiderunt, ac etiam contulerunt, renuntiantes ſimiliter omni iuri, & ſpecialiter, quod competebat præfatæ matronæ, ex eo quod aliqua pars earumdem poſſeſſionum ſibi data fuerat in donationem propter

Anno 1271. 12. Feb. Ex archiv. San-Blaſ. T. II. p. 36.

a) Idem quod *Zwing* & *Bann*, certus ſcilicet diſtrictus, in quo iuriſdictio exercetur.

SECULUM XIII.

nuptias, quod ius ſibi in permutatis poſſeſſionibus, quas ipſi in *Argentinenſi* diœceſi perceperunt, ex pacto pleniſſime remanebit, preut ipſis competebat, vel competere videbatur in omnibus antedictis. Promiſerunt inſuper ſibi invicem præſtare warandiam de contractu permutationis & omnibus ſupraſcriptis. Ut autem hæc omnia robur maius obtineant firmitatis, ac etiam maneant inconvulſa, hæc pagina exinde conſcripta ſigillorum venerabilis patris *E.* Dei gratia *Conſtantienſis* epiſcopi prædicti, *A.* abbatis, cuius ſigillo conventus etiam utitur, ac nobilis antedicti munimine roboratur. Acta ſunt hæc in oppido *Clingenowe* anno Domini MCCLXXI. pridie idus Februarii indictione XIII. *b)* præſentibus *Egelolfo* & *Rudolfo* de ordine fratrum minorum. *Eberhardo* & *Cunrado* de ordine S. *Wilhelmi c).* Magiſtris *C.* de *Rotwil* & *A.* de *Nallingen* eccleſiarum rectoribus, & *Wernhero* ſacerdote clericis. *Burcardo* de *Eiſtetin. Petro* de *Munrichingen. Cuonrado Bohſelario* & *Alberto* dicto *Hune* militibus. *Cunrado* & *Bertholdo* fratribus dictis *Steinmar Ruodolfo* miniſtro. *Cuonrado* de *Tetingen. Bertoldo* de *Tegervelt. Cunrado* & *Landoldo* dictis *Riſen. Lutoldo* cœmentario, *Wernhero* filio miniſterialibus, & aliis quampluribus in Domino feliciter amen.

b) Anno 1271. congruit indictio XIV. *c)* Haud dubiæ ex vicino cœnobio *Sionenſi.*

N. CXXXVII.

Arnoldus II. abbas S. *Blaſii Eberhardo* ep. *Conſtant.* advocatiam in *Birndorf* &c. concredit ad dies vitæ.

Anno 1271. 18. Feb. Ex archiv. San-Blaſ.

Omnibus Chriſti fidelibus preſens ſcriptum intuentibus *Arnoldus* abbas totuſque conventus monaſterii S. *Blaſii* Nigræ Silvæ ordinis ſancti *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis orationes in Domino cum notitia ſubſcriptorum. Ut ea, que provida deliberatione ſtatuuntur, ſtudioſius obſerventur, ſcripturarum ac ſigillorum teſtimoniis roborantur. Noverint igitur omnes & ſinguli preſentium inſpectores, quod dum nos predia ſive poſſeſſiones in *Birdorf a)*, in *Buoch*, in *Kadelburc*, & in ſuperiori *Endingen* ſitas cum ſervis ſive hominibus, videlicet *Henrico* & *Landoldo* fratribus dictis *Riſen*, uxoribus & prole ipſorum; *Burcardo* villico de *Birdorf* uxore ſua *Adelheide*, *Heinrico* filio eiuſdem A. uxore *Gertrude*

a) Bona hæc per concambium charta præcedente adquiſita ſunt, hic vero *Cadelburg* pro *Cadelberg* legitur.

Digitized by Google

Gertrude eiuſdem H. *Cuonrado* dicto *Banwart* de *Birdorf*, *Heinrico* ſacriſta, uxore eius *Gertrud* cum ſex pueris ſuis, *Bertholdo* dicto *Winbold*, & tribus filiis ſuis, uxore filii ſui *Methild*: *Iudinta* uxore *Einboldi* ſenioris, & filia ſua *Ita*, ad vinginti ſeptem & dimidiam perſonas numeratis, a nobilibus domino *Walthero* milite de *Clingen*, *Sophia* matrona ipſius & *Clara* filia ipſorum, pro poſſeſſionibus monaſterii noſtri in *Seſenzheim*, & in *Wiſento* ſitis, ac etiam hominibus ad poſſeſſiones eaſdem pertinentibus *Argentinenſis* diœceſis, permutationis contractu, diligenter inſpecta utilitate ſeu commoditate monaſterii perceperimus cum advocatia, iuribus *Twinc* & *Ban* vulgariter dictis, iudiciis & omnibus aliis eiſdem poſſeſſionibus intus & extra pertinentibus, ſicut ea dicti nobiles hactenus poſſidebant. Nos induſtriam perſone venerabilis Domini noſtri & patris E. Dei gratia *Conſtantienſis* epiſcopi diligentius attendentes, ipſum pro advocato in poſſeſſionibus ac hominibus predictis eligimus preſenti pagina, quamdiu vixerit in dignitate epiſcopatus ut proſit, & preſit, ac ab aliorum incurſibus tueatur. Septem ſibi modiis avene, uno de curia in *Buoch* de quindecim ſchuopozis *b)* in *Birdorf* in *Buoch* pro ſe & curia in *Birdorf*, de ſingulis uno quartali, de officio, quod *bantuon* dicitur, uno quartali, de curia in *Kadelburc*, uno modio, de *Banschuopuoza* in ſuperiori *Endingen* duobus quartalibus, & de huoba *Eggers* dicta ibidem duobus quartalibus, dando, ac in caſtro ſuo *Clingenowe* preſentando, annis ſingulis pro reditibus deputatis. Ita quod nec ipſe, nec aliquis procurator, ab eo conſtitutus, nos noſtroſque procuratores aut homines in poſſeſſionibus ipſis attemptet ultra id, quod dictum eſt, aliqualiter moleſtare, & quod non poſſit ullo alienationis modo advocatias ipſas vel aliquam ex ipſis a ſe alienare, vel etiam hoc de facto aliqualiter attemptare. Sed ſi aliqua inſolentia violenta apud dicta loca committitur, ſuper qua procurator, vel procuratores noſtri ipſum dominum epiſcopum, procutorem vel procuratores ipſius duxerint advocandos eiſdem ſimul preſidentibus in iudicio, mulcta ſive quod per iudicium eorum decretum vel obtentum fuerit, in tres partes dividatur, & due partes cedant monaſterio, pars vero tertia domino epiſcopo memorato, preter furtum & iudicium ſanguinis, quod decrevimus, apud procuratores eiuſdem domini epiſcopi remanere, omnia autem alia iura ſive iudicia apud nos noſtroſque procuratores volumus permanere pro noſtrorum arbitrio diſponenda. Dicto vero domino noſtro epiſcopo ce-

b) *Schopoza* vel *ſcopoza* iuxta *Guillimanum* eſt genus menſuræ tritici, hic autem ſumitur pro certa portione agri vel fundi. Vid. *Du Cange* Gloſſ. h. V.

SECULUM XIII.

SECULUM XIII. dente vel decedente abbas monaſterii noſtri, qui pro tempore fuerit, cum conſenſu totius conventus alium vel alios in prefatis poſſeſſionibus eligant advocatos, ſicut viderint expedire. Promittit autem idem dominus noſter epiſcopus, omnia que predicta ſunt, diligentius attendere & ſervare, ac nos ipſasque poſſeſſiones & homines utriuſque gladii materialis & ſpiritualis defenſione tueri per omnia ſicut poteſt. Ita etiam quod nos noſtrumque monaſterium nec per ſe, nec ſuos, in eiſdem poſſeſſionibus circa res mobiles aut immobiles, iniurioſe dampnificet, moleſtet, aut perturbet, aut permittat ab aliis perturbari. Alioquin a iure advocationis huiuſmodi, niſi factum ipſum requiſitus infra tres menſes emendaverit, quantum in eius poſſibilitate fuerit, cadat protinus, ipſo facto, preſenti electione penitus non obſtante. In horum autem omnium evidentiam & robur hanc paginam exinde conſcriptam, ſigillorum dicti domini noſtri epiſcopi ſuique capituli ac noſtri procuravimus communiri. Nos vero conventus, quia ſigillum proprium non habemus, ſigillo Dni noſtri abbatis contenti ſumus, ſicut conſuevimus in hoc facto. Datum apud S. Blaſium anno Dni. MCCLXXI. Indictione XIIII. XII. Kal. Martii.

N. CXXXVIII.

Arnoldus abbas S. *Blaſii* omnes, qui monaſterio in *Sizinkilch igne* conſumto manus porrexerint adiutrices, bonorum operum participes facit *a*).

Anno 1272. 16. Aug. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II.* p. 56.

Reverendis in Chriſto Dominis & amicis prælatis, decanis, plebanis, viceplebanis ac aliis eccleſiarum rectoribus, quibus hæ litteræ fuerint demonſtratæ, *Arnoldus* patientia Dei abbas monaſterii S. *Blaſii* Nigræ Silvæ totuſque conventus cum orationibus in Chriſto devotis promptitudinem famulandi. Cum inter opera charitatis elemoſynarum largitio principalior attendatur, quia ſicut aqua extinquit ignem, ita elemoſyna extinquit peccatum, dicente Domino: *Quod beatius eſt dare quam accipere*, additque in evangelio: *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.* His itaque verbis præmoniti, cum monaſterium in *Sicenkilcha* religioſarum fœminarum nobis noſtroque monaſterio ſubiectum, per

a) Vid. ſupra N. CXXXIII. ſimiles litteræ pro monaſterio *Burglenſ.*

Digitized by Google

SECULUM XIII.

per incendium heu ! prout omnibus patet, in ſe ſuiſque officinis ſic dampnabiliter ſit deſtructum, quod ſine proborum & fidelium conſilio & auxilio nequeat reparari, charitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur in Domino, quatenus ſubditos veſtros fidelibus exhortationibus veſtris toto conatu inducere laboretis, primo & principaliter propter Dominum, ut aliquas elemoſynas de bonis a Deo ſibi conceſſis ad reparationem dicti monaſterii, prout ipſe Dominus eis inſpiraverit, largiantur, ut per hæc & alia bona, quæ fecerint, ad æternæ beatitudinis gaudia perducantur. Nos vero de omnipotentis Dei miſericordia confiſi, unanimi voce omnes, qui ad conſummationem dicti operis ſuas elemoſynas elargiti fuerint, vel ibidem in perſonis propriis aut etiam animalibus ſuis laboraverint, omnium bonorum operum, quæ in noſtro monaſterio, cellis, monaſteriiſque ſubiectis, in miſſis, quæ ſingulis annis pluſquam ſex milia decantantur, vigiliis, ieiuniis, orationibus in perpetuum exercentur, ipſos & vos etiam idem negotium fideliter promoventes, participes æſtimamus. Super his omnibus hanc paginam ſigillo abbatis, quo & nos conventus utimur, conſignantes. Datum apud S. *Blaſium* anno Domini MCCLXXII. craſtino aſſumptionis B. Mariæ Virginis. Indictione XV.

N. CXXXIX.

Wernherus archiep. *Moguntinus Rudolpho* R. R. de mutuis pecuniis ob expenſas coronationis acceptis cavet.

W. Dei gratia ſancte *Maguntinenſis* ſedis archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam archicancellarius univerſis preſentem paginam inſpecturis ſalutem & omne bonum. Cum propter electionem Romanorum regis *Frankenfort* celebrandam una cum noſtris coelectoribus expenſas fecerimus, & adhuc alie reſtent in coronatione regia faciende, & deceat principes ab illis expenſis regalem munificentiam relevare, ipſe dominus noſter electus rex sereniſſimus Romanorum cum pre manibus pecuniam non habeat, mutuum contrahendo fideiuſſores pro ſolvendis debitis obligavit. Nos itaque volentes precavere, ne contingat fideiuſſores vexari; ſi aliquid quod abſit domino noſtro regi humanitus eveniret, preſentibus proteſtamur, quod de noſtra & coelectorum noſtrorum

Anno 1273. 8. Octob. Ex archiv. Mogunt. *T. II.* p. 8.

 procedit

Digitized by Google

SECULUM XIII.

procedit optima voluntate, ut ſi debitis non ſolutis dominus noſter prefatus de medio ſubducatur, ipſi fideiuſſores de bonis imperii ſe abſolvant, & ſucceſſor quicunque in regno fuerit, teneatur fideiuſſores ab omni obligatione & dampnis quibuslibet reddere abſolutos. In cuius rei teſtimonium preſentes fieri fecimus, & ſigilli noſtri munimine roborari. Datum *Frankenfort* anno Domini M. CC. LXXIII. VIII. Idus Octob. *a)*

a) Similes quoque litteras eumdem in finem dedit *Henricus* archiepiſcopus & elector *Trevirenſis* eodem die & anno.

N. CXL.

Ein brief von Konig *Rudolff* des ſeſs halben zwiſchen *Mentz* und *Köln* daſ es einem Ertzbiſchoff zu *Mentz* nichts abnemen ſoll.

Anno 1274. 25. Oct.

Rudolff von Gots gnaden romiſcher Konig zeu allen zyten merer des richs und *Gertrud a)* Konigin an ſiner ſyten *b)*, allen die dieſe genwirtigen briefe anſehende werden, heil in dem Herren. Als wir in die ſtatd *Ache c)* mit unſern lieben furſten zu entfahnde die gabe unſer kronunge gekommen ſin und unſer ſelige kronunge mit billicher tzirlichkeit gethan, was derſelben furſten ſtule mit ſampt unſern ſtulen hin und her in unſerm kuniglichen huſe daſelbſt, als das gewonhlichen iſt, zu der herſchaft unſeres immetzes *d)* geſatzt waren, iſt zuſchen dem wirdigen unſerm furſten zeu *Menz e)* und zeu *Colne f)* Ertzbiſchoue als von des ſitzens wegen zeu der rechten hant, ufferſtanden eyn materie der tzweyunge doch am leſten der vorgenanten von *Mentz*, uff das ſolichs unſers feſtes frolicher nit geirret ſunder in allen dingen nach unſerm begirde gethan wurde von unſer und der anderen furſten groſſer

a) *Gertrudis* e comitibus de *Hohenberg Rudolpho* iuncta matrimonio prolis numeroſæ parens, alias poſt coronationem *Aquiſgrani* peractam compellatur *Anna*.

b) *An ſyner ſyten* idem ac collateralis, coniux, uxor.

c) Coronationes regum Romanorum in civitate *Aquiſgranenſi*, ſæpius ab antiquo iam fuiſſe per acta innuit *Aurea Bulla* hiſce verbis: invenimus eciam ex clariſſimis relatibus, & tradicionibus antiquorum, illud a tempore, cuius contrarii iam non habetur memoria, per eos, qui nos preceſſerunt, feliciter eſſe iugiter obſervatum, ut regis Romanorum futuri imperatoris in civitate *Franckenfordie* celebraretur electio & prima coronatio *Aquiſgrani*.

d) Immetzes, Immes, Imms, Imbiſſ, collatio, epulum. Apud *Otfridum* Imbizzen ſignificat: *Speiſen*. e) *Wernerus* de *Eppenſtein*. f) *Engelbertus* II.

Digitized by Google

groſſer bete wegen hat ſolicher tzweytracht nit verfolgdt, ſunder wir bekennen mit diſen genwertigen und betzugen mit uffemberlichen antlitz, das umb ere willen unſer hocheyt, uff das er darinn, die begirde ſiner vollenkommen liebe *g)* die er zu uns hat, irtzeygete mit der dat, hat er uff dasmal mit eynem lobelichen ubirſehen dardurch gegangen, doch ſo bedingte er uffenberlich das dem beſeſſe ſolicher ſitzunge des rechts und der tat, die er hat, durch das ubirſehen nit moge hernachmals abegenommen noch ine adir ſiner kirchen zeu *Mentze* dardurch ſolle in eynichem ſinem teyle eynche verſuechunge gemacht werden *h)*, dieſe ding ſin geſcheen zu *Acbe* VIII. Kl. Novemb. unſers richs am erſten iare. *i)*

g) Arctum iam amicitiæ fœdus nectebatur *Rudolphum* inter & *Wernerum*, cum hic pro confirmatione & pallio *Romam* proficiſcens illum per magnam viæ partem fidelem comitem potentemque cuſtodem nactus fuiſſet. *Albertus Argentinenſis* teſtis coævus rem breviter ſic enarrat. „In diebus illis, electo *Wernbero* archiepiſcopo *Maguntino* ad urbem pro confirmatione proficiſ„ci volente, *Rudolphus* comes-per electum litteris rogatus, ipſum ab *Argentina* uſque ad *Alpes* „euntem, eoque feliciter confirmato redeuntem conduxit. Qui archiepiſcopus grates ſibi agens, „optavit, ut nunquam moreretur, niſi comiti de tanto officio reſpondiſſet. Itaque *Maguntinus* „feliciter procedens & proſpere ad eccleſiam ſuam eſt reverſus. Quod poſtea fecit idem epiſcopus, „qui pro creatione Regis principes; quorum intererat, ad oppidum *Frankfurt* convocavit." In eo quippe principum conventu *Rudolphi* comitis electionem in Romanorum regem totis viribus promoverat.

h) Ne generoſum archiepiſcopi *Moguntini* factum ullo unquam tempore vergere poſſet in præiudicium, has litteras fieri fecit *Rudolphus* probe ſciens, quod ſancta ſedes *Moguntina* in tota *Germania* & *Gallia* poſt ſummum culmen Pontificis in omnibus eccleſiaſticis negotiis ceteris tam archiepiſcopis quam epiſcopis præemineat. Videatur hæc declaratio Benedicti VII. PP. apud de *Gudenus* T. I. p. 10.

i) Quum *Rudolphus* die 28. Oct. fuerit coronatus, charta hæc die 25. Oct. data ubi iam peractæ coronationis mentio fit, primum ad annum 1274. referri debet. Nec obſtat annus primus regni hic notatus, qui poſt eius electionem iam foret ſecundus; annos enim regni ſubinde a coronatione incipit, ut teſtatur aliud eiuſdem diploma eodem die 25. Oct. *Aquiſgrani* anno primo regni ſui an. 1274. datum. *Lunig* Part. Spec. contin. II. Fortſ. III. abtheil. VI. p. 519.

N. CXLI.

Heinricus de *Krenckingen* vendit bona *Arnoldo* abbati S. *Blaſii*.

Anno 1275. Ex archiv. S. Blaſ.

Univerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis nobilis vir *Heinricus* de *Krenckingen* ſubſcriptorum notitiam cum ſalute. Temporum brevitas & humanæ conditionis fragilitas hortatur & admonet, ut ea, quæ geruntur, ſcripturarum ac teſtium munimine roborentur. Noverint igitur omnes & ſinguli, quos noſſe fuerit opportunum, quod cum nos urgente debitorum onere neceſſe haberemus aliqua prædia de noſtris exponere

Digitized by Google

SECULUM XIII.

exponere venditioni, honorabilibus in Chriſto *Arnoldo* abbati & conventui monaſterii ſancti *Blaſii* curiam ſitam in *Tuotelingen*, manſum ſeu huobam & ſcopozam ibidem cum diſtrictu & iuriſdictione, que vulgariter dicuntur *Twing* & *Bân* in dicto oppido, & oppido dicto *Sǔrringen* ac locis quibusdam ſeu urbium ſtationibus, quæ vulgariter dicuntur *Burchſtal a)*, & ſunt hæc, diu *b) Guot Krenchingen* & *Iſenegge*, nec non generaliter cum omnibus ſuis pertinentiis, ſylvis, ſtocha, nemoribus, pratis, paſcuis, acquæ ductibus, viis, inviis, cultis & incultis ac aliis quibuscunque vendimus, ac confitemur præſentibus vendidiſſe, in ipſosque abbatem & conventum dicti monaſterii S. *Blaſii* ipſorumque monaſterium transtuliſſe, verborum & geſtuum adhibita ſolempnitate debita & conſueta, pro certa ſumma pecuniæ, videlicet XXXV. marcis argenti boni ponderis oppidi in *Tüngen*, de quibus nobis proclamamus ex cauſa prædicta integraliter ſatisfactum: accedente nihilominus conſenſu expreſſo in hiis omnibus dominæ *Benedictæ* uxoris noſtræ legitimæ, interponentis iuramentum corporale de non veniendo contra venditionem ſeu venditiones prædictas, ac aliorum conſenſu, qui ſuper hoc fuerant requirendi. Verum ut dicto monaſterio S. *Blaſii* plus cautum fore poſſet, obligamus nos hæredeſque noſtros ſeu liberos ad Warandiam & de evictione teneri omnium in hac pagina contentorum, coram quocunque iudice eccleſiaſtico ſeu civili vel iudicibus quibuscunque, renunciando inſuper pro nobis heredibuſque noſtris ſeu liberis utriuſque ſexus procreatis ſeu procreandis. Litteris a ſede apoſtolica vel aliunde impetratis ſeu impetrandis, beneficio reſtitutionis in integrum, exceptioni doli mali, pecuniæ non numeratæ ſummæ non ſolutæ, deceptionis ultra dimidiam iuſti pretii, omnique remedio iuris canonici, civilis, municipalis ſeu conſuetudinarii, aliiſque beneficiis quibuscunque, quo vel quibus mediantibus dicta venditio vel venditiones poſſent in toto vel in parte aliquatenus retractari. Acta ſunt hæc apud *Guttenburch* in ſtrata publica & innovata apud *Tüngen* anno Domini MCCLXXV. Indict. III. Præſentibus *H.* cuſtode dicti monaſterii *Ruo.* notario ibidem. *Wernero* de *Grieſheim* milite. *C.* dicto an dem *Rain*, *Ioanne Greni.* Fr. Carnifice. *B.* filiaſtro ſuo. *C.* de *Birchidorf*, *Hugone* monetario & *Liutoldo* cementario de *Clingnowe*, aliiſque quam pluribus fide dignis. In horum ſempiternam memoriam & robur omnium præmiſſarum præſentem litteram ſigillo noſtro ſignatam prædicto monaſterio S. *Blaſii* duximus concedendam.

N. CXLII.

a) *Burchſtal* ſeu *Burgſtal* idem ac caſtrum ditutum. *Schilter* Gloſſar.
b) Diu, i. e. die gülter, hæc bona, *Krenchingen* &c.

N. CXLII.

Syngrapha ad fidem faciendam diplomati *Luitfridiano* dotationis monaſterii S. *Trudperti.*

SECULUM XIII.

Anno 1276. 31. Mart. Ex archiv. S. Trudpert. *T. II. p.* 46.

Venerabilibus & reverendis in Chriſto dominis archiepiſcopis, epiſcopis ac omnibus eccleſiarum prælatis, atque omnibus in Chriſto fidelibus præſentem paginam inſpecturis *Heinricus a)* humilis abbas de *Porta Cæli Ciſtercienſis* ordinis, *Waltherus b)* abbas S. *Petri* in Nigra Sylva ord. S. *Benedicti*, & *Werbnerus c)* abbas *Cellæ* S. *Mariæ* S. Aug. in eadem Sylva *Conſtant.* diæceſ. notitiam ſubſcriptorum. Innovationem privilegiorum piæ recordationis prædeceſſorum & progenitorum *Alberti* comitis de *Habesburg*, Landgrafii quondam *Alſatiæ* videlicet *Lutfridi*, *Otperti*, & *Ramperti* fundatorum monaſterii S. *Trudperti* M. in Nigra Sylva *Conſtant.* diæceſ. datam antiquo tempore religioſis viris *Heinrico* abbati & conventui monaſterii prædicti, & auctoritate Rom. P. P. diligenter confirmatam inſpeximus, legimus, & examinavimus continentem, quæ in præſenti pagina ſubſcribuntur.

Venerabilibus viris &c. Et quia periculoſum exiſteret propter diſcrimina viarum, & malitiam hominum ipſum originale ad diverſa loca deducere, nos ad preces reverendorum in Chriſto *Wernberi* divina permiſſione abbatis & conventus monaſterii prædicti S. *Trudperti*, quorum petitioni in hac parte non annuere eſſet contrarium rationi, præſens transſcriptum memoratæ innovationis privilegiorum prædicti comitis *Alberti*, ut de ſerie nullatenus dubitetur, ſigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari. Datum anno Domini MCCLXXVI. II. Kal. Aprilis.

a) In *Gallia Chriſt.* T. V. p. 1089. occurrit *Henricus* de *Valckenſtein*, nulla addita temporis nota. Vid. T. II. Silv. Nig. p. 74. ſeqq.

b) Ibidem p. 1057. mors *Arnoldi*, cui ſucceſſit *Waltherus* ad an. 1277. reponitur, quod iuxta fidem huius chartæ citius fieri debuit, niſi reſignaverit *Arnoldus.*

c) Et hic *Gall. Chriſt.* citat. p. 1075. ſupplendus eſt. T. II. Silv. Nigr. p. 84.

Digitized by Google

N. CXLIII.

Incelerius ep. *Buduenſis a*) conſecrat altaria in *Sizenkilch* & variis indulgentiis exornat.

SECULUM XIII.

Anno 1277. 16. Ian. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II. p.* 57.

Ne cultui Dei dedita oblivionis vitio tranſeant in deſuetitudinem, litterarum ſolent paragrafis perhennari. Noverit igitur præſens ætas & cognoſcat poſtera, quod venerabilis Pater ac Dominus Frater *Incelerius* ordinis S. *Auguſtini* Dei gratia *Buduenſis* epiſcopus duo altaria in hoc monaſterio *Sizenkilichen*, altare ſuperius in honorem Domini noſtri *Ieſu Chriſti* ac ſuæ ſanctiſſimæ genitricis *Mariæ*, ſanctorumque videlicet *Hylarii*, *Nycolai*, & S. *Ceciliæ Virginis*: item altare inferius in honorem S. *Crucis*, S. *Benedicti*, & S. *Blaſii* conſecravit, omnibuſque vere pœnitentibus & confeſſis elemoſynam pie largientibus in dedicatione quoad octavas, quam Dominica proxima poſt aſcenſionem Domini celebrari ſolempnius ordinavit, octoginta dies peccatorum criminalium & ducentos duos venialium: & in quatuor feſtis B. Virginis *Mariæ* ac ſanctorum videlicet *Hylarii*, & *Nycolai*, & quoad octavas eorumdem totidem dies de iniuncta pœnitentia relaxavit conſenſu reverendi patris ac Domini noſtri *Conſtantienſis* epiſcopi his omnibus accedente. Datum in *Sizinchilchen* anno Domini MCCLXXVII. XVII. Kalend. Februarii.

a) Fuerat is ſuffraganeus *Rudolphi* de *Habsburg* epiſcopi *Conſtantienſis*.

N. CXLIV.

Conradus de *Wartenberg* ius in bonis in *Hopffowe* monaſterio *Alperſpacenſi* remittit *a*).

Anno. 1279. 12. Mart. Ex chart. Alperſpacenſi. *T. II. p.* 68.

Nos *Conradus* dictus de *Wartenberg*, canonicus *Argentinenſis*, notum facimus cunctis ſubſcripta inſpecturis, quod nos omne ius, quod habere videbam in bonis in *Hopffowe* ſitis, quæ cariſſimus noſter conſanguineus dominus *Hermannus* comes de *Sulze* viris honorabilibus abbati & conventui in *Alperſpach* vendidit, reſignavimus, veraciter promittentes,

a) Iam anno priore *Hermannus* de *Sulze* villam *Hopfowe Volcmaro* abbati *Alpirſpacenſi* vendiderat, cuius inſtrumentum cat. 21. Nov. a. 1278. exhibet *Beſoldus* Docmu. monaſt. Würtemb. T. I. p. 150. cui nunc etiam *Conradus* de *Wartenberg* ius ſuum in dictam villam ceſſit.

Digitized by Google

tentes, nos nunquam ſupradictis viris in dictis aliquod impetitionis obſtaculum illaturos. Data ſunt hæc in pomerio ante *Zimmern* ſito, anno D. milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono, indictione ſeptima, in media quadrageſima quarto idus Martii præſentibus hiis teſtibus *Hermanno* ſupradicto comite de *Sulze*, *Berchtoldo* nobile de *Valkenſtein*, *Wernhero* & *Alberto* nobilibus fratribus dictis de *Zimmern*, *Wernhero* & *Conrado* filiis dicti, *Wernhero Hugone* milite dicto de *Linſtetten*, *Gernodo* advocato ſæpeſati comitis *Herm.* de *Sulze*, *Berchtoldo* dicto de *Giſelingen* & aliis quam pluribus fide dignis; & ut hæc in perpetuum inconcuſſa permaneant, præſentes eis damus litteras ſigilli noſtri munimine roboratas.

SECULUM XIII.

N. CXLV.

Conradus de *Krenckingen* curiam in *Nockerswiler* monaſterio S. *Blaſii* vendit.

Anno 1279. 18. Iun. Ex archiv. San-Blaſ.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti amen. Univerſis & ſingulis bone voluntatis hominibus *Conradus* de *Krenckingen* rei geſtæ notitiam infra ſcripte. Ne hominum labilis memoria oblivionis caligine obfuſcetur, convenit ea, que aguntur ſub tempore, ſcripturarum teſtimoniis perhennari. Omnibus igitur hominibus tam preſentibus quam futuris notum facio per preſentes. Quod ego curiam in villa *Nockerswiler a)* ſitam, que vulgariter *Maierhof* nuncupatur, mihi titulo feudi a monaſterio S. *Galli* ſeu a reverendo domino *Ruomone b)* abbate ipſius monaſterii pertinentem de conſenſu & voluntate dominorum *Ruomonis* abbatis & conventus eiuſdem monaſterii, qui prius recepta a me reſignatione dicti feodi, ſub omni ea ſolempnitate verborum & geſtuum, que in talibus adhiberi ſolent, proprietatem ipſius curie ceſſerunt ſub modo inferius annotato, cum omni iure, hominibus, diſtrictu, iuriſdictione iure patronatus, aquis, piſcariis, aqueductibus, ſilvis, nemoribus, paſcuis, pratis, viis, inviis, campis cultis & incultis, molendinis, urbis ſtationibus, omnibus aliis iuribus ac pertinentiis, infra ſcepta ville ſupradicte vel extra, quocunque nomine ſeu titulo cenſeantur, nunc ſcitis, ſeu etiam impoſterum inquirendis, honorabilibus in Chriſto *Hainrico c)* abbati &

a) Villa nunc *Neggenſweil* dicta cum ſua eccleſia paret S. *Blaſio.*
b) *Rumo* ſ[illegible] *Rumoldus* S. *Gallo* præfuit ab an. 1277. uſque 1281.
c) *Heinricus* II. *Arnoldo* II. an. 1276. ſucceſſit.

Digitized by Google

SECULUM XIII.

conventui monaſterii S. *Blaſii* in-Nigra Silva, ſeu ipſorum monaſterio pro ſumma centum quadraginta & quinque marcarum argenti ponderis ville *Schaffhuſenſis*, quam ſummam pecunie recepi, eam michi fore ſolutam integraliter recognoſcens. Vendidi, tradidi, & aſſignavi cum omnibus iuribus, ac pertinenciis, quibus ego progenitoreſque mei uſque in hec tempora poſſedimus, in perpetuum emptionis titulo poſſidendam. Sane in memorate venditionis contractu feoda ſeu bona feodalia vulgariter *Mannleben* dicta, que ipſi curie annexa fuerunt, a quibuſcunque poſſideantur, ſunt excepta, & ne ad emptorem tranſeant, eſt condictum. Excepi inſuper & michi ſpecialiter retinui homines duntaxat utriuſque ſexus, qui contractus tempore extra villam *Nockerswiler* prenotatam fuerunt matrimonialiter coniugati. Porro cum proprietas curie ſepius recitate pertinuerit monaſterio S. *Galli*, ut ſepeſatis - - - abbati & conventui monaſterii S. *Blaſii* uberius cautum extet, reverendus Dominus abbas & conventus ſepedicti monaſterii S. *Galli*, ſolempni contractu prehabito & communi recepta a me recompenſatione ſubſcripta & feudi reſignatione premiſſa, ut ſuperius eſt expreſſum, proprietatem curie ſepeſepius recitate, cum omnibus ſuis pertinentiis, & appendiciis, iure patronatus ac aliis iuribus univerſis, monaſterio S. *Blaſii* antedicto, tradiderunt, donaverunt, aſſignarunt, & in ipſum tranſtulerunt proprietatis titulo pleno, iure perpetuo poſſidendam nec non utendam pacifice ac fruendam. Verum in compenſationem proprietatis curie ſepius nominate predicto modo tradite & donate poſſeſſiones meas in *Luſſhaim* & in *Bachthal* ad eſtimationem ſeu marcharum & plus ſolventes in redditibus annuatim, que michi & meis progenitoribus proprietatis titulo pertinebant, ſeu proprietatem poſſeſſionum earundem, monaſterio S. *Galli* dedi, tradidi & aſſignavi proprietatis titulo perpetuo retinendas, & ipſas ab ipſo monaſterio S. *Galli* in feodum recepi, me pro eiſdem de cetero vaſallum eiuſdem monaſterii recognoſcens, promittens pro me heredibuſque meis, quod in nullo contra predictum factum verbo vel facto veniam per me vel interpoſitam perſonam ipſo facto inconvulſo manente, ad quod heredeſque meos nec non ad cavendum de evictione obligo bona fide. Renuncio inſuper pro me & heredibus meis omni iuris auxilio, canonici & civilis, conſuetudini & ſtatuto, exceptioni deceptionis ultra medium iuſti pretii, doli, quod metus cauſa, non numerate pecunie, omnibus litteris impetratis ſeu impetrandis, & breviter omnibus, per que dictus contractus poſſet in aliquo vacillari. Inpræmiſſorum autem omnium teſtimonium preſentem litteram reverendi patris domini *Rmi* Dei gratia epiſcopi *Conſtanticnſis*, dominorum *Ruomonis* abbatis

Digitized by Google

abbatis & conventus monaſterii S. *Galli*, nec non mei, dedi, ſigillorum munimine roboratam. Nos vero epiſcopus prelibatus conſenſum predictis omnibus adhibentes in ipſorum teſtimonium ſigillum appendi fecimus noſtrum. Nos vero *Ruomo* abbas & conventus monaſterii S. *Galli* ſuperius nominati ſepedictos contractus de conſenſu & voluntate noſtra unanimi & diligenti tractatu premiſſo celebratos, initos & perfectos, nec non nobis poſſeſſiones ſuperius nominatas ſeu ipſorum proprietatem per ſepedictum *Conradum* de *Krenckingen* in compenſationem curie prelibate, quam in monaſterium S. *Blaſii* tranſtulimus, eſſe factam, quemadmodum eſt premiſſum, preſentibus profitemur, renunciantes pro nobis & noſtro monaſterio omni actioni & exceptioni, & in integrum reſtitutionis, iure minoris, & omnibus, quibus ſuperius ex parte predicti *Conradi* de *Krenckingen* renunciatum eſt, & per que ipſi contractus calumpniam poſſent recipere in futurum. In premiſſorum autem omnium evidens teſtimonium ſigilla noſtra huic inſtrumento duximus appendenda. Acta ſunt hec apud S. *Gallum*. Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono. XIIII. Kal. Iulii, indictione ſeptima, preſentibus honorandis viris *Berhtoldo* prepoſito, *Hainrico* portuario, *Friderico* camerario, *Hainrico* & *Hugone* fratribus de *Duerrehaim*, *Walthero* de *Rameſtein*, *Hilteboldo* de *Werſtein*, *Marquardo* de *Veringen*, *Uolrico* de *Drupurch* & *Hainrico* de *Lupbon*. Monachis monaſterii S. *Galli*. Nobilibus viris dominis *Conrado* de *Stæphelen* canonico *Argentinenſi*. *Diethelmo* de *Rumeſtein* rectore eccleſie in *Ulma*, magiſtro *Hainrico* de *Petirskilchen*, magiſtro *Alberto* rectore eccleſie in *Nallingen*, *Hainrico* de *Bumshouen* canonico *epiſcopalis Celle*, *Walthero* Thelonario, magiſtro *Ioanne* ſcolaſtico & me magiſtro *Bertholdo* rectore eccleſie in *Wambrechten* clericis, nobili viro domino *Ulrico* de *Guttingen*. *Rud.* miniſtro oppidi S. *Galli* dicto *Fuller*. *Uolrico Leſtino*. *Iohanne* & *Rud.* coquine magiſtris. *Iohanne* & *Rud.* fratribus & diſpenſatoribus civibus S. *Galli* laicis, & aliis quam pluribus fide dignis in Domino feliciter amen.

Digitized by Google

N. CXLVI.

Waltherus de *Klingen* dotat monaſterium ord. S. *Wilhelmi* in *Sion a*).

SECULUM XIII.

Anno 1280. Menſe Mart. Ex archiv. S. Blaſii.

In nomine Domini amen. Univerſis Chriſti fidelibus præſentem paginam inſpecturis *Waltherus* nobilis vir de *Klingen* quondam Dominus in *Klingenowe* rei geſtæ notitiam cum ſalute. Geſtorum veritas ne oblivionis caligine perturbetur, ſcripturarum conſuevit teſtimoniis præcaveri. Cum igitur dicat Iob in perſona cuiuslibet mortalis, *neſcio quamdiu ſubſiſtam, & quam cito tollat me factor meus*, oportet nos diem mortis cautelis ſalubribus prævenire. Noverint itaque univerſi, quod nos bona dicta *Firſtebalden* ſita apud *Endingen* cum omnibus attinentiis ſuis intus & extra eiſdem bonis pertinentibus nobis, a meis progenitoribus relictis, & quæ etiam triginta annis & amplius quiete & pacifice poſſedimus, reverendis in Chriſto .... Priori & conventui fratrum heremitarum ordinis S. *Wilhelmi Conſtantienſis* diœceſis in loco, qui *Syon*, dicitur apud *Clingenowe* in remedium animæ noſtræ, patris & matris, & omnium parentum, prædeceſſorum noſtrorum legavimus, tradidimus, & donavimus & præſentibus tradimus, legamus, & donamus, a nobis in ipſos proprietatem & poſſeſſionem eorumdem bonorum vacuam omni eo iure, quo prædicta bona tenuimus & poſſedimus, transferentes utenda, fruenda, & in perpetuum pacifice poſſidenda, prout ſuæ & eccleſiæ ſuæ dictæ *Syon* utilitati noverint expedire. In cuius rei teſtimonium & perpetuam firmitatem præſentem paginam ipſis conſcribi fecimus, & tam noſtri quam *Uolrici* fratris noſtri, quam etiam *Uolrici* patruelis noſtri dominorum de *Klingen* ſigillorum munimine roborari in plenam evidentiam prædictorum. Nos vero *Uol.* de *Klingen* Dominus caſtri in *Nuwenberch*, & nos *Uol.* ſenior de *Klingen* advocatus monaſterii in *Stain b*) confitemur ad petitionem præfati domini *Waltheri* de *Klingen* quondam Domini in *Klingenowe* noſtra ſigilla præſentibus appendiſſe. Datum apud *Stain* anno Domini MCCLXXX. menſe Marcio, indictione VIII.

N. CXLVII.

a) Litteras fundationis dedimus ſupra N. CXXXV.

b) *Steina* oppidum ad *Rhenum* ſupra *Schafhauſen* cum Benedictinorum olim cœnobio illinc ex *Duellio* ſeu *Hohenwiel* translato, cuius abbatis titulum adhuc gerit abbas *Petershuſanus*. Advocati illius fuerunt nobiles de *Hohenklingen*. Vid. *Lew* lex. Helv. P. XVII. p. 545. ſeqq.

Digitized by Google

N. CXLVII.

Conradus miles de *Nunekke* a monaſterio in *Richenbach* in *Rothe* conſtituitur advocatus.

SECULUM XIII.

Anno 1282. 1. Ian. Ex chartul. monaſt. T. II. p. 65.

In nomine Domini amen. Omnibus Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis. *Cunradus* miles, & *Henricus* frater ſuus, dictus advocatus de *Roſeburch*, nati *Volmari* militis de *Nunekke* ſalutem & ſubſcriptis fidem plenariam adhibere. Cum temporalis iuriſdictio oppidi *Rothe a)*, iuxta *Murgam* apud clauſtrum *Richinbach* poſita, ad ipſum monaſterium *Richinbach* cum omni proprietatis iure & dominii pertineat - ac ipſi Prior & conventus ibi hactenus inſtituere conſueverunt advocatum quemcunque voluiſſent, ipſi memores ſolite ſue bonitatis & gratie quam ſemper erga nos & noſtros habuerunt. ipſum ius advocacie nobis & noſtris natis receptis a nobis decem libris monete *Tuwigenſis* in feodum perpetuum conceſſerunt, ita ut ego videlicet *Cunradus* præfatus tamquam ſenior ius advocacie predictum ſolus habeam pro tempore vitæ meæ: & ego *Henricus* frater ſuus præfatus ei ſuccedam in eo ſolus, ſi ipſi ſupervixero. Poſt mortem vero utriuſque noſtrum proles virilis ſexus a nobis legitime deſcendens, qui tunc ſenior fuerit. ſemper in prefato iure feodi ſolus ſuccedat qui & feodum ipſum a Priore qui tunc temporis fuerit & conventu petet & recipiet. nec hoc ipſum ei negabitur. dum tamen de defendendo tam homines. quam oppidum predictum preſtiterit in manus Prioris primitus cautionem. Et de hoc prefati Prior & conventus tradiderunt nobis ſuas patentes litteras ſigillorum Domni *b)* abbatis *Hirſaugienſis* - ſuique capituli - nec non eorum munimine roboratas - ipſo iure advocatie eis inſerto-quod tale eſt - in feſto ſancti *Martini* VII. ſolidi - & de qualibet domo pullus unus. Item in feſto S. *Walpurgis* totidem ſolidi - & de qualibet domo duo caſei, quorum uterque unum *Hallenſem* valeat.

Et in utroque feſtorum predictorum ratione procurationis quæ *Herberga c)* vocatur. VI. ſolidi monete *Tuwigenſis*, vel ſecundum eſtimationem VI. ſolidorum. ſi procurationem per ſe recipere velint advocati qui pro tempore fuerint - ſolvi debent annuatim. Et inſuper emende-

quas

a) Oppidum hoc diſtinguendum videtur a Præpoſitura *Rothenſi*, pariter *Hirſaugiæ* ſubdita, de qua diximus T. II. p. 63.

b) Is tunc erat *Craffto*. Ex hoc vero conſtat *Richenbaci* ſubiectio *Hirſaugiæ* debita..

c) *Herberga* hic diverſorium liberum pro advocatis monaſteriorum iuſticiam in eorum iuriſdictione exercentibus.

SECULUM XIII.

quas homines ibidem ex delictis ſuis que dicuntur *Vreveli d*) meruerint. Preterque hoc - nichil iuris - vel ſervitii ab advocato exigi debet ab hominibus prefati oppidi - vel etiam extorqueri. Alioquin Prior & conventus monaſterii prenotati - contra nos - tamquam rerum ſuarum invaſores & ingratos accepti beneficii - ſuam querimoniam intentabunt. Noſque ipſis Priori & conventui preſentem cedulam dedimus. Sigillis nobilis viri domni *Henrici* de *Geroldsbeckke* dicti de *Veldenze* & noſtris ſigillatum in premiſſorum evidens argumentum. Datum an. Domini MCCLXXXII. Kalend. Ianuarii.

d) *Emenda* mulcta pecuniaria a iudicibus exacta pro exceſſibus & delictis, quæ *Frevele* vel *Vrevele* appellantur.

N. CXLVIII.

Conventio inter *Conradum* militem dictum *Molendinator* de *Huſen* & Priorem ac conventum de *Richenbach*.

Anno 1282. 5. Ian. Ex eod. chart. *T. II. p.* 65.

In nomine Domini amen. Omnibus Chriſti fidelibus præſentem paginam inſpecturis *Conradus* miles dictus *Molendinator* de *Huſen* ſalutem in Domino. Scire volo univerſos præſentis paginæ inſpectores, quod cum lis verteretur inter me & hæredes meos ex una parte, & honorabiles in Chriſto Priorem & conventum monaſterii de *Richenbach* ex altera, ſuper ipſorum molendino apud *Huſen* ſito; taliter ego & hæredes mei liti ceſſimus & renunciavimus ſponte & pure, quod ipſi Prior & conventus *Conrado* infanti nepoti meo ipſum molendinum conceſſerunt ad fruendum & habendum ad tempus vitæ ſuæ, me tutore ſibi dato ſuper ipſo molendino, cui ego, ſi ei ſupervixero, in præfato molendino ſuccedere debeo, & ipſum habere ac poſſidere uſque ad meæ reſolutionis terminum. Noſque præfatis Priori & conventui in feſto S. *Martini* unam libram *Tuwingenſem* perpetuo, & in caput Quadrageſimæ piſces mittere debemus in clauſtrum, ad eos parandos in prandio, ad numerationem . . . . . ſ olidorum *Tuwingenſium* annuatim. Poſt mortem amborum noſtrorum, mei videlicet ac nepotis mei iam dicti, molendinum præfatum ad prædictos Priorem & conventum ac eorum monaſterium debet ſine conditione qualibet ipſo iure libere redire, nullo hæredum noſtrorum ſibi iuris in eo aliquid vendicante. In

quorum

Digitized by Google

quorum evidens argumentum dedimus ipſis præſentem ſchedulam, ſigillorum illuſtriſſimi Domini noſtri, videlicet *Ottonis* comitis Palatini de *Tuwingen*, nec non curiæ de *Horwe* (quia proprium non habemus) munimine roboratam. Datum anno Domini MCCLXXXII. Nonis Ianuarii. SECULUM XIII.

N. CXLIX.

Civitas *Mengenſis* fratribus ord. S. *Wilhelmi* aream &c. donat a).

Omnibus Chriſti fidelibus præſentium inſpectoribus miniſter, conſules ac tota univerſitas civium in *Mengen* notitiam ſubſcriptorum cum ſalute. Ne illa, quæ fiunt cauſa devotionis & ſalutis per poſteros in peiorem propoſitum convertantur, ſed de die in diem validiora ac firmiora permaneant, neceſſe eſt, eadem ſcripturæ teſtimonio perhennari. Notum igitur facimus tam præſentibus quam futuris, quod nos viris religioſis humilibus & diſcretis fratribus ordinis S. *Wilhelmi* præſentium exhibitoribus aream cœnobio congruentem ac ſufficientem aſſignatam dedimus libere & devote. Nihilominus ipſis ius civile nec non communionem viarum, paſcuorum, lignorum, ſylvarum, ac alia iura civilia firmiter, fideliter, ſine omni exceptione. ſeu ſcrupulo fraudis, more aliorum civium noſtrorum participantes per omnia, ſicut decet. In cuius rei effectum præſentes ſigillo noſtræ univerſitatis patenter ſtuduimus roborare. Datum *Mengen* anno Domini MCCLXXXII. IV. Idus Februarii, indictione X.

Anno 1282. 10. Feb. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II.* p. 82.

a) Cœnobium hoc *Wilhelmitarum* in *Mengen* oppido *Sueviæ* prope *Danubium* eodem an. die 20. Mart. a *Rudolpho* epiſcopo *Conſtantienſi* confirmatum eſt.

N. CL.

Confirmatio privilegiorum monaſterii S. *Georgii*.

Rudolfus Dei gratia *Romanorum* rex ſemper auguſtus, univerſis ſacri imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis in perpetuum. Dum loca divino cultui deputata pro favore proſequimur, apud Pa-

Anno 1282. 27. Dec. Ex chartul. monaſterii *T. II.* p. 59.

Digitized by Google

SECULUM XIII.

trem omnium gratiarum præmia ſempiterna conſequimur, & apud homines laudes multiplices comparamus. Noverint igitur tam præſentis ætatis homines, quam futuræ, quod nos fidem puram & devotionem ſinceram, quibus venerabilis abbas & conventus monaſterii ſancti *Georgii* in Nigra Sylva ordinis S. *Benedicti*, *Conſtantienſis* diœceſis nos & Romanum proſequuntur imperium, benignius intuentes, eis omnia privilegia, cuiuſcunque tenoris exiſtant, ab inclitis Imperatoribus, & regibus Romanorum prædeceſſoribus noſtris ipſis conceſſa, de plenitudine poteſtatis regiæ confirmamus, innovamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innovationis, & confirmationis infringere, aut ei aliquo auſu temerario contraire; quod qui facere præſumpſerit, gravem regiæ Maieſtatis offenſam ſe noverit incurſurum. In cuius rei teſtimonium præſens ſcriptum Maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus communiri. Teſtes huius rei ſunt ſpectabiles viri: *Conradus* dux de *Tecke*. *Albertus* & *Burchardus* fratres de *Hohenberg*. *Heinricus* de *Fürſtenberg a*) & filii ſui comites. *H.* marchio de *Hapch b*) -- de *Mulhuſen*, *Diepoldus* de *Seuhuſen c*). *Wy.* de *Türburg d*). & alii complures. Datum apud *Auguſtam* VI. Calend. Ianuarii. Indict. XI. *e*) Anno Domini MCCLXXXII. Regni vero noſtri anno X.

a) Notatur apud P. *Herrgott* in chartis ab an. 1268. uſque 1285. Vid. Nigr. Silv. T. II. p. 14.
b) Videtur eſſe *Henricus Badenſis* marchio in *Hachberg*, qui circa hæc tempora in iiſdem chartis occurit. *c*) Al. *Berenhuſen*. *d*) Al. *Tyrberg*. *e*) Currebat hoc anno indictio X.

N. CLI.

Rudolphus R. R. *Henrico* de *Fürſtenberg* comitatum *Barenſem* confert.

Anno 1283. 18. Ian. Ex chart. Furſtenb. *T. II.* p. 14.

Rudolfus Dei gratia *Romanorum* rex ſemper auguſtus. Univerſis ſacri imperii Romani fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum.

Præſidentibus nobis iudicio apud *Einheim*, feria ſexta proxima poſt feſtum beati *Andreæ* apoſtoli nunc præteritum, præſente venerabili *Argentinenſi a*) epiſcopo principe noſtro dilecto, & multis aliis, comitibus, nobilibus, miniſterialibus & vaſallis ibidem exiſtentibus, etiam coram

a) Fuit is *Conradus* de *Liechtenberg Rudolpho* cæſari adprime addictus. Vid. T. II. p. 40.

Digitized by Google

ram nobis per ſententiam quæſitum extitit, & obtentum legitime per eandem, omnium aſtantium applaudente conſenſu, quod nullus comitatus ſub Romano imperio, ſine noſtro conſenſu, poſſit vel debeat dividi, vel vendi, aut diſtrahi pars aliqua, per quam eſſet comitatus huiuſmodi diminutus. Ad hæc in eodem iudicio, omnibus prædictis annuentibus, etiam fuit per ſententiam iudicatum, quod comitatum de *Bare b)* vacantem nobis & imperio, ex libera & ſpontanea reſignatione nobilis viri comitis *Hermanni* de *Sulze*, alteri poſſemus concedere, pro noſtræ beneplacito voluntatis. Sane, cum idem *Hermannus* eundem comitatum in *Bare* habuerit, & iudicium exercuerit in eodem: Nos, prædictas ſententias approbantes, ſæpe dictum comitatum in *Bare* nobili viro *Henrico* comiti de *Fürſtenberg*, dilecto noſtro fideli, cum omnibus ſuis attinentiis, plene & integre, ſicut dictus comes *Hermannus* & progenitores ſui ipſum comitatum tenuerant, libenter & liberaliter duximus concedendum. Mandantes vniverſis & ſingulis, in eodem comitatu reſidentibus, quod ipſi *Henrico* comiti de *Fürſtenberg*, tanquam ſuo domino, reverenter obediant, & intendant. Si quis vero in hoc noſtro mandato rebellis extiterit, de ipſo iudicabimus, iuxta quod curiæ noſtræ ſententia dictaverit iudicandum. In cuius rei teſtimonium præſens ſcriptum exinde conſcribi, & maieſtatis noſtræ ſigillo fecimus communiri. Datum *Heiliprunnæ* XV. Kalend. Februarii. Ind. XI. anno Domini MCCLXXX. tertio. Regni vero noſtri anno decimo.

b) *Bara* ſeu *Bertoldisbara* olim comitatus & pagus in *Alemanniæ* ducatu ad Nigram Silvam & fontes *Danubii*, nunc Landgraviatus eſt.

N. CLII.

Legatum monaſterio *Reichenbacenſi* factum in *Horbe*.

Anno 1283. 26 Febr. Ex archiv. *T. II. p.* 65.

Eliſabeth comitiſſa de *Eberſtein* & de *Tuwingen* omnibus præſentes intuentibus credere ſubnotatis. Noverint univerſi Chriſti fideles, quod nos in remedium & ſalutem animæ noſtræ cœnobio monachorum in *Richenbach* decem marcas argenti ſuper precariis & molendinis apud *Horwe* nos reſpicientibus legamus poſt mortem noſtram propter Deum ſimpliciter, & donamus mariti noſtri *Ottonis* nobilis de *Eberſtein* patruorum noſtrorum *Ottonis* & *Ludovici a)* comit. Palatini de *Tu-*

a) Infra N. CLXIX. ponitur charta huius *Ludovici*, in qua *Eliſabetham* iſtam de *Eberſtein* materteram ſuam vocat ſeu matris ſuæ ſororem, unde hic legendum videtur *patruelium*, ſicut & infra in ſubſcriptione *patruelis noſtri Ottonis*.

Digitized by Google

SÆCULUM XIII.

wingen aſſenſu & beneplacito accedente, hac in forma interpoſita: quamdiu decem marcæ argenti dicto cœnobio dari non poterunt, per noſtros hæredes eidem cœnobio tertiam dimidiam libram *Twvicenſium* annis ſingulis præſentabunt. Monachi in dicto cœnobio de *Richenbach* noſtrum anniverſarium more ſuo in funere celebrabunt. Memoria itaque ſoceri noſtri Dni *Ottonis* nobilis de *Eberſtein*, *Ottonis* mariti noſtri prædicti, *Conradi* comit. Palatini patris noſtri, & *Mechtildis* matris noſtræ in Miſſis & vigiliis peragetur. Poſtquam autem decem marcæ antedicto cœnobio fuerint aſſignatæ ſuper bonis, ad valorem reponentur per monachos ibidem, ut inconvulſa iſta legatio habeatur, qui monachi, quod abſit, ſi promiſſa per ipſos in ſervicio dando ad anniverſarium non adimplebunt, pro 10. marcis argenti comparata ad noſtros hæredes redibunt libera & ſoluta. Cuius rei teſtes ſunt avunculi noſtri *Albertus* & *Burchardus* com. de *Hochinberg* b), *Fridericus* & *Wernherus* fratres de *Thelingen*, *Volmarus* dictus *Griner*, *Albertus* dictus *Stival*, *Diethelmus* notarius, & alii fide digni: ſuper quibus ſigillis, noſtro, mariti noſtri *Ottonis* de *Eberſtein*, pat. noſtri *Ottonis* comitis Palatini, & avunculorum noſtrorum *Alb.* & B. comit. de *Hohinberg* præſentes litteræ ſunt munitæ. Datum anno Dni MCCLXXXIII. IV. Kalend. Martii.

b) Vid. de hac familia T. II. p. 16.

N. CLIII.

Rudolphus R. R. *Henrico* comiti de *Fürſtenberg* Urbes *Villingen* & *Haſslach* in feudum dat.

Anno 1283. 24. Maii. Ex chart. Furſtenb. *T. II.* p. 14. 25. ſeqq.

Rudolphus D. G. *Romanorum* Rex — Licet inter *Romanum* Imperium & illuſtres prædeceſſores noſtros, qui eidem imperio pro tempore præfuerunt, ex una, nec non nobilem virum *Henricum* comitem de *Furſtenberg* ac ſuos prædeceſſores ex parte altera ſuper oppidis *Villingen* & *Haſla* cum eorum attinentiis dudum mota fuit materia quæſtionis: nos tamen, eiuſdem comitis *Henrici* fidem & merita collaudanda benignius intuentes, ad cuiuslibet futuræ quæſtionis materiam abolendam, prædicta oppida *Villingen* & *Haſla* cum ſuis attinentiis univerſis ipſi comiti *Henrico*, & heredibus ſuis legitimis, principum imperii ad hoc benevolo accedende conſenſu, de novo concedimus, a nobis & dicto imperio in feudum perpetuo poſſidenda — In cuius rei teſtimonium præſens ſcriptum

tum

Digitized by Google

tum maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus communiri. Dat. *Columbariæ* IX. Kal. Iun. ind. XI. an. Dni. MCCLXXXIII. Regni vero noſtri anno decimo. SECULUM XIII.

N. CLIV.

Werneri archiep. *Mog.* conſenſus in prædictam infeudationem.

Wernerus D. G. S. *Mogunt.* ſedis archiepiſcopus, S. imperi per Germaniam archicancellarius — noverint univerſi — quod, cum quæſtio inter imperium & eos, qui imperio pro tempore præfuerunt, ex una, nec non virum nobilem *Henricum* comitem de *Fürſtenberg* ac ſuos prædeceſſores, ex parte altera, ſuper oppidis *Villingen* & *Haſsla* cum eorum attinentiis verteretur, compoſitionem ſeu ordinationem, quam ſereniſſimus dominus noſter *Rudolphus* D. G. rex Romanorum illuſtris nomine imperii & prædictus *Henricus* comes de *Fürſtenberg* nomine ſuo & ſucceſſorum ſuorum ſuper dictis oppidis & attinentiis duxerint faciendam, ratam & gratam habemus, & propter utilitatem, ex eadem compoſitione ſeu ordinatione provenientem imperio, noſtrum ſuper iſta adhibemus conſenſum voluntarium, & expreſſum, maxime cum ipſa compoſitio ſeu ordinatio iuramento, a prædicto domino noſtro rege Romanorum præſtito, ſuper bonis imperii non alienandis, nullum præiudicium generet vel adducat. Dat. *Bopardiæ* anno D. MCCLXXXIII. XIII. Kal. Octob.

Anno 1283. 19. Sept. Ex iiſdem.

N. CLV.

Suiggerus de *Blanckenſtein* vendit S. *Blaſio* ſilvam apud *Scharenhauſen.*

Omnibus præſentium inſpectoribus *Suiggerus* de *Blanckenſtain* miles *Conſtant.* diœceſis rei geſtæ notitiam infra ſcriptæ. Ne hominum labilis memoria oblivionis caligine obfuſcetur; convenit ea, quæ aguntur ſub tempore, ſcripturarum teſtimoniis perennari. Noverint igitur omnes & ſinguli,

Anno 1283. 24. Octob. Ex archiv. San-Blaſ.

SECULUM XIII.

ſinguli, quos noſſe fuerit opportunum, quod ego accedente conſenſu & voluntate *Bertholdi*, *Alberti*, & *Sviggeri* liberorum meorum ſylvam iam deſertam cum fundo & eius pertinentiis mihi proprietatis titulo pertinentem, & ſitam apud *Scharrenhuſen*, cuius fines & termini ſunt annexi fundis talibus, videlicet rivo, qui dicitur *Buchenbrunnenbach*, ſylvæ, quæ dicitur *Burchwalt*, & extirpationibus, quæ vulgo dicuntur *Geruothe*, ſcilicet *Kuorzinun Ruoti*, *Berthæ Bolanderin Ruoti*, *Wernheri Alben Ruoti*, & *Eberhardi* dicti *Haiden Ruoti*, reverendis in Chriſto, *Hainrico* abbati & conventui, & eorum monaſterio S. *Blaſii Nigræ Silvæ* ordinis S. *Benedicti* prædictæ diœceſis, pro ſumma, videlicet XXX. librarum monetæ *Hallenſis*, quam pecuniæ quantitatem me præſentibus confiteor recepiſſe, & mihi plenarie perſolutam, vendidi cum omni iure, quod ego antea in ipſam poſſidebam, & venditionis titulo in ipſos tranſtuli, tradidi & aſſignavi, cum ea ſolempnitate, quæ ſolet in talibus adhiberi, ab ipſis abbate & conventu, ac eorum monaſterio perpetuo proprietatis titulo poſſidendam, nec non utendam pacifice & fruendam. Ut autem omnia prædicta remaneant inconvulſa, & magis prædictis emptoribus caveatur, promitto pro me heredibuſque meis, & eos obligo, ut de evictione perpetuo teneantur. In præmiſſorum omnium evidens teſtimonium, hanc paginam exin conſcriptam præfatis abbati, conventui, ac eorum monaſterio dedi ſigillorum honorabilis viri *Ludewici* Decani in *Ezzelingen*, & civium ibidem, nec non mei munimine roboratam. Nos vero Decanus & cives de *Ezzelingen* præfati ad petitionem dicti domini *Suiggeri* de *Blanchenſtain* viri nobilis huic paginæ ſigilla noſtra duximus appendenda. Nos etiam *B. Alb.* & *Suiggerus* filii & heredes prænominati patris noſtri de *Blanchenſtain* omnia prædicta de conſenſu noſtro fore acta, quemadmodum eſt præſcriptum, præſentibus profitemur, & in ipſorum evidentiam ſigilla præfata petivimus apponi huic cedulæ, & appendi. Acta ſunt hæc apud *Ezzelingen* in domo Decani ſupraſcripti anno Domini MCCLXXXIII. IX. Calendas Novembris indictione XII. præſentibus *Hailmanno* præbendario *Spirenſi*, *Friderico* canonico *de Hiltashuſen*, *Friderico* Decano de *Calwe*, *Hainrico* de *Kanſtat*, *Walthero* de *Vurbach*, *Cuonrado* de *oberen Ezzelingen*, *Alberto* de *Nallingen*, & *Cunrado* ſcholaſtico magiſtris & clericis. *Wernhero* de *Holfgeringen* milite, *Marquardo* antiquo ſculteto, *Rupertho* & *Cuonrado*, dictis *Ruperth*, *Bertholdo* dicto *Hower*, *Alberto* miniſtro dicto *Schach*, *Cuonrado* de *Wildenowe*, *Walthero* de *Walſteden*, *Wernhero* dicti monaſterii apud *Nallingen*, *Erhardo* de *Nallingen*, *Alberto* de *Blochingen* dicto *Schuze*, *Bertholdo* villico de *Stockhuſen*, *Ottone* de *Huſen* & *H.* dicto *Kurze* laicis, & aliis quam pluribus fide dignis.

N. CLVI.

Digitized by Google

N. CLVI.

Monaſteriorum S. *Trudperti* & S. *Blaſii* confœderatio.

Ad memoriam rei perpetuam ſolent ea, quæ noſtris temporibus pietatis animo ſunt ordinata, ſcripturæ teſtimoniis roborari. Igitur ut ea, quæ ſequuntur, poſterorum cognitioni perpetuo reſerventur, ipſa hic fecimus annotari. Anno Domini MCCLXXXIII. inter nos *Wernherum* divina permiſſione abbatem totumque conventum monaſterii S. *Trudperti*, divinoque nutu *Heinricum* abbatem totumque conventum monaſterii S. *Blaſii* gratia divini cultus ampliandi, pietatiſque intuitu ordinatum eſt unanimiter & ſtatutum, quod feſtum B. *Trudperti* martyris cum tribus lectionibus craſtino B. *Marci* evangeliſtæ a conventu S. *Blaſii* & cellis ſibi ſubiectis ſicut feſtum B. *Vitalis* in perpetuum ſolemniter celebretur, in recompenſationem eius, quod nos & conventus feſtum S. *Blaſii* cum XII. lectionibus ab antiquo conſuevimus celebrare. Statutum eſt etiam inter nos in memoriale perpetuæ dilectionis utrimque, ut ſi, quod abſit, aliquem ex fratribus noſtris in eo delicto & enormitate tali, pro qua merito a monaſterio foret abiiciendus, deprehendi contingat, apud monaſterium S. *Blaſii*, quemadmodum unus fratrum ipſius monaſterii, inibi corrigendus reſervetur & procurandus, quouſque ſuus abbas ipſum ad proprium monaſterium, ſufficienter emendatum, dignetur reuocare. Et idipſum nos in fratribus monaſterii S. *Blaſii* corrigendis æquanimiter debemus obſervare. Item per ratihabitionem hinc inde unanimiter ſancitum eſt, ut quam primum breue nobis transmiſſum fuerit a monaſterio S. *Blaſii* de obitu alicuius fratris eiuſdem monaſterii defuncti, tempore debito vigiliæ cum compulſatione ſignorum in remedium animæ defuncti, quaſi pro uno de noſtris, cum trecennario & aliis debitis obſequiis ſolempniter celebrentur.

SECULUM XIII. Anno 1283. Ex archiv. S. Blaſ. *T. II.* p. 46.

N. CLVII.

Martinus IV. P. monaſterio S. *Georgii* concedit recipere & tenere quæcunque bona profeſſorum ibidem.

Martinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis abbati & conventui monaſterii ſancti *Georgii* in Nigra Silva ordinis ſancti *Benedicti*

Anno 1285. 13. Feb. Ex chart. monaſt. *T. II.* p. 59.

Digitized by Google

SECULUM XIII. *nedicti*, *Conſtantienſis* diœceſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Devotionis veſtræ precibus inclinati, ut poſſeſſiones & alia bona mobilia, & immobilia, que perſonas liberas fratrum veſtrorum, ad monaſterium veſtrum mundi vanitate relicta, convolantium & profeſſionem facientium in eodem, ſi remanſiſſent in ſeculo ratione ſucceſſionis vel quocunque alio iuſto titulo contigiſſent, & que potuiſſent libere aliis elargiri, feudalibus duntaxat exceptis, petere, recipere, ac tenere libere valeatis ſine iuris preiudicio alieni auctoritate vobis preſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum *Peruſii* idibus Februarii Pontificatus noſtri anno quarto &c.

N. CLVIII.

Bulla indulgentiarum monaſterio *Blaubeuren a)* conceſſarum.

Anno 1285. 24. Mart. Ex archiv. Univerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, nos Dei gratia *Renaldus Meſſenenſis* & *Petrus Arborenſis* archiepiſcopi, *Bartholomæus Silvenſis*, *Iacobus Caſtellanus*, *Ioannes Auelinus*, *Quilbelmus Aretinus*, *Tholomeus Sardanenſis*, *Obertus Aſtenſis*, *Andreas Aſloenſis*, *Bernardus Peruſinus*, *Romanus Aliſanus*, & *Bernardus Humanas b)* ſalutem in Domino ſempiternam.

Licet is, de cuius munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne ac laudabiliter ſerviatur, de abundantia pietatis ſuæ merita ſupplicum excedens & vota, bene ſervientibus multo maiora tribuat, quam valeant promereri; deſiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem, fideles Chriſti ad complacendum ei, quaſi quibuſdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Cupientes igitur, ut monaſterium B. *Ioannis Baptiſtæ* in *Blabur.* ordinis ſancti *Benedicti*, *Conſtantienſis* diœceſis, congruis

a) Extant ſupra N. CXXIX. litteræ feudales *Arnoldi* abbatis S. *Blaſii* pro hoc monaſterio *Blauburano*.

b) *Bernardus* epiſcopus *Humanas* ſeu *Humanatenſis* in *Piceno* his annis notatur apud *Ughellum* Ital. Sacr. T. I. p. 745.

Digitized by Google

congruis honoribus frequentetur. Omnibus vere pœnitentibus & conſeſſis, qui in feſtis ſubſcriptis videlicet in ſingulis feſtivitatibus B. *Mariæ* virginis, in feſto B. *Ioannis Baptiſtæ*, eiuſdem monaſterii patroni, in feſtis beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum, in dedicatione dicti monaſterii, ac in aliis ſpecialibus feſtivitatibus eiuſdem monaſterii cauſa devotionis acceſſerint, vel manus porrexerint adiutrices. Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, eius auctoritate confiſi, ſinguli ſingulas quadraginta dierum indulgentias de iniunctis ſibi pœnitentiis, dummodo conſenſus diœceſani acceſſerit, miſericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandas. Datum *Peruſii* anno Domini MCCLXXXV. IX. Calend. Aprilis. Pontificatus domini *Martini* IV. PP. anno 4to. *c*). SECULUM XIII.

c) Quatriduo poſt die 28. Mart. *Martinus* IV. e vivis abiit.

N. CLIX.

Sex epiſcopi XL. dierum indulgentias largiuntur monaſterio *Oberried* in diverſis feſtivitatibus.

Univerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, nos Dei gratia *Petrus Arborenſis* archiepiſcopus, *Andreas Asloenſis*, *Tholomeus Sardanenſis*, *Bernardus Peruſinus*, *Ioannes Avellinus*, & *Bernardus Humanas* epiſcopi ſalutem in Domino ſempiternam. Quia, ut ait apoſtolus, omnes quidem ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi prout geſſimus in corpore ſive bonum fuerit ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino multiplicato fructu recolligere valeamus in cœlis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cupientes igitur, ut monaſterium iuxta *Friburc*, ordinis S. *Wilhelmi Conſtant.* diœceſis congruis honoribus frequentetur, & a cunctis Chriſti fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad ipſum monaſterium in feſtis ſubſcriptis, videlicet in feſto Nativitatis Chriſti, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, in ſingulis feſtivitatibus B. Anno 1285. 24. Mart. Ex archiv. Oberried. *e*)

e) Convenit hæc charta cum præcedente.

SECULUM XIII.

Mariæ V. & in feſto S. *Ioannis Baptiſtæ* cauſa devotionis acceſſerint, vel qui ad ſtructuram, aut ad aliqua alia neceſſaria eidem monaſterio manus porrexerint adiutrices, ſeu qui in extremis laborantes dicto monaſterio quidquam ſuarum legaverint facultatum, nos de omnipotentis Dei miſericordia & BB. *Petri* & *Pauli* auctoritate confiſi ſinguli ſingulas quadraginta dierum indulgentias de iniunctis ſibi pœnitentiis, dummodo conſenſus diœceſani acceſſerit, miſericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras ſigillorum noſtrorum munimine duximus relaxandas *b*). Datum *Peruſii* anno Domini MCCLXXXV. IX. Kal. Aprilis pontificatus domini *Martini* Papæ IV. anno IV.

b) L. *roborandas.*

N. CLX.

Honorius IV. *Henricum* ep. *Baſilienſem* renitentem ad ſedem *Moguntinam* transfert.

Anno 1285. 15. Maii. Ex archiv. Mogunt. *T. II.* p. 24.

Honorius epiſcopus ſervuſ ſervorum Dei. Venerabili fratri *Henrico a*) archiepiſcopo *Maguntino* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Romani pontificis, qui diſponente illo, cuius providencie magnitudo celeſtia ſimul & terrena diſponit eccleſiis preeſſe dinoſcitur univerſis, plena curis & labore non vacua ſollicitudo requirit, ut ipſe circa cuiuslibet ſtatum eccleſie ſic ſollerter invigilet ſic proſpiciat diligenter, ut per eius circumſpectionem providam & providentiam circumſpectam nunc per ſimplicis proviſionis officium, nunc per miniſterium translationis accommode, prout locorum & temporum qualitas exigit eccleſiis ſingulis paſtor accedat idoneus, rector providus deputetur, ut ſuperni favoris cooperante ſuffragio eccleſie ipſe votive proſperitatis ſucceſſibus gratulentur. Eccleſia ſiquidem *Magunt.* per obitum bone memorie *Werneri Magunt.* archiepiſcopi ſolatio deſtituta paſtoris, dilecti filii *Petrus Baſilienſ.* electus, tunc eiuſdem eccleſie prepoſitus, & capitulum eiuſdem eccleſiæ certa die ad eligendum prefixa vocatis omnibus, qui voluerunt debuerunt & potuerunt commode

a) Vitæ eius breviarium dedimus in cod. epiſt. *Rudolphi* I. p. 35. n. 2. Ex hac vero bulla liquet, ſedem *Moguntinam* poſt mortem *Wernheri* archiep. an. 1284. 2. April. factam, tamdiu haud vacaſſe, quum mox altero anno 15. Maii *Henricus* iam fuerit a Papa *Honorio* IV. pariter 6. Maii primum conſecrato conſtitutus, quamvis forte ſerius a canonicis admiſſus.

Digitized by Google

modo intereſſe pro futuri ſubſtitutione paſtoris, prout eſt moris, in ſimul convenerunt, & tandem poſt diverſos tractatus ab eis habitos, qui non habuerunt effectum predictorum prepoſiti & capituli votis in diverſos diviſis, nonnulli eorum eundem prepoſitum, quidam vero dilectum filium *Gerardum* de *Eppeſteyn* archidiaconum *Treverenſ.* canonicum *Maguntinum* ad ipſius eccleſie regimen elegerunt, ſicque duabus electionibus ibidem in diſcordia celebratis & huiuſmodi negotio ad ſedem apoſtolicam legitime devoluto, felicis recordationis *Martinus* Papa IIII. prædeceſſor noſter prepoſito & canonico ſupradictis pro huiuſmodi electionum ſuarum proſequendo negotio, apud ſedem conſtitutis eandem, dilectum filium noſtrum B. ſancti *Nicolai* in carcere *Tullian.* diaconum cardinalem conceſſit in eodem negotio auditorem. Cumque coram eodem cardinali fuiſſet ad litis conteſtationem in negotio ipſo proceſſum & aliquamdiu litigatum, prepoſitus & canonicus memorati volentes pocius indempnitati eccleſie precavere predicte, quam commodis propriis providere, iuri ſi quod ipſis ex huiuſmodi eorum electionibus competebat, in noſtris manibus ſponte ac libere renuntiare curarint, quorum renuntiationem pro bono & tranquilo ſtatu eiuſdem eccleſie benigne duximus admittendam. Nos itaque ſollicita meditatione penſantes, quam ſit gravis, quamvis diſpendioſa eccleſiis earum vacatio diuturna, & propterea nolentes prefatam eccleſiam *Magunt.* honorabilem & devotam utique ſedis apoſtolice filiam longe vacationis incommoda ſuſtinere, conſiderantes quoque benignius tuam converſationem laudabilem honeſtatem morum, donum ſcientie, aliaque tue multiplicis probitatis merita grandia nobis & nonnullis ex noſtris fratribus non ignota, quibus perſonam tuam bonorum omnium dator omnipotens decoravit, & digne volentes te tunc epiſcopum *Baſilienſem*, tantis & tam claris meritis circumfultum per conſulte translationis providentiam ipſi *Maguntinæ* eccleſie preſidere, quanquam tanti oneris & honoris ſubire ſarcinam formidando noſtro in hac parte propoſito importune in quantum licuit reſtitiſſes, quia demum te noſtro ſuper hoc beneplacito in remiſſionem iniuncto peccaminum tanquam obedientie filius coaptaſti, te a vinculo, quo *Baſilienſis* eccleſie tenebaris, abſolvimus, & ad predictam *Magunt.* eccleſiam de fratrum noſtrorum conſilio transferentes, te ipſi *Maguntinæ* eccleſie in archiepiſcopum prefecimus & paſtorem, liberam tibi tribuentes licentiam ad eandem *Magunt.* eccleſiam tranſeundi, tibique poſtmodum palleum inſigne pontificalis officii cum ea qua decuit inſtantia poſtulatum, per dilectum filium noſtrum G. ſancti *Georgii* ad velum aureum diaconum cardinalem fecimus exhiberi. Quocirca fraternitati tue

 per

Digitized by Google

Seculum XIII. per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus in humilitatis ſpiritu promptaque devotione ſuſcipiens impoſitum a Domino tibi onus, & tanquam obedientie filius reverenter beneplacitis apoſtolicis te coaptans, predicte *Maguntina* ecclesie ſollicitam curam geras, gregem dominicum in ea tibi commiſſum doctrina verbi & operis iuxta datam tibi ex alto prudentiam informando, ita quod per tue diligentie ſtudium ecclesia ipſa votivis proficiat commodis & ſucceſſibus proſperis augeatur. Datum *Rome* apud ſanctam *Sabinam* idus Maii pontificatus noſtri anno primo.

N. CLXI.

Honorius IV. P. capitulo *Moguntino Henricum* ep. *Baſileenſem* ſe ad ſedem *Moguntinam* transferre denunciat.

Anno 1285. 15. Maii. Ex archiv. Mogunt. *T. II.* p. 34.

Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis capitulo ecclesie *Maguntinæ* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. *Romani* pontificis &c. *ut in præcedente bulla, mutatis mutandis.* Quo circa diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eidem archiepiſcopo tanquam patri & paſtori animarum veſtrarum plene ac humiliter intendentes obedientiam & reverentiam debitam ſibi exhibere curetis. Alioquin ſententiam, quam ipſe propter hoc rite tulerit in rebelles ratam habebimus & faciemus auctore domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum *Rome* apud ſanctam *Sabinam* idus Maii pontificatus noſtri anno primo.

N. CLXII.

Honorius IV. *Rudolpho* R. R. denunciat, ſe *Henricum*, ep. *Baſileenſem* ad ſedem *Moguntinam* tranſtuliſſe.

Anno 1285. 15. Maii. Ex eodem.

Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Cariſſimo in Chriſto filio *Rudulpho* regi *Romanorum* illuſtri, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Romani pontificis. *Cætera ut in præcedentibus.* Quo circa ſerenitatem regiam paterno rogamus & hortamur affectu, quatinus eundem

Digitized by Google

SECULUM XIII.

eundem archiepiſcopum, quem ob ſuorum exigentiam meritorum benivolentia proſequimur ſpeciali, & commiſſam ſibi eccleſiam habens pro noſtra & apoſtolice ſedis reverentia propenſius commendatos, ſic te illi, & ſpecialiter in recuperandis & manutenendis bonis & iuribus ipſius eccleſie *Magunt.* benignum exhibeas, ſic favorabilem largiaris ipſum & eandem eccleſiam regalis benivolentie gratia proſequendo, quod idem archiepiſcopus tuis preſidiis circumfultus, commiſſum ſibi regimen facilius & efficacius cooperante Domino proſequatur, noſque proinde magnificentiam regiam dignis in Domino laudibus attollamus. Datum *Rome* apud ſanctam *Sabinam* idus Maii pontificatus noſtri anno primo.

N. CXLIII.

Compoſitio amicabilis facta inter *Henricum* de *Ramſtein* dictum Portarium ex S. *Gallo a*) & *Eligentam* abbatiſſam ſororum S. *Claræ* in *Friburgo Briſgawiæ.*

Anno 1285. 19. Oct. Ex autogr. S. Galli.

Univerſis præſentes viſuris. Ego ſoror *Eligenta* abbatiſſa ſororum ſanctæ *Claræ* in *Fryburgo Briſgauue*, totuſque conventus notitiam ſubſcriptorum. Noverint univerſi, quos noſſe fuerit oportunum. Quod nos dictæ ſorores ordinis antedicti, amicabiliter compoſuimus cum domino Præpoſito dicto portario de ſancto Gallo, videlicet domino ... de *Ramſtein*, ſuper cenſu bonorum in *Ebringen*, quæ frater *Nicolaus Reitich*, bonæ memoriæ, contulit clauſtro noſtro, & ſuper omni iure & conſuetudine, dictum dominum ... Præpoſitum ratione antedictorum bonorum noſtrorum in *Ebringen*, nomine cenſus vel honorarii, quod vulgariter dicitur *Erſchaz*, vel quocunque iure vel conſuetudine contingente. Tali conditione ex parte clauſtri noſtri, & ex parte ſæpedicti domini Præpoſiti libere & voluntarie acceptata, ut videlicet ſecundum arbitrium arbitrorum, ſcilicet fratris *Rudolfi* de *Grunberc*, domini *Edelmanni* militis *Friburgenſ. Heinrici* advocati de *Ebringen* & *Werenheri* procuratoris Præpoſiti ſæpe fati, in quos libere ex parte noſtra, & ex parte domini Præpoſiti eſt totum negotium compromiſſum, nos ante dictæ ſorores daremus XXX. ſolidos monetæ *Friburgenſ.* pro cenſu

a) *Henricus* II. de *Ramſtein* portæ San-Gallenſi præfectus poſtea circa a. 1300. ibi factus eſt abbas. *Ebringen* vicus eſt haud procul *Friburgo*, eidem monaſterio ſubditus.

 præſentis

Digitized by Google

SECULUM XIII.

præſentis anni & pro cenſu neglecto per incuriam vel oblivionem, & pro honorario & pro omni iure & conſuetudine ſæpe dictum Præpoſitum in dictis bonis in *Ebringen* contingente, & Præpoſitus prætaxatus fratrem noſtrum, converſum dictum *Volradum* omni iure & conſuetudine in dictis bonis noſtris in *Ebringen* infeodaret nomine clauſtri noſtri, ita ut quandocunque perſonam vel manum contingerit permutari, honorarium, ad æqualitatem cenſus bonorum noſtrorum cenſualium monaſterio ſancti *Galli* in *Ebringen*, qui cenſus eſt annuatim XVII. ſolidi minus uno den. & XV. den. clauſtrum noſtrum domino Præpoſito antedicto tantumdem perſolvat. Nos antedictæ ſorores omnia antedicta rata & firma ſervantes, XXX. ſolidos plenarie ſolvimus & dedimus Præpoſito ſæpedicto, dictos den. quodam cive dicto *Clingen*, cum filio ſuo recipiente in *Friburgo*, præſentibus domino *Hugone* de *Munzingen*, & domino *Hugone* de *Crozzingen* militibus, & *Iacobo* de *Falkenſtein* nobili, *Heinrico* advocato de *Ebringen* & *Wernhero* procuratore & aliis fide dignis. Hoc pacto adiecto, quod quando præſentes ſigillo clauſtri noſtri munitæ darentur, *Heinricus* advocatus in *Ebringen* poſſet & deberet *Volradum* converſum noſtrum, nomine clauſtri noſtri, omni iure & conſuetudine curiæ in *Ebringen*, in bonis noſtris cenſualibus infeodare. In horum omnium verum & firmum teſtimonium præſentes ſigillo conventus noſtri fecimus communiri. Datum *Friburgi* anno Domini M. CC. LXXXV. ſexta feria proxime poſt feſtum S. *Galli*.

N. CLXIV.

Rudolphus R. R. *Henrico* ep. *Baſilienſi* committit cum *Matthæo* card. tractare de vicariatu *Tuſciæ*.

Anno 1286. 1. Feb. Ex archiv. Mogunt.

Nos *Rudolfus* Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus tenore preſencium ad univerſorum ſacri Romani imperii fidelium notitiam volumus pervenire, quod nos de fide ſincera & devocione puriſſima reverendi patris *H.* a) *Baſilienſis* epiſcopi, principis & ſecretarii noſtri kariſſimi, quam in ipſo laudabilibus & preclaris operibus ſumus experti multociens fructuoſe, & cottidie experimur, pre ceteris gerentes fiduciam

a) Patet hinc, *Henricum* etſi iam anno præterito ad ſedem *Moguntinam* a Papa nominatum *Baſileenſem* epiſcopum adhuc fuiſſe dictum, donec ex Italia redux an. 1286. novæ ſedis poſſeſſionem adiret; certe in tabulis *Spirenſibus* demum eodem an. d. 27. Aug. archiepiſcopus dicitur.

Digitized by Google

ciam ampliorem ſibi damus auctoritatem plenariam & liberam poteſtatem ac ſpeciale mandatum tractandi, ordinandi, concordandi cum reverendo in Chriſto patre domino *Mathæo* divina providentia S. *Marie* in porticu cardinali diacono, amico noſtro kariſſimo ſuper terra *Tuſcie* vel vicariatu eiuſdem ac ipſum dominum *Matheum* nomine noſtro per *Tuſciam* vicarium conſtituendi, ac ipſum in poſſeſſionem civitatum oppidorum caſtrorum villarum & municionum quarumcunque tanquam noſtrum vicarium mittendi, nec non faciendi & acceptandi, & in animam noſtram iurandi ſi neceſſe fuerit, & firmandi ac ſtabiliendi omnia & ſingula, que circa dictam terram *Tuſcie*, vel vicariatum eiuſdem cum predicto domino *Matheo* fuerint facienda, ac etiam ordinanda, etiamſi mandatum exigant ſpeciale, ratum & gratum habituri, quicquid idem epiſcopus tractaverit ordinaverit, fecerit pepigerit, ac firmaverit in premiſſis. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum exinde conſcribi & maieſtatis noſtre ſigillo fecimus communiri. Datum in *Auguſto* Kal. Februarii indictione XIIII. anno Domini MCCLXXXVI. regni vero noſtri anno tercio decimo.

SECULUM XIII.

N. CLXV.

Traditio areæ in *Blienſowe* ad S. *Blaſium* ab *Adelheida* de *Gundelſingen*.

Anno 1287. 13. Mart. Ex archiv. San-Blaſ.

Heinricus divina permiſſione abbas totuſque conventus monaſterii S. *Blaſii Nigræ Silvæ* ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis, harum litterarum inſpectoribus univerſis veram in Domino charitatem cum notitia ſubſcriptorum. Ne ea, quæ geruntur in tempore, cum tempore dilabantur, ſcripturarum ſolent indiciis perhennari. Noverint igitur præſentes & poſteri, quos noſſe fuerit opportunum, quod honeſta matrona *Adelheidis* dicta de *Gundelvingen* aream apud *Blienſowe* ſibi titulo proprietatis, pertinentem, videlicet interſitam areæ *H.* dicti *Tuniger*, *in der Kirchgaſſen*, ab oriente, & areæ *Degehardi* carnificis, ab occidente quoque aream accedens ſtrata dividit ab uno latere ab aliis areis cum eiuſdem areæ ædificiis & ſeptis, præſentibus & futuris nobis & monaſterio noſtro prædicto donatione inter vivos intuitu Dei ſuorumque remiſſionis peccaminum libere contulit, tradidit, donavit, & ſimpliciter erogavit, & mittendo nos in poſſeſſionem prædictæ areæ corporalem

Digitized by Google

poralem renuntiavit vero dominio ac omni iuri, qui in donato ſibi competiit ante dicto, adhibita & peracta verborum ac geſtuum ſolempnitate debita & conſueta. Porro nos abbas & conventus penſantes, quod ſuadente gratitudine inter cætera charitatis opera ſeu virtutes eis debemus eſſe obnoxii, a quibus noſcimur beneficia recepiſſe, donata prædicta univerſa, quocunque nomine cenſeantur concordi conſilio, conſenſu parili & unanimi voluntate *Adelheidi* præfatæ donatrici ac eius pueris ſeu ſucceſſoribus univerſis cuiuſcunque ſexus, conditionis & profeſſionis exiſtant, conceſſimus & concedimus, contulimus & his ſcriptis conferimus in feodum emphitheotico titulo, ſcilicet ſub cenſu duarum librarum ceræ nobis & in præfato noſtro monaſterio in feſto S. *Martini* annis ſingulis in ſignum emphiteotis ſolvendarum perpetualiter obtinenda. Plerumque ipſis emphiteotis in argumentum gratitudinis habundantis liberam concedimus facultatem feudum prætactum donandi, legandi, vendendi vel obligandi quibuslibet perſonis quandocunque ipſis videbitur expedire, ita tamen, ut verum dominium & prætacti canonis utilitas nobis & monaſterio noſtro prædicto de ſæpefata area minime ſubtrahatur. In cuius rei ſeu conceſſionis ſufficiens teſtimonium hanc paginam exinde conſcriptam nos abbas prædictus noſtro ſigillo, ac ſigillis honorabilis viri *Hert.* Decani de *Eſſelingen*, & univerſitatis civium ibidem procuravimus communiri. Denique nos conventus & emphiteotæ prædicti confitentes omnia narrata præmiſſa veritate & bona fide fore ſubnixa cum ſigillis propriis careamus, in ſigilla pariter conſentimus teſtimonio talium videlicet, *Hugonis Kurzen* magiſtri civium, *H.* dicti *Steinbiz* ſculteti. *L.* dicti *im Stainhuſen. R.* dicti *Haſenzagel. H.* dicti de *Grueningen. Uolini* dicti *Zellar. Hugonis* dicti *Nallinger. S.* dicti de *Durnkain. Ruoperti* & *Cuonradi* dictorum *Ruoprecht* fratrum. *C.* & *Iohannis Kuorzonum* fratrum *F.* dicti de *Hallis*, & *Uolrici Kilſen*, de *Eſſelingen* civium ſeu Conſulum per manum publicam apud *Eſſelingen* ſubſcribentium ſuper præmiſſis invocato publice & dato. Acta ſunt hæc anno Domini MCCLXXXVII. X. Kal. Aprilis, indictione XV. præſentibus domino *Al.* abbate monaſterii in *Wibelingen* a), *Hermanno* cuſtode monaſterii S. *Blaſii*, magiſtro *R.* de *Tetinkon. Al.* rectore eccleſiæ in *Nallingen. H.* vicario ibidem. *B.* viceplebano in *Riut. H.* ſcolare dicto *Sydar.* clericis. *Wernhero* procuratore monaſterii prædicti. *L.* marſchalco de *Wirtenberg. Wal.* villico de *Horwe*, & *Dietrico* filio *Ekkehardi* laicis, & aliis quampluribus fide dignis.

N. CLXVI.

a) *Albertus* abbas in *Wiblingen* in *Gallia Chriſt.* abſque temporis nota ponitur, quod hac ex charta eruitur.

Digitized by Google

N. CLXVI.

Rheinhardus de *Waſſerſtelz* donat præpoſituræ in *Wislikoven* prædium in *Iucho*.

Seculum XIII.

Anno 1287. 28. Iun. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II. p. 58.*

Chriſti fideles univerſos præſentium perlectores ſeu auditores *Reinhardus* nobilis de *Wazzerſtelz* noſſe ſeriem ſubſcriptorum. Quia omnium malorum radix eſt cupiditas, de qua, ſicut quotidianus rerum pandit eventus, lites & diſcordiæ inter virum & proximum eius iugiter ſuſcitantur: venit enim hæc cum pediſſequa ſua, quæ eſt avaritia, ſeparare filios a parentibus & nurum a ſocru ſua, ideo omniformi liti ac diſcordiæ, quæ ſuper eis, quæ ſubſcripta præſentialiter patent, poſſent apud noſtros poſteros aliqualiter exoriri, viam & aditum volentes obſtruere diligenter, præſentium in tenore notum facimus univerſis, quod nos prædium noſtrum, quod nuncupatur vulgariter *Iucho*, agros videlicet & nemus cum ſuis attinentiis, cuius prædii proprietas ad nos hactenus pertinuit . . . . præpoſito & eccleſiæ in *Wiſſelinkon* libere tradimus & abſolute in remedium & memoriam æternam tam noſtri quam bonæ memoriæ uxoris noſtræ, & omnium parentum noſtrorum. Et quidem cum *Heinricus* villicus de *Stadeln* idem prædium a nobis in fœudum ſeu titulo fœudi hucuſque poſſediſſet, ob amorem & gratiam reverendorum in Chriſto abbatis & conventus S. *Blaſii* in *Nigra Silva*, quorum ſervus eſt, ipſum prædium nobis integraliter & libere ad manus noſtras per *Chuonradum* dictum *ime Tal* internuntium, quia infirmatus ipſe villicus perſonaliter venire ad nos non potuit, reſignavit, accedente ad hoc voluntate & conſenſu omnium filiorum ſuorum, ſcilicet *Bertholdi* fabri, qui in ſpem gratiæ pro gratia pie conſenſit, *Henrici* villici in *Stadlen*, qui pro plauſtro lignorum conſenſit, *Chuonradi* panificis, qui etiam pro plauſtro lignorum conſenſit, *Wernheri*, qui acceptis quinque ſolidis denariorum plene conſenſit, & *Iohannis* qui etiam receptis a prædicto præpoſito in *Wiſſelinkon* quinque ſolidis conſenſit, ſine dolo reſignavit dicta cernentibus & audientibus, ſcilicet *Ulrico*, *B*, & *Ruod.* dotariis, *Wernero* dicto *Nukome*, *C.* fabro dicto *Herzogen*, & aliis quampluribus. Nos igitur recepta una marca argenti a præpoſito in *Wiſſelinkon*, quam in utilitatem noſtram convertimus & redegimus, prout opus nobis fuit, reſignatum idem prædium ad manus noſtras, ceſſante, de qua dictum eſt, infeudatione inſtantibus & petentibus præfato *H.* villico & filiis ſuis tradimus & aſſignamus præpoſito & eccleſiæ

SECULUM XIII. in *Wiſſelinkon* cum omni iure, quo tam nos, quam prænominatus *H.* villicus potiti fuimus prædio in eodem, renuntiantes viva voce & actu pro nobis & noſtris heredibus omni iuri & actioni, quod & quæ nobis competere viſum eſt in illo. Et ſi prædicti, præpoſitus ſcilicet, aut eccleſia conventi aut forſitan evicti fuerint in quocunque iudicio, nos pro eis tenebimur conventioni, imo ſi evenerit, evictioni ſecundum legum & canonum ſanctiones. Et in huius rei evidentiam & robur ſempiternum præſentes ſigilli noſtri robore communimus. Datum & actum *Keiſersſtuol* præſentibus *Iohanne* hoſpite ibidem. *Chuonrado* de *Tanneke. Ottone* de *Balba. Chuonrado* de *Tal. C. Kuderer.* & *C. Raſore.* anno Domini. MCCLXXXVII. IV. Kalend. Iulii, indictione XV.

N. CLXVII.

Henricus abb. S. *Blaſii* concedit *Tottnowienſibus* proprium parochum *a*).

Anno 1288. 8. Dec. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II.* p. 96.

Hainricus divina permiſſione abbas totuſque conventus monaſterii S. *Blaſii Nigræ Silvæ* ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis omnibus Chriſti fidelibus tam poſteris quam præſentibus notitiam ſubſcriptorum. Ad reſerandam poſteris calumpniandi materiam in negotiis fideliter conſummatis, expedit ea, quæ geruntur, ſcripturarum & teſtium robore perhennari. Cum itaque communitas dilectorum noſtrorum civium in *Tottnow*, vallis in *Schönowe* ſubditorumque eccleſiæ parochialis in *Schönowe*, quæ quidem eccleſia per aliquem de fratribus ab antiquo ſolita eſt officiari, petitiones inſtantes nobis direxerit, ut de conſenſu & mandato noſtro in loco capellæ ligneæ, quæ olim apud *Tottnowe*, noſtra voluntate conſtructa fuerat & conſenſu, quæque ſemel in ſeptimana a plebano eccleſiæ in *Schönowe*, ſuumve ſocium ſolita fuerat officiari, capella lapidea ædificaretur, ſacerdoſque unus de fratribus noſtris ibidem locaretur, qui officia divina in eadem capella iugiter celebraret. Nos cum iidem cives tanquam noſtri monaſterii fideles, nobiſque pertinentes iure proprietatis, voto & animo utilitatibus & beneplacitis noſtris

a) Lignea capella in *Tottnau* iam an. 1283. conſtructa fuerat, cui brevi ſucceſſit lapidea, ubi *Rudolphus* epiſcopus *Conſtantienſis* a. 1287. proprium cœmeterium conceſſit, cuius conceſſionis chartam ſiſtit P. *Herrgott* Geneal. Diplom. T. II. P. II. p. 534. Eodem epiſcopo permittente denique hoc anno proprium parochum ſeu plebanum regularem ex monaſterio acceperunt *Tottnavienſes*.

ſtris ſe applicent, & hactenus applicarint, preces eorum tenore præſentium duximus admittendas: volentes ut loco capellæ ligneæ ibidem, ut ſuperius expreſſum eſt, ædificatæ, capella lapidea conſtruatur, adiecto ſibi cimiterio competenti, unuſque de fratribus noſtris ſacerdos iuxta eandem capellam reſidens divina in prænominata capella iugiter adminiſtret. Verum cum iura parochialis eccleſiæ in *Schönowe* manutenere velimus, ut tenemur, ac cavere, ne in ſui præiudicium inpoſterum valeat aliquid attemptari, tractatu ſolempni præhabito & deliberatione diligenti ſtatuimus, & ordinamus ut dicti cives in *Tottnow*, nullum ſacerdotem vel ſacerdotes, nec religioſum ſeu religioſos cuiuſvis ordinis vel profeſſionis, ad celebrandum in iam dicta capella inducere debeant, vel aliquibus temporibus ſuperinducant, ſed in capella memorata in *Tottnow* officium miſſæ aliorumque divinorum tantum celebrabitur per plebanum, videlicet fratrem noſtri conventus, qui pro tempore fuerit, ibidem reſidentem, aut per ſocium ſocioſve ipſius, ſi quem vel ſi quos eundem plebanum habere contigerit in futurum. Item ut iidem cives baptiſma parvulorum, communionem corporis Domini noſtri Iheſu Chriſti, pœnitentiam, ſepulturam & alia eccleſiaſtica ſacramenta recipiant a plebano capellæ in *Tottnow* ſuperius memoratæ. Præterea cum cuſtodia vaſorum ſacrorum, indumentorum & librorum nulli potius quam ſacerdotibus ſit committenda, ordinamus & decernimus, ut cuſtodia calicis, librorum, indumentorum clavis ſeu clavium dictæ capellæ in *Tottnow* pertinentium, nec non aliorum omnium, quæ ad officium miſſæ divinorumque, ac opus ipſius capellæ debita & opportuna ſunt, undicunque ſive pietatis intuitu, vel aliunde provenerint, apud plebanum ſæpedictæ capellæ ſit, ſeu cui idem plebanus ea ad reſervandum duxerit committenda. Subiunctum eſt etiam per nos, ut occaſione capellæ lapideæ iam conſtructæ, vel divinorum ibidem indultorum, vel alterius occaſione iam dicta communitas in *Tottnowe*, aliqui, aliquiſve ex ea quicquam aggredi ſeu machinari non debeat, quod in noſtri monaſterii, eccleſiæ in *Schönowe*, plebani in *Tottnowe*, qui pro tempore fuerit, ac noſtrum præiudicium & incommodum poſſit vergere quoque modo, vel nos aliquo caſu fortuito commovere. Cum vero cappella præſcripta unacum cimiterio ſuo noſtro voto, voluptate & conſenſu accedente nihilominus conſenſu & aſſenſu reverendi in Chriſto Patris & Domini *R.* Dei gratia epiſcopi *Conſtantienſis*, totiuſque capituli eiuſdem *Conſtantienſis* eccleſiæ, a venerabili in Chriſto Domino *Ioanne* epiſcopo *Litouienſi* gerente vices prænotati domini *R.* epiſcopi *Conſtantienſis* ſit dedicata, ne plebanus qui nunc eidem capellæ præeſt, vel pro tem-

Digitized by Google

SECULUM XIII.

pore præfuerit, egeſtatis neceſſitate ingruente compelleretur a præfata capella declinare neglecto officio divinorum, præſentium tenore fuerat præcavendum, &c. (*hinc longo ordine ſequuntur proventus plebani*)... In cuius rei teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum, nos *H.* abbas totuſque conventus monaſterii S. *Blaſii* ſæpedicti præſens inſtrumentum ſigillorum munimine divina permiſſione abbatis monaſterii S. *Trudperti*, noſtri, nec non viri circumſpecti domini *Othonis* de *Stouphen* militis duximus roborandum. Nos divina permiſſione abbas S. *Trudperti* diœceſis prædictæ. Egoque *Otho* de *Stouphen* miles & advocatus vallis in *Schönowe* ad petitionem dilectorum in Chriſto *H.* divina permiſſione abbatis, & conventus monaſterii S. *Blaſii*, nec non communitatis civium in *Tottnowe*, omnium & ſingulorum de communitate, ſigilla noſtra præſentibus duximus appendenda. Acta ſunt hæc apud monaſterium S. *Blaſii* ſæpefatum anno Domini MCCLXXXVIII. VI. idus Septembris, indictione I. præſentibus *Wernhero* Priore, *Hermanno* cuſtode, *Berchtoldo* plebano in *Tottnowe*, *Udalrico* dicto de *Conſtantia* ſacerdotibus & monachis monaſterii S. *Blaſii* ſupraſcripti. *Heinrico* de *Stadegun* rectore eccleſiæ in *Stadegun*, magiſtro *Heinrico* notario de *Friburg*, *Conrado* dicto *Brender*, *Ioanne* & *Heinrico* fratribus dictis *Walthers*, *Conrado* dicto *Brandenburch*, *Walthero* de *Burgendou* civibus in *Tottnowe* vallis *Schönowe*, & aliis quampluribus fide dignis.

N. CLXVIII.

Hermanni Marchionis *Badenſis* diploma pro monaſterio *Alba Dominorum* a).

Anno 1289. 18. Ian. Ex archiv. monaſt. *T. II.* p. 73.

Nos *Hermannus* Dei gratia *Marchio* de *Baden* tenore præſentium publice profitemur, quod vidimus, & audivimus litteras illuſtriſſimi Domini noſtri *Rudolphi Romanorum* regis datas clauſtro monachorum in *Alba Ciſtercienſis* ordinis, *Spirenſis* diœceſis, in quibus inter alias gratias

a) *Hermannus* VII. eſt marchio *Badenſis* & dominus in *Eberſtein*, qui comites ceu fundatores monaſterii eius protectionem habuerunt, non autem ius advocatiæ, ut teſtis eſt charta *Rudolphi* I. R.R. a. 1275. apud *Beſoldum* in Docum. rediv. monaſt. Wirtemb. T. I. p. 76. quæ ipſæ ſunt litteræ ab *Hermanno* marchione hic indicatæ, quarum ſenſum, non verba recitat. Quæ porro ſequuntur: *Verum quia prædicti noſtri progenitores* &c. eadem fere ſunt, quæ leguntur in charta *Ottonis* ſenioris comitis de *Eberſtein* an. 1276. apud cit. *Beſoldum* p. 79. unde etiam vocabulorum exoticorum explicatio petenda. Illa vero ad finem: *inſuper quoque in villa* &c. recens ab *Hermanno* marchione indulta ſunt.

Digitized by Google

gratias eis collatas, ſpecialiter continetur, quod cum grave ſit eis ſingulis vicibus ad conſilium & auxilium imperii pro defenſione recurſum habere, licitum ſit ipſis abbati, & conventui unum qui eis placuerit, de generatione dominorum de *Eberſtein*, a quibus ipſum monaſterium funditus eſt conſtructum, ſibi eligere defenſorem, qui eis vice & nomine imperii præſit, ut proſit. Verum quia prædicti noſtri progenitores ad hæc, & ad omnia obſervanda, quæ in eiſdem litteris continentur, ſe firmiter adſtrinxerunt. Nos eorum ſequentes veſtigia, ad prædicta omnia nos adſtringimus, & ad hæc nos & noſtros præſentibus obligamus. Primo conferimus ipſis fratribus, & colonis & pecoribus eorum plenariam auctoritatem utendi ſylvis, pratis, paſcuis, aquis, viis, inviis & almeindis, in omni noſtro dominio & diſtrictu, nec tamen occaſione huiuſmodi nobis, aut noſtris ad aliqua ſervitia tenebuntur. Præterea nos adſtringimus per præſentes, quod ipſos monachos cum ſuis in clauſtro grangiis, curiis, molendinis, vel poſſeſſionibus tam habitis, quam habendis, & villis ſpecialiter, nullo modo gravabimus in poſtulatione, ablatione, vel extorſione frumenti, vini, animalium, canum, pullorum, denariorum, feni, pabuli, *Houbetrecht*, *Hertrecht*, *Dübe*, *Frevel*, *Stüre*, *Bette*, *Vogethaber*, nec præcipue gravabimus venatoribus, canibus, aut vecturis, ſeu rebus etiam quibuſcunque. Item in *Woldanis*, & *Herbergen reüſarum* ad ipſos, ad villas, vel poſſeſſiones eorum nullatenus divertemus; ſed ſi ad clauſtrum vel grangias eorum nos cum noſtra familiari & domeſtica familia devenire contigerit, contenti erimus cibo, & potu, prout tunc ibidem habuerint, & ipſorum ordo requirit, adiicientes, quod de iudiciis faciendis & perficiendis niſi ſecundum nutum abbatis, & de ſcultetis aut officialibus eorum ſtatuendis, vel deſtituendis etiam ad nos nullo modo pertinebit, per quos ſi quid terminari non poterit, monachis a nobis auxilium implorantibus cooperari permittimus brachio ſeculari; nec tamen hac vel alia ratione querras, prælia, vel *vrluge* potentum inibimus, niſi ſuper hoc rogati fuerimus ab abbate ſpecialiter, & conventu. Ad hoc ſi neceſſe fuerit imperii auxilio invocato, nec ultra, quam ipſi clauſtro utile & expediens fuerit, fungemur dignitate, & nomine defenſoris. Inſuper quoque in villa, & marchia noſtra *Malsbe* omnimodam eis, & peccoribus eorum damus libertatem per omnia & in omnibus, in duobus curiis eorum, videlicet in *Ziegelhofen* & in *Malsbe*, utendi communitate & commoditate, ſicut villam noſtri ibidem tam in ſylvis, quam in almeindis & cæteris univerſis, non obſtante quacunque conſuetudine, vel allegatione aut iure publico, vel privato. Recognoſcentes quoque

SECULUM XIII.

 nichili

SECULUM XIII. nichili iuris advocatiæ nos in ſæpedicto clauſtro cum ſuis habuiſſe vel habere libertates, litteras, & gratias, quas habent ab ordine, a noſtris progenitoribus, & a nobis præſentibus confirmantes, bona fide permittimus obſervare. In cuius rei robur & evidentiam præſentem litteram præfatis monachis, ſigillo noſtro, tradidimus munitam. Datum anno Domini MCCLXXXIX. menſe Ianuario.

N. CLXIX.

Villa *Hiringesberch* confirmatur monaſterio in *Reichenbach*.

Anno 1289. 10. Ian. Ex archiv. mon. *T. II. p.* 65.

Nos *Ludowicus* comes palatinus de *Tuwingen*, unacum matertera noſtra *Eliſabeta* dicta de *Eberſtain a)*, notum eſſe volumus univerſis & ſingulis preſens ſcriptum intuentibus, quod honorabiles in Chriſto *C.* Prior & conventus monaſterii in *Richenbach Conſtantienſis* diæceſis iurisdictionem ville *Hiringesberg*, ad valorem reddituum annuatim trium librarum cum quatuordecim ſolidis *Tuwingenſis* monete pro *Conrado* dicto *Burcer*, pro triginta ſeptem libris, eiuſdem monete, iuſto eiuſdem iurisdictionis precio compararunt, quam quidem pecuniam dictus *T.* confitetur ſe preſentibus publice recepiſſe, ac in uſus ſuos convertiſſe. Nos quoque comes predictus una cum dicta *Elizabeta* matertera noſtra dictam venditionem ratam & confectam habentes ipſamque noſtri conſenſus munimine confirmamus, tam in proprietate quam in aliis quibuscunque, videlicet agris, paſcuis, ſilvis ſeu nemoribus, ac aliis omnibus iuribus, que progenitores noſtri in nos iure hereditario deduxerunt, ſancto *Gregorio* & ſancto *Remigio* patronis cœnobii in *Richenbach* in animarum noſtrarum remedium donavimus, & confitemur, nos preſentibus publice donaviſſe, noſtra Domino Deo dedicando. Renunciantes in hiis omni iuri, actioni, peticioni, proſecutioni, omnique iuri canonico & civili, ſi quid nobis contra dictum cœnobium competere videretur.

Teſtes huius rei ſunt *Hugo* notarius noſter dictus de *Beltringum*, *Diemo* de *Stanibul*, *Diemo* dictus *Thecheller*, *Eberhardus* de *Butelbrunne*, *Wernherus* dictus *Specinger*, ac alii quam plures fide digni. In horum omnium firmum robur & teſtimonium indubitatum, nos comes predictus

a) Vide ſupra N. CLII. alia citata.

Digitized by Google

prediɛtus unacum dicta matertera noſtra ſigilla noſtra duximus appendenda. Datum apud *Horwe* anno Dni. M. CC. LXXX. VIIII. proxima feria ſecunda poſt Epiphaniam Dni.

SECULUM XIII.

N. CLXX.

Altare dotatum monaſterii *Wilhelmitarum* in *Sion*.

Anno 1289. 13. Ian. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II.* p. 83.

Omnibus Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis frater *N.* Prior in *Syon* prope *Clingenowe* ordinis S. *Wilhelmi* ſalutem in Domino cum ratione ſubſcriptorum. Ne geſtarum rerum notitia e memoria hominum labatur cum tempore, ſcripturarum iam indiget cautione. Noverint igitur tam præſentes quam futuri, quod dominus *R.* ſacerdos de *Rorboz a)*, qui piæ recordationis affectu in remedium ſuæ animæ, nec non & aliorum prædeceſſorum ſuorum altare quoddam apud nos in honorem S. *Michaelis* archangeli ac S. *Benedicti* abbatis iam dudum cum vinea ſita prope *Tetiugen* in *Rorbolz* ſecundum formam aliorum privilegiorum dotavit. Quod etiam per præſentes de prædio noſtro ibidem ſito cum V. & dimidio modiis ſiliginis ſingulis annis perſolvendis dicto altari appretiatus, ſive conatus eſt annumerare, ut ibidem eminentius Miſſarum ſolemnia celebrentur. Unde ſuæ providentiæ voluntatem pro eiſdem adimplere cupientes in quantum poſſumus & tenemur, promittimus in feſto B. *Verenæ* dictos V. modios cum dimidio taliter recepturos, quatenus nullis neceſſitatibus exigentibus a nobis vel ab aliquo ſucceſſore noſtro poſſint vel debeant alienari, niſi pro melioribus uſibus prænotato altari deſervientibus commutentur. Fatemur etiam dicto ſacerdoti, prædictorum bonorum proventus uſque ad terminum vitæ ſuæ, niſi voluntarie reſignare decreverit, eſſe percepturum. Et ut hæc rata & firma permaneant, præſentes diverſorum ſigillis, ſcilicet venerabilis Domini *H.* abbatis monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva, & honeſti viri Prioris in *Oberried* noſtri ordinis, noſtroque videlicet & conventus noſtri duximus confirmandas. Datæ in domo noſtra prædicta anno ab incarnatione Domini MCCLXXXIX. indictione II. in octava Epiphaniæ *b)*.

N. CLXXI.

a) Ipſa donatio, ut teſtantur litteræ germanico idiomate conſcriptæ & illæſæ, facta eſt an. 1270. feria VI. ante feſtum S. *Matthiæ* apoſtoli.

b) Extat apud P. *Herrgott* Geneal. Diplom. T. II. P. II p. 538. charta *Rudolphi* ep. *Conſtant.* data 12. Dec. a. 1288. qua ratam habet venditionem cuiusdam allodii ab eccleſia collegiata in *Zurzach*, huic *Sionenſi* monaſterio factam.

N. CLXXI.

Ludewicus comes de *Tuwingen* beneficus erga monaſtorium in *Richenbach*.

Seculum XIII.

Anno 1289. 13. Iul. Ex archiv. monaſt. *T. II.* p. 65.

Nos *Ludewicus* comes palatinus de *Tuwingen*. Univerſis ac ſingulis preſens ſcriptum intuentibus ſalutem cum noticia ſubſcriptorum. Scire cupimus univerſos preſentem paginam inſpecturos, quod nos villas noſtras *Swarzenberge* & *Heſelnbach* & ius ad proprietatem noſtram pertinentes cum omnibus ſuis appendiciis & attinentiis, terris, fundis, aquis, paſcuis, nemoribus ſeu poſſeſſionibus quibuſcunque uſque ad extenſionem termini, qui *Sneslaiſt* vulgariter nuncupatur, unacum hominibus in *Röthe*, ad nos & noſtrum dominium pertinentibus omni iure, quod ad nos & noſtros progenitores cenſebatur pertinere, pure legitime ac liberaliter in teſtamento noſtro donavimus pro remedio anime noſtre & progenitorum noſtrorum monaſterio in *Richenbach*, renunciantes in hiis omnibus omni iuri, actioni, perſecutioni, peticioni, omnique iuris beneficio, ſi quod nobis vel noſtris heredibus contra dictam donationem lege vel canone foret licitum vel conceſſum. Item ſtatuimus, ut in predicto monaſterio ſtatuatur . . . . ſacerdos qui cottidie celebret miſſam pro anima patris noſtri & *Ottonis* fratris noſtri, & poſt obitum noſtrum pro ſalute noſtre anime ſpeciali. Teſtes qui huic facto interfuerunt ſunt iſti. *Fridericus* miles de *Ibelingen* dictus *Müller*. *B.* miles dictus *Salzvas*. *B.* dictus camerarius de *Uotingen*. Converſus frater *Crafto* de *Bebenhuſen*, *Bertholdus* ſchultetus de *Horwe*. *H.* villicus. *C.* dictus *Gemacb*, magiſter *Cuonradus* medicus. *Chono* dictus *an der Steige*... dictus *Vrilli*, de *Rothenburch*. & quam plures alii fide digni. Et ut hoc factum a nobis vel noſtris heredibus in futuro non valeat impediri, hanc paginam pro nobis & noſtris heredibus noſtri ſigilli munimine duximus roborandam. Datum & actum in *Horwe* anno Domini M. CC. LXXXIX. quarta feria proxima ante feſtum beate *Margarete*.

N. CLXXII.

N. CLXXII.

Egonis comitis de *Friburg* cum urbe *Friburg* reconciliatio.

SECULUM XIII.

Anno 1289. Ex Mſc. D. Wolleb. T. II. p. 22.

Wir Graff *Egon* von *Freyburg*, u. *Cuno* ſein ſohn thuen kundt allen denen, ſo dieſen brieff anſehen oder hörendt leſen, vorn oder hernach, das wir ein getreuliche, gantz, und lauttere ſöhne mit unſeren burgeren, und mit der ſtatt *Freyburg*, und mit allen irren helffeſren, für uns, und alle unſere helffer, umb alle die ſachen und miſſhelle, die wir uns an dem tag, da die ſöhne geſchah, wider einander hatten, von gericht, oder ohne gericht, haben geſchworen ſtett zu halten, und alle die ſatzungen, und alle die ſtuckh, die hiernach geſchriben ſtand, wie die geſetzt ſind, und an diſem brieff ſtanden, die haben wir auch geſchworen ſteth zu halten für uns und beede, und für alle unſre Erben und nachkommen, und wo unſer einer, eins, oder yedweders bricht, der iſt maynayd, rechtlos, und ehrlos, und ſollen ſeine lehen leedig ſein, und ſoll ſein von allem rechten, ohn aigen, und ohn erb, wie es gelegen iſt, und was wir rechtens darzu haben, wo wir bedæchtlichen kein urlage anfiengen wider die burger, und die ſtatt *Freyburg*, damit haben wir gebrochen. Wer auch, das wir ymandts helffen würden wider die vorgenanten Statt und Burger, ſo hetten wir gebrochen, wer auch, das wir yemandt enthüelten, in unſeren feſtinen, der den burgeren an ihrem leib oder guett griffe, ſo hetten wir gebrochen. Wer auch, das wir inen kein thunn nemendt, oder kein ir thor beſetzendt, hätten wir gebrochen. Schwürendt wir auch wider die burger zu yemandt, ſo hätten wir auch gebrochen. Wer auch, das wir einen burger oder ſoldner ſchlüegendt, oder fiengendt, oder ſeũn meten zu ſahen, gewurdet, geſchlagen, oder ier gut nemendt, oder ſchieſſendt genommen zu werden, in der Statt oder darvor, ſo hetten wir gebrochen.

Es ſollen auch alle die frid und freyheit haben burger und ſoldner, gäs komendt, und bleybendte Pfaffen und Layen, ſye ſeyen zu raach oder bann, und ſoll inen niemand allweys thun, noch ſie angreiffen in der Statt, ohn gericht nach der Stattrecht zu *Freyburch*, thun wir wider das, ſo hand wir gebrochen. Mit diſer Satzungen ſoll den Juden ier recht weder gebeſſeret noch geboſert ſein &c.

N. CLXXIII.

Rudolphus epiſcopus *Conſtantienſis* communit litteras, quibus *Heinricus* de *Krenkingen* S. *Blaſio* poſſeſſiones in *Betmaringen* venumdedit.

SECULUM XIII.

Anno 1290. 18. Maii. Ex archiv. San-Blaſ.

Univerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis nobilis vir *Heinricus* de *Krenkingen* miles ad æternam rei memoriam notitiam ſubſcriptorum. Ad cauendum rebus ſalubriter geſtis inſtrumentorum uſus ſalubriter & bene a pluribus inolevit. Cum itaque urgente nos debitorum noſtrorum onere ad alienationem aliquarum noſtrarum poſſeſſionum opportunum procedere nobis foret, honorabilibus in Chriſto divina permiſſione abbati & conventui monaſterii S. *Blaſii* ordinis S. *Benedicti Conſtant.* diœceſis, ipſorumque monaſterio omnes poſſeſſiones noſtras ſitas in villa, quæ dicitur *Betmaringen*, & banno & diſtrictu eiuſdem villæ, nobis hucuſque iure proprietatis pertinentes, in quibus uſque nunc ut cultor reſedit . . . dictus *Welter*, cum omnibus ſuis attinentiis, ſcoppozis, pratis, nemoribus, viis, inviis, cultis & incultis, aquæductibus, iuribus & iurisdictionibus, nec non omni alio eo iure, utilitate & commoditate, nullo excepto vendimus iure proprietatis iuſto venditionis titulo, in ipſosque abbatem & conventum, ac ipſorum monaſterium transferimus, pro certa ſumma pecuniæ, videlicet LIV. marcis, boni ponderis, uſualis argenti, de quibus quidem marcis proclamamus & confitemur, nobis ex cauſa prædicta integraliter ſatisfactum, verborum & geſtuum adhibita ſolempnitate debita & conſueta, accedente conſenſu expreſſo dominæ *Benedictæ* uxoris meæ legitimæ, ac interponentis iuramentum corporale de non veniendo contra alienationem ſeu alienationes prædictas; requiſitis nihilominus conſenſibus aliarum perſonarum, & adhibitis, quæ ſuper præmiſſis fuerant requirendæ. Verum ut præfato monaſterio S. *Blaſii* plus cautum eſſe poſſit, renuntiamus pro nobis hæredibuſque noſtris & liberis utriuſque ſexus tam procreatis, quam procreandis, litteris a ſede apoſtolica vel aliunde impetratis ſeu impetrandis, beneficio reſtitutionis in integrum, tam principaliter quam incidenter, exceptioni deceptionis ultra dimidiam iuſti pretii, doli mali, non adhibitæ ſolempnitatis, pecuniæ non numeratæ, vel ſummæ non ſolutæ, omnique beneficio iuris canonici, civilis, municipalis, ſeu conſuetudinarii, aliiſque remediis quibuscunque, quo vel quibus mediantibus venditio vel venditiones

præmiſſæ

Digitized by Google

præmiſſæ poſſent in toto vel in parte aliquatenus retractari; obligando nos nihilominus hæredeſque noſtros ad warandiam, & coram quocunque iudice, ſeu iudicibus eccleſiaſticis, ſeu ſecularibus de evictione teneri omnium ſupra contentorum, quæ iure veri dominii, & quo ad alias commoditates quascunque abſolute transferimus, ac tranſtuliſſe confitemur in monaſterium S. *Blaſii* prælibatum. In quorum teſtimonium præſentem litteram damus præfato abbati & conventui monaſterii S. *Blaſii*, ſigillorum reverendi in Chriſto *Rudolphi* Dei gratia *Conſtant.* epiſcopi, ac noſtri munimine roboratam, & ad robur incommutabile omnium præmiſſorum. Nos vero coniux legitima, domina videlicet *Benedicta* nobilis viri domini *Heinrici* de *Krenkingen* militis prænotati confitemur omnia & ſingula præmiſſa fore vera, ac nos ad obſervationem eorundem aſtringimus utendo in præſentibus ſigillis ſuperius prænotatis. Nos vero *Rudolfus* Dei gratia epiſcopus *Conſtant.* ſigillum noſtrum huic chartæ appendimus ad rogatum nobilis viri domini *Heinrici* de *Krenkingen* militis, & ſpectabilis dominæ *Benedicta* coniugis legitimæ iam dicti *Heinrici* ad firmamentum omnium præmiſſorum. Acta ſunt hæc apud caſtrum noſtrum *Guotenburg* anno Dominicæ incarnationis MCCLXXXX. in octava aſcenſionis Domini indict. III. præſentibus *Hermanno* cuſtode S. *Blaſii*, *Gottfrido* præpoſito in *Berowe*. *Chuonrado* rectore eccleſiæ in *Noeggerswiler* dicto de *Stadgun*. *Heinrico* rectore eccleſiæ in *Tuengen*. *Petro* de *Munreckingen* milite. *Ruodolfo* nobili de *Hewen*. *Waltero* nobili de *Granhein*. *Eberhardo* de *Baldingen*. *Waltbero* de *Griesbain*. *Burchardo* de *Buggenriet*. *Gottfrido* de *Tuengen*. *Waltbero* advocato dicto *Strubi*. *Wernbero* & *Cuonrado* fratribus famulis domini abbatis, & aliis quam pluribus fide dignis.

Seculum XIII.

N. CLXXIV.

Collatio iuris patronatus facta ab illuſtri viro *Ludovico* comite palatino, monaſterio in *Richenbach*.

Conradus divina permiſſione Prior monaſterii in *Richenbach* totuſque conventus ibidem, univerſis præſentem paginam inſpecturis ſalutem, cum notitia rei geſtæ. Ea quæ geruntur in tempore, tranſeunt cum tempore. Neceſſe eſt igitur, ut acta hominum comprobentur teſtimoniis

Anno 1291. 15. Maii. Ex archiv. mon. *T. II. p.* 66.

Digitized by Google

SECULUM XIII.

niis litterarum. Noſcant igitur univerſi ac ſinguli quibus noſſe fuerit opportunum, quod illuſtris vir *Ludovicus* comes palatinus de *Tüwingen* contulit & donavit noſtro monaſterio in *Richenbach* ius patronatus ortorum, ſitorum ante portas ſuperiores civitatis in *Horwe*, quos magiſter *Conradus* medicus morans ibidem iure feudi tenuit ab ipſo *Ludovico* comite, omnino eo iure, quoad ipſum comitem pertinebat, pro teſtamento, & ſalute animæ ſuæ, ac omnium ſuorum progenitorum, & reſignavit ipſum ius patronatus in manus noſtras, renuncians omni iuri, actioni, petitioni, perſecutioni, omnique iuris beneficio tam canonici, quam civilis, ſi quod ipſi *Ludovico* comiti, vel ſuis hæredibus in ipſos ortos ratione iuris patronatus competere videbatur, & hoc fecit ad inſtantiam magiſtri *Conradi* ſuperius prænotati. Nos autem *Conradus* Prior in *Richenbach* totuſque conventus ibidem prædictos ortos ad nos & noſtrum monaſterium iure donationis pertinentes contulimus prædicto magiſtro *Conrado*, & ſuis pueris iunioribus ex . . . uxore ſua de *Lare* generatis titulo cenſus annui, videlicet pro una libra ceræ noſtro monaſterio in *Richenbach* pro cenſu annuo perſolvenda. Si autem contingat, quod hæredes prædicti magiſtri *Conradi* uno anno, vel duobus, vel etiam annis pluribus prætermittant propter pauperiem, vel propter negligentiam vel quocunque caſu alio contingente, non propter hoc ſuo feudo ſunt privandi, ſed per cenſuram eccleſiaſticam vel etiam per iudicium ſæculare ſunt cogendi ad cenſum prætermiſſum plenarie perſolvendum. Teſtes, qui huic facto interfuerunt, ſunt iſti: *Bertholdus* cuſtos monaſterii in *Richenbach* dictus de *Gundrichingen*: frater *Henricus* converſus, dictus *Eſcherich*; magiſter *Hugo* ſcriba *Ludovici* comitis, exiſtens rector eccleſiæ in *Saleſtetten*, *Bertholdus* dictus iudex; *Waltherus* in curia, filius *Siffridi*; *Volmarus* dictus *Rutheler*; cives in *Horwe*, & quam plures alii fide digni. In cuius rei firmum robur & indubitatum teſtimonium hoc ſcriptum fecimus confirmari ſigillo reverendi Prioris in Chriſto, . . . abbatis monaſterii *Hirſaugienſis*, & ſigillo noſtro, videlicet . . . Prioris in *Richenbach*. Et nos conventus monaſterii in *Richenbach* cum proprio ſigillo careamus, ſigillo conventus monaſterii *Hirſaugienſis* ſumus uſi. Præterea ſigillum civitatis in *Horwe* duximus his litteris appendendum. Datum anno Dni. MCCLXXXXI, in idibus Maii.

N. CLXXV.

Digitized by Google

N. CLXXV.

Donatio villarum *Utelſpur* & *Volmarſpur*, facta 1293. monaſterio Albæ Dominorum.

Nos *Rudolphus* Dei gratia ſenior Marchio de *Baden* unacum collaterali noſtra domina *Adelheide* natione de *Ochſenſtein*, tenore præſentium publice profitemur, quod nos collecta manu, pari conſenſu, & unanimi voluntate ob reverentiam virginis glorioſæ, & in remedium animarum noſtrarum, & parentum noſtrorum contulimus donatione inter vivos libere, ſimpliciter & in toto duas villas noſtras, videlicet *Utelsbure*, & *Wolmarsbure* nobis iure proprietatis libere attinentes, clauſtro monachorum in *Alba Ciſtercienſis* ordinis, *Spirenſis* diœceſis, perpetuo poſſidendas, cum omni iure, ac utilitate, ſylvis, paſcuis, agris, pratis, almendis, viis, inviis, aquis & aquarum decurſibus, *Dube*, *Frevel*, *Sture*, *Bete*, *Vogetrecht*, cenſibus, redditibus, hominibus propriis, & attinentiis univerſis *beſuoht* & *unbeſuoht* quocunque nomine cenſeantur, ſine qualibet exceptione, hac conditione, quod ipſi monachi de iiſdem redditibus inſtaurent & adminiſtrent in clauſtro ipſorum ad altare S. *Catharinæ* lumen lampadis, & miſſam quotidianam; & in die Paſchæ aſſignent conventui decem libras hallenſes annis ſingulis pro ovis comparandis, & poſt deceſſum noſtrum anniverſarium noſtrum peragetur perpetuo in conventu cum albo pane, maiore menſura vini & piſcibus, cum miſſis & orationibus in ordine ipſorum conſuetis. Abrenunciamus igitur pro nobis & noſtris ſucceſſoribus univerſis omni actioni & iuri, quod nobis in huiuſmodi competebat, vel competere quommodolibet videbatur. In quorum omnium evidentiam, & robur prælibato clauſtro perpetuo valiturum, ſigillis noſtris præſens littera eſt munita. Datum anno Domini MCCLXXXXIII. menſe Septembri.

SECULUM XIII.

Anno 1293. menſe Sept. Ex archiv. monaſt. T. II. p. 73.

N. CLXXVI.

Teſtimonium *Burchardi* comitis de *Hohenberg* ſuper bona ſita in *Grunemuetſtetten*, vendita magiſtro *Conrado* Sirurgico *a*) in *Horwe* a *Bertoldo* milite de *Heiterbach*.

Seculum XIII.

Anno 1293. 8. Sept. Ex archiv. monaſt. *T. II.* p. 16. 66.

Nos *Burchardus* comes de *Hochenberg* *b*) notum facimus omnibus præſentes litteras inſpecturis, ſeu etiam audituris præſentibus vel futuris, quod *Bertholdus* miles de *Heitberbach* noſter miniſterialis, *Volmarus* filius eius, ac *Adelheidis* uxor eiuſdem *Volmari* vendiderunt bona, quæ colit ... dictus *Vettere*, & ... dicta *Cinsmeiſterin*, ſita in *Grünenmetſteten*, magiſtro *Conrado* Sirurgico in *Horwe* iuſto titulo venditionis, iure proprietatis perpetuo poſſidenda, ſine iure advocatiæ cuiuslibet, cum manu & voluntate noſtra, omnino eo iure, quo ad ipſos pertinebant, & renuntiaverunt omni iuri, actioni, repetitioni, omnique iuris beneficio tam canonici quam civilis, ſi quod ipſis in prædicta bona competeret, vel competere videbatur. Teſtis huius facti ſunt iſti: *Volmarus* de *Horenberg*, *Dietricus* de *Heitberbach* nobiles; *Heinricus* advocatus. *Bertholdus* ſchultetus. *Conradus* dictus *Gemach*, *Volmarus* dictus *Rutheler*, *Albertus* de *Thalnham*, *Albertus* dictus *Schurer*, *Waltherus Heibelwecke*, *Bertholdus* dictus raſor de *Dornheim*, *Reinhardus* balneator, *Albertus* dictus *der Mönch* cives in *Horwe*, & quam plures alii fide digni. Acta ſunt hæc *Horwe* ſuper foro, ſexta feria proxima ante nativitatem B. *Mariæ* virginis anno Dni. MCCLXXXXIII.

Præterea notum eſſe cupimus univerſis præſentium inſpectoribus ſeu auditoribus, quod cum *Adelheidis* uxor prædicti *Volmari*, filii *Bertholdi* de *Haiterbach* non eſſet præſens in *Horwe* eo tempore, quo prædictus *Bertholdus* & *Volmarus* filius eius reſignarunt prænotata bona, vocata fuit *Wiler*, & ibidem reſignavit bona ſæpius prænotata, & renuntiavit omni iuri, quod ſibi in prædicta bona competebat, & inter cætera dixit ſpecialiter ad prædictum magiſtrum *Conradum*: magiſter *Conrade*! ego reſigno

a) Legendum forte Cirurgico vel Chirurgico.

b) Hic videtur frater fuiſſe *Annæ* uxoris *Rudolphi* I. qui etiam teſtis ſubſcriptus legitur in inſtrumento pacis inter *Rudolphum* regem & *Eberhardum* comitem de *Wirtemberg* a. 1286. quod edituri eramus, niſi iam legeretur in *Steinhoveri* chronico P. II. p. 180. & *Sattleri* Hiſt. wirtemb. contin. I. addit. p. 10.

Digitized by Google

gno vobis hæc bona, & quidquid iuris mihi in ipſa bona competit, & peto Deum, ut in ipſis det vobis omnem fortunam & ſalutem. Acta ſunt hæc in *Wiler* in die B. *Mariæ* virginis nativitatis, anno prænotato, apud incluſam *Wiler*. Teſtes huius facti ſunt iſti: magiſter *Hugo*, ſcriba *Ludovici* comitis Palatini de *Tüwingen* & rector eccleſiæ in *Saleſtetten*, *Conradus* dictus *Gemach*, *Wernherus* de *Altham*, *Marquardus* frater *Bertholdi* ſchulteti, *Volmarus* dictus *Rutheler*, *Benckeli* filius *Alberti Dankolfi*, *Albertus* filius *Walpoti*, *Conradus* filius *Conradi Schorponis*, *Waltherus* de *Thalaham*, *Henricus* dictus *Buninch*, *Pencelinus* filius *Bertholdi Danckolfi*, *Bertholdus* raſor de *Dornheim*, *Waltherus* de *Thalvingen* ... dictus *Steinhart* inſtitor, & quam plures alii fide digni. Ad firmum robur & indubitatum teſtimonium omnium præſcriptorum, Nos *Burchardus* comes de *Hohenberg* noſtrum ſigillum duximus præſentibus litteris appendendum. Datum anno Dni. MCCLXXXXIII. in die nativitatis B. *Mariæ* virginis.

Seculum XIII.

N. CLXXVII.

Adolphus R. R. hortatur rectores urbium, ne S. *Blaſio* ſint impedimento in mortuariis ab hominibus ligiis percipiendis.

Adolfus Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus univerſis ſcultetis, magiſtris civium, conſulibus & rectoribus civitatum & oppidorum præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Cum honorabiles & religioſi viri abbas *a)* & conventus monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva *Conſtantienſis* diœceſis, prout ex eorum conqueſtione didicimus, in mortuariis & aliis iuribus monaſterii ſui ipſis ab hominibus ſuis cedentibus, qui iura civilia in civitatibus & oppidis ſibi contiguis receperunt, ab earumdem civitatum rectoribus & civibus impedimentum & defectus varios patiuntur, univerſitatem veſtram affectuoſe requirimus & rogamus vobis nihilominus auctoritate regia firmiter inhibentes, ut dictos abbatem & conventum contra tenores privilegiorum ſuorum ipſis ab imperatoribus & Romanis regibus indultorum in mortuariis & aliis iuribus huiusmodi impedire nullatenus audeatis, ſed ipſos permittatis ob noſtram reverentiam de eiſdem iuribus pacifice congaudere, ſicut indig-

Anno 1294. 28. Ian. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II.* p. 54.

nationem

a) Præerat adhucdum *Henricus* die 2. Nov. eodem anno mortuus.

Digitized by Google

SECULUM XIII. nationem regiam volueritis evitare. Datum in *Frankenvort* V. Kal. Februarii regni noſtri anno II. *b)*

b) Annus hic regni indicat annum 1294.

N. CLXXVIII.

Tranſactio inter *Ioannem* de *Tizzingen* & monaſterium in *Richenbach a)*.

Anno 1295. 18. Ian. Ex archiv. monaſt. T. II. p. 66.

In dem namen Gotts amen. Kunt ſi allen, die diſen brief leſent, und in leſen hörent, daz den krieg, der zwiſchen dim Prior hren *Cunrad* von *Richenbach* une ſinen herwn was an aime taile, un dim hren *Iohanſe* von *Tizzingen*, und ſinen erben an dem anderen taile, daz den geſchaiden hant, die erbären hrn, hre *Eberhart* von der Gotts gnade der Abbt von *Zwiveltun*, un herre *Schwiger* der lange von *Gundelvingen*, und hant in geſchaiden in diſe wiſe, daz der hof ze *Tizzingen* dier herre von *Richenbach* ze vogtrechte ſol gen ze ſante Georgen dage ahzehen haller, und ze ſante Michels miſ ahzehen haller, ainn ſchoffel habern, und ain hun und diube, und fräveli. Darnach von ieder hube ze ſante Georgen dage niun haller, und ze ſante Michels miſ nüne und abr iede hube ainn ſchoffel habern, und ain hun und diube und fräveli. Darzu ſo iſt me gerett, daz die herren von *Richenbach* de kainn anderen Vogt uber din vorgenanten gut ſezzen ſuln, won hern *Iohanſen* den vorgeſchribenn, un ſin erben. Darnach iſt abr me gerett, daz di herren von *Richenbach* diu gut, diu davor geſchriben ſtant, ſullen weder verſezzen, noch verkoufen, noch in de kainer anderre wiſe verändern won mit herren *Iohannes* und ſiner erbe willen. Und alſam herwider ſule hre *Iohannes* un ſin erben diu ſelben gut weder verkoufen, noch verſezzen, noch anders verändern, won mit de herro willen von *Richenbach*. Darzu ſo iſt fürbaz me da geſprochen, daz herre *Iohannes*, und ſin erben, diu vorgerürten gut niezen ſuln am halptail, danach als da vor geſchriben ſtat al die wil, biz daz die herren von *Richenbach* uber koment mit hren *Balſam*, daz ſin ain gemain vogtrechte ſin, daz darnach niemer me getailet werden ſol. Darzu ſo iſt gerett, daz hre *Iohannes* und ſin erben de kainer

a) Vid. charta ſequens, in qua nova inter eoſdem tranſactio habetur.

Digitized by Google

kainer laige herberge niemer ſuln gehan uf den ſelben guten. Dirre dinge ſint geziugen herre *Hug* von *Münchingen*, hre *Heinrich* von *Magenecke*, bede Ritter. Herre *Cunrad* der iunge von *Gundelvingen*, *Ulrich* von *Zainingen*, *Hug* von *Boltringen*, *Bertold* der ebenze, *Walther* von *Horwe* en burger. *Albrecht* von *Nievren*, und ander gnuge erſame lüte. Diz dinc beſchach in dem iar, do man raite von Criſtes geburte zwelf hundert iar, und viunf und niunzig iar. Und wart geſchriben und geben dirre brief an ſante *Priſcen* dage einer magde. Daz diſiu ſchaidunge ſtäte und veſte belibe, als ſiu hie geſchriben ſtat, ſo ſint an diſen brief gehencket diſiu gegenwertigin ynſigel dis Graven *Gottfrides* von *Dowingen*, dis abbtes von *Hyrſowe*, dis abbtes von *Zwiveltun*, hren *Swiger* des langen von *Gundelvingen* der burger von *Ruthelingen*, hren *Hart.* dis vogtes von *Achalm*, und hren *Cunradis* ynſigel dis Prioris von *Richenbach*. Indict. VIII. SECULUM XIII.

N. CLXXIX.

Nova tranſactio inter Equites de *Tizzingen* & monaſterium in *Richenbach*.

In Gottes namen amen. Wir der .. Prior unde der Convente von *Richenbach* ain ſite, unde ich *Balſam* von *Tizzingen* ain Ritter, ich *Balſam* der iünger ain Ritter, *Reinhart*, *Wigant* gebrüder ſine ſune, für uns unde alle unſere erben ander ſite künden allen die diſen brief anſehent oder hörent leſen, daz wir umbe den krieg den wir mit ananderhaten uf dem gute ze *Tizzingen*, daz haizet der herren gut von *Richenbach*, uf houe unde uf huben, und ſwaz darzu höret, geſchaiden ſin als hienach geſchriben ſtat. Der hoff ze *Tizzingen* der herren von *Richenbach* ſol gen ze vogtrechte ierliches gemanlich den vogete, daz ſie ir ſchirmer uf den gute ſin, ze ſancte Georgien meſe nüwan ahzehen haller, und ze ſancte Micheles meſe och ahzehen haller, ain ſchofel habern, und ain hun, und duibi und freveli. Darnach von ieder hube ierliches ze ſancte Georien meſe nuiwan nuin haller, und ze ſancte Micheles meſe och nuin haller, und aber iede hube ain ſchofel habern, und ain hun und diubi und freveli. Diz vogetrechte ſol her *Balſam* und ſine ſune oder ſine erben gemainlich niezzen und han mit irem vetteren herrn *Iohannes* von *Tizzingen* oder ſine erben, unde un- Anno 1295. 5. Oct. Ex archiv. monaſt. T. II. p. 66.

 getai-

Digitized by Google

SECULUM XIII.

getailet, alſo daz in und ſine ſüne oder ſine erben daz halptail des vorgeſchriben vogetrechtes nüwan angezühet. Her *Balſam* oder ſine erben ſuln och ſünderlingen han van des ſnuchen wegen uf dem vorgenanten hove järliches ain malter roggen, und eines habern, und ain hun, und von ieder hube ainen ſchoffel roggen, und ain ſchoffel habern, und ain hun, alſo daz ſie der herren von *Richenbach* ſchirmer ſin uf allem ir gute, und och alſo daz ſie dazſelbe ſünderbere vogetrechte niezzen und haben gemain und ungetailet hr *Balſam* und ſine erben. Sich hat och h. *Balſam* und ſine ſüne für ſich unde alle ir erben verzigen alles anderes rechtes, ob ſie dehain ander recht denne hie vorgeſchriben iſt, uf hove oder uf huben ſolten han oder ſwaz darzu höret. Und hant darumbe der . . Prior und de Convente von *Richenbach* inen gegeben und bewiſet uf ire huben ze *Tizzingen* drizzig ſchillinge haller geltes, und varn gelan alle die nuzze, die ſie in hant genomen, und hant inen darzu gegeben zehen ſchillinge und zwelf phund haller. Daz gut ich *Balſam* ain Ritter der vorgenande und mine ſüne von in emphangen han, und in unſern und unſer erben nuzze verkeret, und ſin och bewiſet der drizig ſchillingen haller geltes uf den huben ze *Tizzingen*. Ez iſt och umbe daz viertail des zehenden ze *Tizzingen* alſo geſchaiden, daz hr *Balſam* und ſine ſüne oder ſine erben nihze niht mit dem zehenden ſuln ze ſchafande han, wan daz hr *Balſam* der alte, und der iunge hr *Balſam* der elteſte unter ſinen ſünen, und *Wigant* ſine ſune in ſuln han zu ir libe oder die wile ſie lebent, und ſuln den hren von *Richenbach* dervon gen iedes iares zu unſerre Vrowen meſſe der iüngerin *a)* ſibenzehen malter roggen Lewenberger meſſes, und ſo ſie enſint oder abgant, ſo ſol inen ir zehende, der vorgeſchriben, ledig und lere ſin. Were och, daz Gott wende, daz von hagel oder von miſewehze oder von gemanen urluge von dem zehenden iht abgienge ane alle geuarde, ſo ſol den hren von *Richenbach* von den ſibenzehen malteren roggen abegan, ſwaz die huber des dorfes ze *Tizzingen* ertailent uf den ait, nach gemainer gewonhait des ſelben dorfes ane aller slahte geuerde. Ez iſt och geſchaiden umbe daz holz oder umbe den walt, der da heizzet der herren walt von *Richenbach*, und in den vorgenanten hof ze *Tizzingen* höret, daz hr *Balſam* und ſine ſüne oder ſine erben nihze nicht dermite ze ſchafene hant, wan daz ſie ir vogete und ir ſchirmer darüber ſuln ſin, und ſüln niemand darinne erlöben ze howende, wan mit der herren willen von *Richenbach*, und ſuln och ſelbe darrinne nicht howen noch von iren wegen haizzen howen,

a) Id eſt in Nativitate B. Mariæ Virg. *Haltbauſ.* Calend. p. 123.

wen, daz ſchiedelich oder unzimelich oder beſſerunge wert ſie, wan mit der herrn wille von *Richenbach.* hr. *Balſam* von *Tizzingen* und ſine ſüne oder ſine erben ſuln die hre von *Richenbach* an irme gute ez ſie an dem zehenden uf houe oder uf hube und ſwaz darzu höret, nicht irren noch beſweren, noch ſchaſten geirret werden noch beſweret, anders denne hie vor geſchriben ſtat one alle geuerde. Und daz gelopt mit guten trüwen für ſich und alle ir erben ſtete zehabende als hie vorgeſchriben iſt ane aller ſlathe geuerde. Were aber, daz Gott wende, daz ſie oder ir erben hiewider teten, und nicht ſtete heten als hie vorgeſchriben iſt, ſo ſolten ſie oder ir erben inernt ainem Manod darnach, ſo ſie von den herrn von *Richenbach* oder ir gewiſſen boten wurden gemant, ez wider tun ane alle geuerde, teten ſie des nicht und ſprechen, daz ſie nihzehnicht wider tun ſolten, und ain ſtotz und ain miſſehelli alſo wurde zwiſchen in und den hrn von *Richenbach*, daz ſol denne ſtan an hr *Hugo* dem keller von *Munchingen* ainem Ritter und an *Dietherich* der hieſen ainem burger von *Lewenberch*, die wir iegweder ſite darzu haben erwelt gemanlich: und ſprechend die zuene, ſo ſie der ſache erkennet, daz ſie ihzu ſuln widertun oder ir erben, daz ſulen ſie tun, als ſie die zwene haizzen ane alle geuerde. Teten ſie des nicht, ſo ſuln ſie ab allem irme rechte gevallen ſin, und verlorn han alles ir rechte daz hie vorgeſchriben iſt, und ſuln die hre von *Richenbach* ander vogete weln und nemen ſwen ſie wen über ir gute ze *Tizzingen*, und ſuln in ſelber heran beholfen ſin mit gerichte und ſwa mit ſie mügen. Were aber, daz Got wende, daz der zuaiger ainer oder ſie baide abgiengen oder enweren, ſo ſuln ſie iegwedir ſite mit ananander ainen ander an des ſtat weln und gen der gemain darzu ſie uf den ait ane alle geuerde, oder zwene ander ob ſie baide abgiengen. Der Prior und der convente von *Richenbach* und ir nachkomenne ſuln och die vorgeſchriben gut ze *Tizzingen* weder verſezzen noch verkufen noch anders verenderen, alſo daz ſie daz gut icht empfrümeden noch de kainen anderen Vogten weln alle die wile hr *Balſam* und ſine ſüne oder ir erben ab ir rechte nicht gevallen ſint, noch verlorn hant alſo hie vorgeſchriben ſtat, wan mit ir willen. Herwider ſol och her *Balſam* und ſine ſüne oder ſine erben daz Vogetrechte daz ſie da hant weder verſezzen noch verkufen noch anders verenderen wan mit der herrn willen von *Richenbach*, oder ſie ſuln ir rechte verlorn han, und gevallen ſin an ir rechte als hie vorgeſchriben ſtat. Die gezüge die heran waren ſint ... Phaf *Manze* von *Hauingen*, *Cunrat* von *Hauingen*, magiſter *Hainrich* von *Stutgarte.* Phaf *Dieſche* der lüte prieſter ze

SECULUM XIII.

Haringen, *Wernher* der Boppezer von *Blieningen*, *Albrecht* der brenner von *Haimertingen*, Phaf *Wigart* ain Kirchherre von *Rutmarsheim*, und ander erber lüte genuge. Daz aber dis ware und ſtete belibe als hie vorgeſchriben iſt, ſo bitten wir der ... Prior von *Richenbach* von unſern und unſeres conventes wegen, und ich *Balſam* von *Tizzingen* ein Ritter von minen und miner ſüne oder miner erben, und ich der iunge *Balſam* ſine ſune ain Ritter och von minen und miner brüder und aller miner erben wegen, unſern hrn von Gottes Gnaden Abbet *Gotfriden* von *Gengenbach b*), der an dirre ſach Richter waz von des Babeſtes gewalt, und unſern hrn von Gotes Gnaden abbet *Gotfriden* von *Hirſowe*, wan er hie bi waz, und ez alſo ſchict als hie vorgeſchriben iſt, daz ſie irin inſigel mit unſern inſigel an diſen brief hencken ze ainem offenen und ſteten urkunde dirre vorgeſchribenen Dinge. Wir abbet *Gotfride* von *Genginbach* wan wir heran waren Richter von des Babeſtes gewalt, und wir abbet *Gotfride* von *Hirſowe* wan wir hie bi waren, und ez alſo geſchaiden han, durch die bette ... des Priors von *Richenbach*, hrn *Balſames* von *Tizzingen*, und hrn *Balſames* des iungen ſines ſunes Rittern, hencken unſerin inſigel mit iren inſigelen an diſen brief ze ainem offenne und ſteten urkunde dirre vorgeſchribener dinge. Wir och der convente von *Richenbach*, wan wir aigen inſigel nicht enhaben, binden uns under unſers heren ... des Priors von *Richenbach* inſigel und och under der anderen hren inſigel. Und ich *Reinhart* und *Wigant* die vorgenanden mit andern unſern brüder allen ſament, wan wir aigener inſigel nicht enhaben, binden uns unde alle unſer erben under unſers Vater hren *Balſames* von *Tizzingen*, und under unſers bruder hrn *Balſames* des iungen Ritter inſigel, und och under der ander hern inſigel, war und ſtete zu habende diſin ding als hie vorgeſchriben iſt. Dirre brief wart gegeben und beſchach ze *Hounigen* an der nachſten Mittwoche nach ſancte Michaheles tage, da man zalte von Gotes geburte zwelf hundert iar, nünzig iar, in dem fünften iar.

b) Ergo eius anteceſſor *Bertholdus*, qui in *Gallia Chriſt.* T. V. p. 871. an. 1297. obiiſſe memoratur, abdicaverit, aut antea obierit, quum eius ſucceſſor iam an. 1295. hic abbas notetur.

N. CLXXX.

Digitized by Google

N. CLXXX.

Bertoldi II. abb. S. *Blaſii* donationes.

Seculum XIII.

Anno 1295. Ex archiv. S. Blaſ. T. II. p. 149.

Bertholdus divina permiſſione abbas monaſterii S. *Blaſii* huius nominis ſecundus natus de *Obrinhuſin* omnibus præſentium inſpectoribus notitiam ſubſcriptorum. Ne geſta modernorum prolixitate temporis labilique memoria hominum inficiari valeant, expedit ea ſcripturarum teſtimonio perhennari. Hinc eſt, quod cum nos cultum divinum & ea, quæ divini nominis gloriam ac venerationem ſanctorum, nec non commemorationem fidelium animarum pertinent, augeri deſideremus potius quam minui, prout noſtri officii debitum poſtulat & requirit. Et quia quædam altaria in noſtro monaſterio de novo conſtructa, & alias noſtrum monaſterium in luminaribus defectum non modicum invenimus ſuſtinere, nos huic defectui cupientes ſalubre remedium adhibere, cenſus infra conſcriptos & per nos conquiſitos ipſis luminibus præſentibus applicamus. Primo videlicet unam libram denariorum de decima fœni in *Bernowe*, quam homines ibidem reſidentes ſolvere tenentur ſine diminutione in feſto aſſumptionis S. *Mariæ* de XVII. fœudis antiquis ibidem ſitis, prout in inſtrumento deſuper confecto plenius continetur. Et de eadem libra X. ſolidos ad lampadem altaris confecti in honore corporis & ſanguinis Domini deputamus: reliquos vero X. ſolidos in die eiuſdem feſtivitatis ad candelas accendendas, prout etiam conſuetum fieri in maioribus feſtivitatibus ſimiliter deputamus. Idem ad capellam S. *Chriſtofori* X. ſolidos de curia *Haybach* debitos applicamus: & cum hoc lampadi capellæ S. *Iohannis Baptiſtæ*, quæ hucuſque noctibus ſingulis tantum ardere ſolebat, quod deinceps in perpetuum die noctuque valeat elucere, X. ſolidos de præfata curia *Haybach* conſimiliter adaptamus, & iſtam libram denariorum frater *Wernherus* de *Mettinberch* noſtro monaſterio legavit. Item quia a retroactis temporibus tres lampades duntaxat coram altari publico pendere conſueverunt, quarum una tantum in die, duæ vero in nocte ſolebant accendi hucuſque, nos ad habendam memoriam felicis recordationis quondam *Ruodolfi* ſacerdotis de *Rorboz* VII. fruſta de bonis ſitis in *Thoezrieden* quæ præfatus *Ruodolfus* noſtro monaſterio legavit, ſtatuimus volentes, ut tres lampades ſupraſcriptæ die noctuque continuatim in antea ardeant, & ut iſta commodius fieri poſſint, VII. fruſta ſupraſcripta luminibus prædictis inrevocabiliter adaptamus. Item cenſus X. ſolidorum, quorum

 V. ſolidi

SECULUM XIII.

V. ſolidi de fœudo dicti *dez Seiellen* de domibus, & III. ſolidi de novo fœudo *Wernheri* camerarii ibidem, & II. ſolidi de prato *Iohannis* de *Kuturowe* ibidem ſito dantur, lampadi pendenti ante fores monaſterii, quæ quidem lampas tantum ſolita fuit accendi hora matutinali, & ardere uſque ad finem eiusdem matutini ob commemorationem fidelium ibidem quieſcentium, ut deinceps totam noctem ibidem ardere poſſit præſentibus deputamus. Item ad lampadem poſitam in muro *Paradiſi* ut die noctuque in commemorationem fidelium ibidem quieſcentium luceat, unam libram hallenſium deputamus, quam libram quondam felicis recordationis *Fridericus* de *Hohenhaim* in remedium animæ ſuæ propter Dominum nobis dedit & legavit. Item ad lampadem pendentem in medio chori veteris monaſterii, ut in antea noctibus ſingulis ardeat, X. ſolidos de bonis in *Gurtwil* ſitis deputamus, quos quidem X. ſolidos quondam magiſter *Waltherus* miniſter in *Scœnowe* in ſuæ ſalutis remedium noſtro monaſterio comparavit. Item ad duas candelas, quæ in elevatione ſacræ hoſtiæ ad publicum altare ſolitæ ſunt accendi VIII. ſolidos de *Tillindorf* de bonis quondam *Arnoldi* dicti *Kurweli*, & IX. ſolidos de villa *Roetinbach*, quos quidem IX. ſolidos dictus de *Beringer* civis in *Vilingen* legavit noſtro monaſterio, perpetuo adaptamus. Item X. ſolidos de novo fœudo *Hainrici* de *Rikinbach* debitos in valle *Bernowe* ad unam candelam, quæ poni debet ad medietatem publici altaris, quæ quidem candela diebus ſingulis in miſſa publica perpetuo debet ardere, nihilominus deputamus. Item ad lampadem domus infirmariæ ut in antea perpetuo poſſit ardere in remedium animarum fratrum ibidem morientium novem ſolidos in *Enswiler* de bonis emptis per *C.* de *Grieshain*, & II. ſolidos de decima fœni *Heinrici* de *Rikinbach*, qui duo ſolidi dantur de novo fœudo, præſentibus applicamus. Item & candelam quæ in elevatione. (Reliqua in ipſo rotulo authographo deſunt).

N. CLXXXI.

Henricus & *Otto* comites *Gemini-pontis* vendunt *Albæ Dominorum* villam *Spilberg*.

Anno 1296. menſe Mart. Ex archiv. monaſt. *T. II. p.* 73.

Noverint univerſi preſentem litteram inſpecturi, quod nos *Heinricus* Dei gratia comes *Gemini-pontis a*) tenore preſentium publice profi-

a) *Zweybrucken.*

profitemur, quod nos villam noſtram *Spillberc* nobis iure proprietatis attinentem cum marchia tota, & campis, ſilvis, agris, pratis, aquis, viis, inviis, almendis, communitatibus & commoditatibus univerſis *beſuebt & umbeſecbet b)*, & quæ iure advocatiæ *Dube*, *Frevel*, *Nivre*, *Bete*, *Enivage*, cum cenſibus, redditibus & hominibus propriis, qui eiſdem bonis attinent vel qui nobis attinebunt, & tunc temporis in eiſdem morabuntur, cum omnibus iuribus & utilitatibus ac attinentiis univerſis, quocunque nomine cenſeantur: hec inquam omnia vendidimus, & atteſtatione preſentium vendimus clauſtro monachorum in *Alba Cyſterc.* ordinis *Spirenſis* diecesis pro centum libris Hallenſium, quas nos integraliter recepiſſe profitemur per preſentes, renunciantes & abdicantes pro nobis & noſtris heredibus, coheredibus & ſucceſſoribus univerſis, omni actioni & iuri, quod nobis & noſtris in huiuſmodi competebat vel competere quomodolibet videbatur, & conferentes eadem omnia in monachos antedictos libere perpetuo poſſidenda, obligantes nos & noſtros ac noſtra ad veram & plenam Warandiam, & evictionem faciendam ſecundum viam iuris ſuper eiſdem bonis, ubicunque ſepedictis monachis viſum fuerit oportere. In cuius rei evidentiam & robur perpetuo valiturum preſentem litteram ſigillo noſtro unacum ſigillo *Ottonis* fratris noſtri ſepedictis monachis tradidimus communitam. Nos quoque *Otto* Dei gratia comes antedictus de *Geminoponte* profitemur, preſcripta omnia eſſe vera, & conſenſum noſtrum ac voluntatem plenariam huiuſmodi adhibentes, ſigillum noſtrum unacum ſigillo *H.* fratris noſtri predicti preſentibus duximus appendendum. Datum anno Dni MCCXCVI. menſe marcio. SECULUM XIII.

b) i. e. ſeminatas & non ſeminatas, cætera advocatiæ iura hic enumerata paſſim in huius ævi chartis notantur.

N. CLXXXII.

Concambium de hominibus ligiis inter Capitulum *Conſtantienſe*, & monaſterium S. *Georgii*.

Omnibus preſentium inſpectoribus *C.* de *Friburcb* præpoſitus *a)*, totumque capitulum eccleſie *Conſtantienſis* ... divina miſeratione .... abbas *b)* totuſque conventus monaſterii ſancti *Georgii* in Nigra Silva, orationes Anno 1297. 21. Mart. Ex archiv. San-Georgii. *T. II. p.* 60.

a) *Conradus*. b) *Bertholdus* abbas.

Digitized by Google

SECULUM XIII.

orationes in Domino cum notitia ſubſcriptorum. Notum facimus univerſis & tenore preſentium profitemur, quod nos *Adelhaidim* ſororem *Wer.* dicti ſub Filia, de *Huſen* prope *Luſſen*, ancillam præpoſituræ *Conſtantienſis* aſcriptitiam ſeu annexam curiæ in *Huſen*, pertinenti præpoſituræ *Conſtantienſi*, cum *Adelhaidi* filia *Ruod.* villici de *Obernvlath*, ancilla monaſterii ſancti *Georgii* predicti, permutavimus, & tenore preſentium permutamus, ita ut iam dicta *Adelh.* in prepoſiture *Conſtantienſis* ecclesie, reliqua vero *Adelhaid* de *Huſen* in monaſterii ſancti *Georgii* predicti ius, dominium & ſervitutem tranſeat libere & abſolute, adhibitis circa permutationem huiuſmodi debitis & legitimis ſolempnitatibus, que de iure, facto, ſeu conſuetudine debent vel ſunt ſolite adhiberi. In cuius rei teſtimonium ſigilla venerabilis Dni *H.* Dei gratia *Conſtantienſis* epiſcopi, *C.* prepoſiti & capituli *Conſtantienſis* predictorum, . . . abbatis & conventus monaſterii predicti preſentibus ſunt appenſa. Nos magiſtri *Walth.* ſcholaſticus & *C. Pfefferh.* canonici eccleſie *Conſtantienſis*, gerentes vices venerabilis Dni *H.* Dei gratia eccleſie eiuſdem epiſcopi, agentis in remotis *c)* permutationi predicte vice & nomine dicti Dni noſtri epiſcopi eamque rite facere & legitime, conſentimus, preſertim cum in hoc tam prepoſiture *Conſtantienſis*, quam monaſterii predicti utilitas procuretur. Dat. *Conſtantiæ* a. Dni. M.CC. XCVII. XII. Kal. April. Indict. X.

c) *Henricus* II. ſæpius cum *Alberto Auſtriaco* morabatur, cui uti & patri *Rudolpho*, quorum cancellarius erat, acceptiſſimus fuit. Hic anno ſeq. 30. Mart. ratas habuit indulgentias S. *Blaſii* monaſterio conceſſas.

N. CLXXXIII.

Rudolphus de *Roſſewag* monaſterio *Albæ Dominorum* in marchia *Bruchſella* partem decimæ remittit.

Anno 1299. menſe April. Ex archiv. monaſt. *T. II. p.* 74.

Nos *Rudolphus* de *Roſſewag* libere condicionis homo tenore preſentium publice profitemur, quod terciam partem decime utriuſque frumenti in marchia *Bruchſellen* habeamus ab illuſtri Dno noſtro *Wilhelmo* comite de *Katzinbelinbogen* titulo feodali, quam inquam partem decime *Gerhardus* miles de *Ubeſtat* & filii ſui dicti *Suikerus* & *Gerardus* ex conſequenti comitia a nobis habebant titulo feodali. quique dictam decimam abbati & conventui de *Alba Ciſterc.* ordinis *Spirenſ.* diœc. pro ducentis viginti libris

Digitized by Google

SECULUM XIII.

libris *Hallenſium* vendiderunt, & in recompenſam & reſtaurum predicte decime novem iugera prati, quæ dicuntur *Brüwel in Nidern-grünbach* & ſex iugera vinearum *ob der Steig.* Item curiam *Zeiſolfi* quondam antiqui ſculteti ibidem & duo iugera prati & unum iugerum vinearum ad manus noſtras reſignarunt, recipientes iterato equidem a nobis titulo feodali, & debitum nobis fidelitatis homagium preſtiterant ſicut prius. Unde nos pro nobis & noſtris heredibus & ſucceſſoribus univerſis profitemur, ſufficiens recepiſſe reſtaurum; & predictam partem decime cum omni iure & utilitate contulimus, & atteſtatione preſencium conferimus prefatis abbati & conventui de *Alba* iuſto proprietatis titulo perpetuo poſſidendam. Renunciantes propter reſtaurum predictum omni actioni, petitioni & iuri, quod nobis, vel noſtris in huiuſmodi competebat, vel competere quomodolibet videbatur. In cuius rei evidentiam ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Nos igitur *Wilhelmus* Dei gratia comes de *Katzenbellenbogen a)* antedicte venditioni predicte decime factam a *Gerhardo* milite de *Ubeſtat* & filiis ſuis & reſtaurum ſive recompenſam acceptam a *Rudolfo* de *Roſſewag* fideli noſtro ratam & gratam habentes in nomine Dni confirmamus, & preſcriptam decimam cum omni iure & utilitate contulimus, & atteſtatione preſencium conferimus ſepedictis abbati & conventui de *Alba Ciſterc.* ordinis *Spirenſ.* dioec. iuſto proprietatis titulo perpetuo poſſidendam, abrenunciantes & abdicantes pro nobis & noſtris heredibus & ſucceſſoribus univerſis omni actioni & iuri, quod nobis vel noſtris in huiuſmodi competebat. In cuius rei teſtimonium & robur predictis monachis ſigillo noſtro unacum ſigillo *Rudolphi* de *Roſſewag* & *Gerhardi* militis de *Ubeſtat* ac filiorum ſuorum predictorum preſens littera eſt munita. Datum anno Dni MCCXCIX. menſe Aprili.

a) Monaſterium *Alba Dominorum* comites de *Katzenelnbogen* paſſim munificos expertum eſt hoc ſeculo, cuius rei varias chartas producit Cl. *Wenck* in nupera hiſtoria ſua *Haſſiaca* inter documenta, videlicet duas *Dietheri* a. 1257. de bonis in marchiis *Dordingen, Obracker & Bruchfell* (p. 23. ſeq.) & aliam eiuſdem a. 1267. qua conſentit in venditionem advocatiæ in *inferiori Tardingen* (p. 23.).

N. CLXXXIV.

Venditio eiuſdem decimæ dicto monaſterio facta.

Ego *Gerhardus* miles de *Ubeſtat* unacum filiis meis *Dietrico*, *Ruodolfo*, *Swikero* & *Gerhardo*, tenore preſentium profitemur, nos vendiſſe

Anno 1299. menſe Maio. Ex archiv. monaſt. *T. II. ſ.* 74.

Seculum XIII.

diſſe . . . abbati & conventui de *Alba Cyſterc.* ordinis, *Spirenſis* dyoceſis tertiam partem decime utriuſque frumenti in omnibus terminis & marchia *Bruchſellenſi* præter *Forſt*, *Nithart* & *Buechelnowe* pro quingentis quindecim libris *Hallenſium*, quas nos integraliter recepiſſe preſentibus profitemur. Hanc inquam decimam . . . & ſimpliciter unacum manu & conſenſu Dni noſtri *Ruodolphi* de *Roſſewag*, a quo predictam decimam tenebamus titulo feodali, reſignamus & aſſignamus ſepedictis abbati & conventui de *Alba*, abrenunciantes & abdicantes a nobis & noſtris heredibus & ſucceſſoribus univerſis omne ius, quod in predicta decima habuimus vel habere viſi ſumus, abrenunciantes etiam illi conſtitutioni, qua juvari ſolent decepti ultra dimidiam iuſti precii, & in reſtaurum predicte decime novem iugera prati in *Niderngrumbach*, que dicuntur *Bruwel*, & ſex iugera vinearum *ob der Steige.* Item curiam *Zeiſolfi* quondam antiqui ſculteti ibidem, & duo iugera prati, & unum iugerum vinearum ad manus predicti Dni *Ruodolfi* reſignavimus, recipientes ab eo iterato eadem bona titulo feodali. Nos quoque *Ruodolfus* de *Roſſewag* prenominatus profitentes per preſentes ſufficiens recepiſſe reſtaurum, contulimus, & atteſtatione preſentium conferimus prefatis . . . abbati & conventui de *Alba* predictam decimam iuſto proprietatis titulo perpetuo poſſidendam, renunciantes propter reſtaurum predictum omni actioni, impetitioni & iuri, quod nobis vel noſtris in huiuſmodi competebat, vel competere quomodolibet videbatur. In cuius rei evidentiam & predictis monachis robur perpetuo valiturum, ſigillum noſtrum unacum ſigillis predictorum de *Ubeſtat* preſentibus duximus appendendum. Datum anno Dni milleſimo, duceteſimo, nonageſimo nono, menſe Maio.

N. CLXXXV.

Bertoldus abbas S. *Blaſii Petro* epiſcopo *Baſilienſi* montem *Vollenberg* in feudum concedit.

Seculum XIV.

Anno 1301. 3. Sept. Ex archiv. San-Blaſ.

In nomine Domini amen. Nos *Berchtoldus* divina permiſſione abbas monaſterii S. *Blaſii* Nigræ Silvæ *Conſt.* diœceſis O. S. B. notum facimus præſentium inſpectoribus univerſis, quod, cum futuris periculis prudenter ſit occurrendum, habito pluries diligenti tractatu & conſilio cum conventu noſtro, & evidenter recepto nemine diſcrepante infra ſcriptum

Digitized by Google

ſcriptum tractatum conſiderantes ad utilitatem divinæ domus redundare, medietatem apicis ſeu ſummitatis rupis ſeu montis, qui vulgariter *Vollenberg* nominatur, ſiti ſupra *Rhenum*, & ſupra villam *Chems*, ad dictum noſtrum monaſterium iure dominii ſpectantis, in ea parte tantum, ubi habilis eſt vel eſſe poteſt ad caſtri ædificationem, pro nobis noſtrisque ſucceſſoribus locavimus & locamus per præſentes in emphyteoſis perpetuum contractum R. Patri ac domino *Petro* Dei gratia *Baſilienſi* epiſcopo & eius ſucceſſoribus pro annua penſione trium librarum ceræ ponderis *Baſilienſis* in feſto Purificationis annis ſingulis dicto noſtro monaſterio exſolvenda, religioſo viro D. *Martino* præpoſito S. *Leonardi Baſilienſis* vicario prædicti Patris ac domini Epiſcopi in ſpiritualibus generali, & ſtrenuo milite domino *Iohanne Mazarelli* prædictam locationem ſeu emphyteoſim nomine ac vice domini Epiſcopi in remotis agentis *a*), & ſucceſſorum ipſius, & eccleſiæ *Baſilienſis* perpetuo a nobis recipientibus ſub penſione annua memorata: hoc videlicet modo & conditione, quod prædictus dominus Epiſcopus, & poſt eum eius ſucceſſores in perpetuum non poſſint, nec debeant in dicta rupe ſeu apice nec per ſe, nec per alios aliquod caſtrum conſtruere, vel conſtrui permittere, ſeu munitionem aliam quocunque nomine cenſeatur, nec etiam aliquem ſeu aliquos de ipſa medietate rupis infeodare. Et ſi forſan ſecus factum fuerit, prædictus contractus emphyteoſeos eatenus, quatenus præſcriptus eſt, penitus ſit diſſolutus, ut ipſa medietas rupis, quæ locata fuerat per nos, ut eſt præmiſſum, ad dictum noſtrum monaſterium totaliter & libere revertatur. Et promiſerunt præfati domini vicarii vice ac nomine domini Epiſcopi antefati prælibatam locationem ratam & firmam ſe habituros bona fide & ſine fraude. Et ſi prædictus dominus Epiſcopus reverſus ad eccleſiam *Baſilienſem* ipſum contractum, prout præſcriptus eſt, aliquo forte caſu ratum nollet habere, quod dictum inſtrumentum, ſeu litteras nobis & monaſterio noſtro bona fide reſtituant, maxime poſtquam a nobis fuerint requiſiti, & quod ex tunc proclament ipſum contractum eſſe penitus diſſolutum. Et ad prædictam reſtitutionem litterarum prædictus miles ſe & ſuos ſucceſſores ſpecialiter obligavit ſub pœna XX. marcarum, ſi ſecus fecerit, ipſi noſtro monaſterio ſolvendarum. Promiſit etiam præfatus miles bona fide ac ſub pœna prælibata ſe facturum & curaturum, quod ſæpe fatus dominus Epiſcopus, ſi ad eccleſiam *Baſilienſem* reverſus fuerit, ſi locationem prædictam ratam habere voluerit, aliquas poſſeſſiones ad ſolutionem

SECULUM XIV.

a) *Petrus* ab *Aſpelt* dein archiepiſcopus *Moguntinus* ubi hoc anno in remotis egerit, non reperi; forte apud *Henricum Lucelburgenſem* dein Imperatorem, cuius electionem ipſe maxime promovit.

Digitized by Google

SECULUM XIV.

præfatæ penſionis bene ſufficientes ſibi ſpecialiter pertinentes, dabit & aſſignabit nobis, de quibus monaſterium S. *Blaſii* penſionem trium librarum ceræ ponderis antedicti poſſit recipere annuatim, quamque prædictam penſionem ſtatuto termino exſolvat, quamdiu dominus epiſcopus egerit in remotis, & poſſeſſiones, ut eſt præmiſſum, monaſterio non aſſignaverit. Ad hæc damus prædictis vicariis poteſtatem nanciſcendi & intrandi poſſeſſionem, quando voluerint, medietatem dictæ rupis dicto modo locatæ. Eſt etiam prænotata locatio a nobis facta ſic, ne iura ſive culturæ vinearum ſeu agrorum, ſeu etiam pratorum, ſiquis eas vel ea habuerit infra apicem ipſius montis ſive circa ſummitatem ad conſtructionem caſtri aptam ſive congruentem, ex prædicta conceſſione ſeu locatione ex parte prædicti domini epiſcopi contingantur modo aliquo, vel lædantur, quia circa illas partes vel iura nihil prædicto epiſcopo præſentibus locamus. Nos præpoſitus & *Ioannes Mazerelli* miles, vicarii prædicti fatemur, præfatam locationem ſeu emphyteoſis conceſſionem eo modo, quo prætactum eſt, factam, & ipſam vice & nomine prænotati domini epiſcopi & eccleſiæ *Baſilienſis*, & eius ſucceſſorum recipimus præſentibus ſub obligationibus, modis & conditionibus omnibus ſupra ſcriptis. In quorum evidentiam & robur perpetuum nos prædictus abbas ſigillum noſtrum præſentibus duximus appendendum. Et nos *Martinus* præpoſitus, & *Iohannes Mazerelli* vicarii prædicti ſigilla noſtro unacum ſigillo domini abbatis duximus præſentibus in teſtimonium præmiſſorum ſimiliter appendenda. Datum & actum *Baſileæ* anno Domini MCCCI. VIIII. Kal. Octobris indictione XIII. *b*).

b) Currebat tunc indictio XIIII.

N. CLXXXVI.

Wilhelmitis in *Mengen* ius patronatus capellæ in *Ruolfingen* concedunt nobiles de *Ruolfingen*.

Anno 1304. 10. Octob. Ex archiv. monaſt. *T. II. p.* 82.

In nomine Domini amen. Omnibus præſentem litteram inſpecturis *Wernherus*, *Ulricus* filius eius, & *Ulricus* filius fratris ſui nobiles de *Ruolfingen*, cæteriſque quorum intereſt, vel intereſſe poterit, infra ſcriptorum notitiam & ſinceram in Domino charitatem. Religioſam vitam eligentibus diligenti conſideratione proſpicere & præſentis vitæ habetur ſubſidium & æternæ remunerationis procul dubio expectatur præmium.

mium. Ad ſubveniendum itaque neceſſitatibus multæ religionis virorum dilectorum ſcilicet in Chriſto Prioris & fratrum ordinis S. *Wilhelmi* domus in *Mengen Conſtantienſis* diœceſis, ut iidem liberius valeant divinis inſiſtere laudibus, ius patronatus capellæ in *Ruolſingen* ob noſtrarum & parentum noſtrorum animarum ſalutem donatione inter vivos pure & ſimpliciter ac irrevocabiliter donamus & tradimus ad tenendum, poſſidendum, ſeu quaſi poſſidendum, & ad faciendum de eodem iure, quidquid ipſis videatur eorum domui expedire, promittentes eandem donationem in perpetuum gratam & ratam habere, & nunquam contra ipſam venire quocunque modo ſeu ingenio. Renuntiamus etiam exceptioni doli mali, & omni alii iuri ſcripto vel non ſcripto, per quod noſtra prædicta donatio aliqualiter in toto vel in parte poſſit infirmari. In horum igitur evidentiam pleniorem & robur eorum perpetuum memoratis Priori & fratribus præſens inſtrumentum ſigillis advocati & civium de *Mengen* tradidimus inſignitum. Datum & actum in *Mengen* præſentibus D. *Ioanne* de *Hornſtein* milite tutore ſeu curatore puerorum prædictorum, *Henrico* de *Starza*. *Rudingero* de *Mogenbach*. *Arnoldo* miniſtro, *Wernero* cementario, *Ebelino* de *Diengen*. *Conrado Rolle*. *Walthero Humdübl*. *Walthero Hullſtetter*, & aliis quampluribus fide dignis, anno Domini MCCCIV. Feria III. poſt feſtum *S. Galli* confeſſoris.

SECULUM XIV.

N. CLXXXVII.

Statutum *Bertoldi* abb. S. *Blaſii*, ut ex fundatione *Agnetis Ungariæ* reginæ quotidie miſſa legatur in *Sizenkilch*.

Omnibus præſentium inſpectoribus *Bertoldus* divina permiſſione abbas totuſque conventus monaſterii S. *Blaſii Nigræ Silvæ* ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis charitatis affectum cum notitia ſubſcriptorum. Noverint quos noſſe fuerit opportunum, quod cum illuſtris domina in Chriſto devota *Agnes* ſereniſſimi domini *Alberti* Romanorum regis filia, ac magnifici Domini *Andreæ* quondam regis *Ungariæ* relicta, ſaluti ſuæ ac domini ſui præfati conſulere cupiens & ſuorum, altare novum in eccleſia cellæ in *Sizenkilch* nobis pleno iure ſubiectæ conſtrui fecerit, & inædificari ſalubriter procurarit, idemque altare ſuis

Anno 1305. 13. Nov. Ex archiv. monaſt. *T. II.* p. 149. 154.

Digitized by Google

SECULUM XIV.

ſumptibus & expenſis redditibus XL. modiorum ſiguli menſuræ *Briſgaugenſis* regali ſua munificentia dotaverit, ut divinus in eadem cella cultus iugiter augeretur. Nos ad petitionem dominæ Reginæ prædictæ in augmentum divini officii, quod augeri non minui toto cordis deſiderio affectamus, ſtatuimus & ordinavimus, tenoreque præſentium decernimus & ordinamus, ut in memorata cella ſeu cœnobio noſtro, quod per confratres noſtros, videlicet Priorem, præpoſitum & noſtros monachos cellæ in *Burgelon* nobis ſimiliter immediate ſubiectæ ſolitum eſt officiari, in perpetuum diebus ſingulis miſſa, quæ hucuſque ab eiſdem noſtris confratribus inibi interdum procurabatur, cantetur iugiter vel legatur, diſponentes & ordinantes, ut in prænotato cœnobio noſtro *Burgelon*, in quo uſque in hæc tempora tres conſueverunt de noſtris monachis propter expeditionem divini officii demorari, & reſidere, tribus prædictis quartus de noſtro conventu monachus adiungatur, qui ibidem reſidentiam habeat, ut miſſa prælibata per circulum anni ſingulis diebus commodius legi valeat vel cantari. Et quia dignum eſt, ut ei qui ſpiritualia ſeminat, temporalia miniſtrentur, quique altario ſervit, vivere debeat de altari, ſtatuimus, & ordinamus, ut XL. modii, intentionem & motum in his inclytæ dominæ Reginæ prænotatæ ac omnibus aliis ad nutum animi ſui exequi, in quantum poſſumus, efficaciter cupientes, per magiſtram de *Sizenkilch*, quæ pro tempore fuerit, quatuor vicibus in anno præpoſito in *Burgelon* præſententur integre & aſſignentur, ut de ipſis idem præpoſitus quarto ſocio victus & veſtitus ſicut aliis ſuis confratribus neceſſaria ſubminiſtret. Debet autem eadem magiſtra in omni quatuor temporum ieiunio X. modios prænominato præpoſito in cella *Burgelon* aſſignare. Et ſi in aliquo terminorum prædictorum in ſolutione, quod abſit, ſe exhibuerit negligentem, tunc pendente huiuſmodi negligentia a cottidiana miſſa confratres noſtros volumus abſtinere, ſalvo tamen, quod officio miſſæ ante hanc ordinationem antiquitus habito propter prælibatam negligentiam ſæpe nominatus conventus in *Sizenkilch* nullatenus defraudetur. Ad hæc ut omnis altercationis materia, quæ inter prænominatas cellas propter novitatem ordinationis præfatæ, quæ quidem novitas ubique plerumque diſcordiam parit, penitus, in quantum in futurum præcavere poſſumus, ſopiatur, ſtatuimus, iniungimus, & onus hoc imponimus præpoſito, qui pro tempore fuerit in *Burgelon*, ut tempore pluviali, lutoſo & tempeſtuoſo aliaſque neceſſario ſacerdotem, tunc ebdomadarium, in equo ſuo mittat, ad divinum officium peragendum dominarum conventui ſæpefato; diebus dominicis & feriatis per anni circulum nihilominus excluſis, in quibus

bus conventus præmiſſus ſanctimonialium ſacerdoti ebdomadario ex conſuetudine hactenus habita equum ad cellam *Burgelon* mittere debet & aſſignare. Noſque ac ſucceſſores noſtros ad obſervationem omnium & ſingulorum ſupra contentorum ſine dolo & fraude cum bona fide inviolabiliter manutenendorum præſentibus obligamus. In quorum teſtimonium præſentem chartam præfatis ſanctimonialibus damus ſigilli noſtri videlicet B. abbatis, quo & nos conventus utimur proprium non habentes, munimine roboratam. Datum in monaſterio noſtro anno Domini MCCCV. Idus Novembris, indictione V. *a*). SECULUM XIV.

a) Erat tunc indictio III.

N. CLXXXVIII.

Sanctimonialibus in *Sizenkilch* ſingulis diebus miſſa cantari aut legi præcipitur, nec unquam a divinis ceſſari.

B*erbtoldus* divina permiſſione abbas monaſterii S. *Blaſii Nigræ Silvæ* ordinis S. *Benedicti* diœceſis *Conſtantienſis* viro religioſo . . . Priori in *Burgelon* paternæ dilectionis affectum cum ſalute. Conqueſtæ ſunt nobis religioſæ in Chriſto . . . magiſtra & ſanctimoniales cellæ in *Siczenkilch* nobis noſtroque monaſterio ſubiectæ immediate, quod ipſæ in divinis officiis defectum non modicum patiantur, quod ſub diſſimulatione præterire non poſſumus nec debemus, quia noſtra, in quantum nobis eſt poſſibile, intereſt, præfatas ſanctimoniales, utpote nobis, ut præmittitur, ſubiectas in temporalibus & ſpiritualibus conſolari. Ergo ne id de cætero fiat diſtrictius inhibemus, iniungentes tibi tuiſque ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint, in virtute S. obedientiæ, volentes præciſe, ut per te ſeu tuos confratres prælibatis ſanctimonialibus cellæ in *Siczenkilch* prænotatæ ſaltim una miſſa diebus ſingulis cantetur iugiter vel legatur, impedimentis ſeu occupationibus quibuſcunque non obſtantibus, quare præmiſſis nullum velimus præiudicium generari, quin ipſa miſſa celebretur ſanctimonialibus memoratis, prout ſuperius eſt expreſſum. Volumus etiam & mandamus, ut per ſæpedictas ſanctimoniales cellæ in *Siczenkilch* diebus ſingulis, quando feſtum duodecim lectionum occurrit, miſſa ſolempniter decantetur. Inſuper volumus & mandamus, tibique in virtute, qua ſupra, iniungimus, ne quavis occaſione

Anno 1306. 16. Nov. Ex eodem.

Digitized by Google

SECULUM XIV.

ſione in præfata cella *Siczenkilch* a divinis ceſſes, ſeu ceſſari facias vel procures ſine noſtra requiſitione & licentia ſpeciali. Vale. Datum in monaſterio noſtro S. *Blaſii* in die *B. Outhmari* anno Domini MCCCVI. Volumus etiam, ut poſtquam has litteras legeritis, de verbo ad verbum eas magiſtræ dictæ cellæ integraliter reſtituatis, quia te & Priores, qui ibidem pro tempore fuerint, ad omnia ſupradicta adimplenda alligatos determinamus per præſentes. Et in huius rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus præſentibus appendendum.

N. CLXXXIX.

Clemens V. Incorporationis eccleſiarum in *Nallingen* & *Holſtein* executores conſtituit abbates in *Einſidlen* & *Wiſenberg*.

Anno 1307. 8. Nov. Ex archiv. San-Blaſ.

Clemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis in *Wiſenberg* a) & *Heremitarum Spirenſis* & *Conſtantienſis* diœceſium monaſteriorum abbatibus, ac *Scholaſtico* eccleſiæ *Andegavenſis* ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Charitatem in dilectis filiis abbate & conventu monaſterii S. *Blaſii* de *Nigra Silva* ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis, prout accepimus, ſic virtutum Dominus ordinavit, quod & divino cultui ſub obſervantiæ ſtudio regularis frequenter intendunt, & hoſpitalitatis officio cum omni diligentia deſerviunt, benignæ receptionis ac opportunæ ſubventionis affectum nonnullis ad ipſum monaſterium confluentibus exhibendo. Habet ſiquidem eorundem & abbatis & conventus petitionis aſſertio, quod cum hoſpitalitatis obſervatio, quæ in ipſo monaſterio a longis retroactis temporibus viguit, & quam ad tranſeuntes per ipſum monaſterium devotis & continuatis ſtudiis pro reverentia divini nominis exercent, propter aſperitatem itineris & diſtantiam locorum, ad quæ tranſeuntes ipſi de facili non poſſunt accedere, eiſdem tranſeuntibus neceſſaria & opportuna non modicum fore noſcatur, nobis humiliter ſupplicarunt, ut in *Nallingen*, & in *Hœlenſtein* parochiales eccleſias *Conſtantienſis* diœceſis, in quibus, ut aſſerunt, ius patronatus habent, quarum reditus & proventus

a) Celeberrimi ſcilicet monaſterii in *Weiſſenburg*, cuius abbas tunc erat *Ægidius*, ſicut in *Einſidlenſi* Eremitarum cœnobio *Ioannes* I. Baro de *Swanden*.

Digitized by Google

ventus ſeptuaginta marcarum argenti ſummam iuxta taxationem decimæ in terræ ſanctæ ſubſidium deputatæ annis ſingulis non excedunt, in ſubſidium hoſpitalitatis huiuſmodi iiſdem abbati & conventui concedere dignaremur.

Nos igitur qui circa pietatis opera, prout ex debito paſtoralis tenemur officii, libenter intendimus, conſiderantes attentius, quod quanto prædictis abbati & conventui uberior aderit copia facultatum, tanto commodius & ferventius miniſterium hoſpitalitatis huiuſmodi poterunt exercere ipſorum ſupplicationibus inclinati eccleſias ipſas cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, eorundem abbatis & conventus, & ſucceſſorum ipſorum uſibus pro hoſpitalitate huiuſmodi commodius obſervanda auctoritate apoſtolica perpetuo applicavimus, ita quod cedentibus, vel decedentibus ipſarum eccleſiarum rectoribus earum poſſeſſionem auctoritate propria ingredi, apprehendere & retinere libere valeant, diœceſani loci aſſenſu minime requiſito, eius tamen iuribus in omnibus ſemper ſalvis, ac reſervatis de ipſarum eccleſiarum proventibus congruis partitionibus pro vicariis in eis perpetuo ſervituris, ex quibus commode ſuſtentari valeant, ac epiſcopalia & alia eis incumbentia onera ſupportare. Decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus de dictis eccleſiis contingeret attemptari: non obſtante, ſi aliqui ſuper proviſione ſibi facienda de eccleſiis & beneficiis eccleſiaſticis ad eorundem abbatis & conventus collationem vel præſentationem ſpectantibus litteras apoſtolicas impetrarint. Quocirca diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrum, per vos vel per alium ſeu alios abbati & conventui ac ſucceſſoribus antedictis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittatis eos eiſdem eccleſiis, poſtquam, ut præmittitur, fuerint ipſarum poſſeſſionem adepti, ab aliquibus indebite moleſtari: moleſtatores huiusmodi, nec non contradictores & rebelles, cuiuſcunque conditionis dignitatiſque fuerint aut ſtatus, per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo: non obſtantibus omnibus ſupradictis, aut ſi aliquibus ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras dictæ ſedis non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. *Pictavis.* VI. Id. Nov. pontificatus noſtri anno II. *b*).

b) Annus pontificatus *Clementis* a. 1307. 8. Nov. iam tertius currebat, unde hæc bulla potius ad an. 1306. referri poſſet, quo tamen Papam *Pictavis* fuiſſe haud conſtat, bene vero an. 1307. ubi menſe Novembri & Decembri plures bullas edidit.

Digitized by Google

N. CXC.

Conradus abbas *Hirſaug.* & Prior in *Richenbach* piſcaturam vendunt *Hermanno* de *Hohenberc.*

Seculum XIV.

Anno 1307. 16. April. Ex archiv. monaſt. *T. II. p.* 159.

In Gottes namen amen. Allen den die diſen brief anſehent, leſent, oder hörent leſen, den tun wir Apt *Cuonrat* von *Hirſowe*, Priol *Cuonrat* von *Richenbach* und der convente dez cloſters ze *Richenbach* kunt, das wir han gegeben ze koffenne, *Hermanne* von *Hochenberc*, der Meiger ze *Cemerkingen* waz, ein viſchenze ze *Sulzowe*, und waz darzu höret, und haben im die viſchenze gegeben umbe driſig phunde haller, die uns in unſern nuz worden ſint. Der vorgenannte Meiger, hat die vorbenemtün viſchezün, durch ſiner ſele willen, und durch aller ſiner vorderon ſele willen gegeben, bruder *Iohanſen* von *Trohteluingen* ze niſſenne, alſo daz er ſol an dem gutemtage *a*) ein Selemeſſe ſprechen ze ſant *Nicolaus* capelle ze *Richenbach*, und an dem ſamſtage och ein meſſe in unſerre Vröwen ere ze der vorgenannton capelle, dizo vorgeſchribene zewo meſſe die man alle wochen ewechlich ze ſant *Nicolaus* capelle ſprechen ſol, durch der vorbenemten ſele willen, hat er iemer gewidemt eweclich da, und ſol bruder *Iohanſen* die viſchenze dienon, damit der Meiger gewidemt hat diz meſſe, allü iar mit drin phunden hallern. Wa im die drü phunt haller geltes iergelich an der viſchenze abgant, ſo süllen wir ims geben us dem hove ze *Hyrslanden*, darus wir im an alle widerrede ſinü drü pfunt iergelich gerngeben ſün. We och daz, daz bruder *Iohannes* ze ſant *Nicolaus* capelle nit gedienon mohte vor ſiehtagen, oder daz er anderswahin, wolt, oder müſte varen, wem er denne daz vorgenant ſelgerete und den ſelben dienſt luhe oder gebe, daz ſol unſerer aller guter wille ſin, und habens mit unſerm ſteten willen erlobet und getan, und ſol dem unſerer deheiner noch dcheiner, der Apt oder Priol oder Conventbruder wirt und iſt, niemer gewern, wen er betet, haiſſet, lihet, oder erlobet, ze ſingenne ze ſant *Nicolaus* capelle, were och daz bruder *Iohannes* enwere, da Gott vor ſi, denne eniſt, ſo ſol die vorgeſchribene drü phunt geltes erdienon ze ſant *Nicolauſen* ie der elteſte Conventbruder der denne ze *Richenbach* iſt, mag es der nit verdienon ſo ſol es nachdem der elteſte verdienon ob ers wil, iſt dez nit

a) *Godenstag*, *Gudenstag*, vel *Gutentag* vocatur dies Mercurii ſeu Feria quarta. *Haltbauſ.* calend. med. xv. p. 8.

Digitized by Google

nit ſo ſol es ie der elteſte han der es verdienen mag, mit zewen meſſen der wochen ze ſprechenne, und wa dem vorgenanten bruder *Iohanſen*, die wile er lept, und darnach in dem elteſten der es denne verdienen mag oder wil, von uns oder von unſerm nachkommene wirt gebrochen, daz in ir drû phunt geltes iergelich nit emwirt von der viſchenze oder us dem hove, wenne es denne von dem der es denne verdienot, oder von dem vorgenanten Meiger oder von ſinen erben wirt geklaget, daz dem hren der es verdienot ſin gelt nit wirt, wenne es denne dem hren der vogt über die viſchenze, oder über den hof denne vogt iſt, im von in wirt gekläget, ſo ſol daz gelt dez vogtes an alle wider ... ſin. Wir Apt *Cunrat* von *Hirſowe*, Priol *Cunrat* von *Richenbach*, und der convente ze *Richenbach*, v'gehen mit gemainem munde offenlich alle an diſem briefe, daz von uns, noch von unſeren nachkommene er ſi Apt, Priol, oder Conventbruder, diz ſelgeret und dirre dienſt, niemer ſol abgebrochen werden, und mit unſeren aller erlopten willen beſchach und beſchehen iſt. Gezüge dirre dinge ſint bruder *Albrecht* von *Rudentl.*, bruder *Friderich* ein ſubpriol, bruder *Rudeger* von *Wiler*, bruder *Cunrat* von *Gerumingen*, bruder *Cunrat* von *Horwe*, bruder *Heinrich* von *Ienreſpach*, bruder *Gerung* von *Tottelingen*, bruder *Albrecht* von *Ergazingen*, bruder *Lupbrit* und andere biderber lüte vil geiſtlicher und weltlicher, die wolredelicher ſache mit eren gezüge ſint, daz diz war ſi und ſtote belibe bruder *Iohanſen* und als hievor geſchriben ſtat, darumbe ſo hencken wir Apt *Cunrat* von *Hirſowe* und Priol *Cunrat* von *Richenbach* iewederen ſin eigen inſigel an diſen berief ze einem ofenen urkunde und ze einer waren gezügnus. Dirre berief wart gegeben ze *Richenbach* und beſchach do man zalt von Chriſtus geburte tuſent iar, drühundert iar und darnach in dem ſübenden iar, an dem nechſten ſunnentage nach ſant *Tyburcien* und *Valerien* tag.

N. CXCI.

Ioannis de *Blumenberg* ſeu *Blumenegg* traditio hominum S. *Georgio*.

In Gottes namen amen. Ich *Iohans* von *Bluomenberg* tuon kunt allen, die dieſen brief ſehent, leſent, alder horrent leſen, daz ich *Hermannes* Anno 1308. 6. Febr. Ex archiv. S. Georgii. T. II. p. 159.

Digitized by Google

SECULUM XIV.

nes des *Widemers* von *Slatte* zwai kint, *Hermannen*, und *Mechthilde*, gen han dem gotzhuſe ze ſant *Georgin* der abtaie in dem *Walde* friлch und aigenlich und mit guten willen, mit ſölichen gedinge, daz endru ſine kind mit den ſelben zwain ald die er hie nah gewinnet, nach ſinem tode ze rechten erbe unde ze rechtem ain weligem taile gan ſulen und beliben alles ſines guotes des er denne gelaſſen hat, bi im, umbe *Slate* in *Hegöwe*, alder ſwaz er hat ander güter ſwa du gelegen ſint, ſu ſigen von mit lehen alt niht. Und ſol och denne nach deſſelben *Hermans Widemers* tode aller ſiner kinde tail, die er den gelaſſen hat, beſchehen und beſtan ane kriege min halbe, ald' miner erben, und deſſelben gotzhus halbe, àun aller ſachen geverde. Ich der ſelbe *Iohans* von *Bluomenberg* vergih och an diſem brief daz ich ainen ſlehten val nemen ſol von *Itun*, deſſelben *Hermans* wirtenne die min iſt, alder min erben ob ich enbin, als och daz gotzhus tuon ſol, und val nemen von ſinem man demſelben *Hermanne* von *Slatte*, als deſſelben gotzhuſe eltu und rehtu gewonhait ſtat und von alt har komen iſt. Und ſol och ich der ſelbe *Iohans* deſſelben gotzhus wer ſin ze allen tagen und ze allen dingen an gaiſchtelichem und an weltlichem gerihte. Dis beſcah ze *Egebettingen a)* und wart dirre brief gen do von Gottes geburte waren trüzen hundert iar und aht iar, in dem ahtodem iar nach den vorgenanten iaren an dem nehſten zinſtag nach ſant *Ageten* tag.

a) *Ewatingen* olim ditionis dominorum de *Blumeneck* in *Alpegovia*.

N. CXCII.

Henricus VII. R. R. confirmat privilegia anteceſſorum imperatorum monaſterio S. *Blaſii*.

Anno 1309. 31. Maii. Ex archiv. monaſt. *T. II.* p. 149.

H*einricus* Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus. Univerſis S. Romani imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Quanto nos altius exaltavit altiſſimus, tanto benignius inſpiravit in nobis ſpiritum voluntatis illius, qui ad zelum fidei chriſtianæ nos provocat, ad iuſtitiam dirigendam ſollicitat, & ad religioſa loca & monaſteria ac perſonas religioſas, in quibus & per quas pro noſtræ ſalutis augmento placabiliter exoratur, favorabiliter promovendas invitat, & afficit mentem noſtram. Hac igitur conſideratione ducti

ducti notum eſſe volumus tam præſentibus quam futuris, quod conſtituti in noſtræ maieſtatis præſentia honorabiles & religioſi viri .. abbas & conventus monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis devoti noſtri dilecti nobis humiliter ſupplicaverunt, ut privilegium divæ recordationis *Heinrici* IV. Romanorum imperatoris, nec non omnia alia privilegia, iura, libertates, & gratias ipſis & ſuo monaſterio a claræ memoriæ imperatoribus & regibus Romanorum, prædeceſſoribus noſtris tradita & conceſſas approbare, innovare, & confirmare de benignitate regia dignaremur. Tenor autem præfati privilegii *Heinrici* IV. talis eſt. In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia quartus Romanorum imperator auguſtus &c. &c. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis MCXXV. Indictione III. Datum *Argentinæ* VI. idus Ianuarii amen *a*). Nos itaque dictorum abbatis & conventus precibus favorabiliter inclinati prædictum privilegium huic noſtræ confirmationi inſertum, nec non omnia alia privilegia, iura, gratias, & libertates ſicut ipſis & ſuo monaſterio a divis imperatoribus & Romanorum regibus noſtris prædeceſſoribus rite & provide ſunt tradita, innovamus, approbamus & præſentis ſcripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtræ innovationis, approbationis & confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario in aliquo contraire. Quod qui ſecus facere præſumpſerit, gravem noſtræ indignationis offenſam ſe noverit incurſurum. Huius rei teſtes ſunt venerabiles *Petrus* archiepiſcopus *Maguntinenſis* ſacri Imperii per Germaniam archicancellarius, *Gerhardus Conſtantienſis*, *Iohannes Argentinenſis*, *Otto Baſilienſis*, & *Philippus Eyſtetenſis* epiſcopi. Honorabiles viri *Heinricus* abbas *Villarienſis Cyſtercienſis* ordinis aulæ noſtræ cancellarius. Magiſter *Symon* theſaurarius *Metenſis* dictæ aulæ protonotarius. Nobiles viri *Walramus* de *Lutzelemburg* frater noſter. *Guido* de *Flandria* comes *Namurcenſis*. *Iohannes* comes de *Spanheim*. Strenui viri *Iohannes* de *Brunshorn* curiæ noſtræ magiſter. *Diethegeno* de *Kaſtel*, & quam plures alii fide digni. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras conſcribi, & maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus communiri. Signum domini *Heinrici* Romanorum regis invictiſſimi. Datum *Conſtantiæ* II. Kal. Iunii, indictione VII. Anno Domini MCCCIX. regni vero noſtri anno I.

SECULUM XIV.

a) Exhibet hoc *Heinrici* V. imp. diploma *Herrgottus* Geneal. Habsb. T. II. P. I. p. 139.

N. CXCIII.

Henricus VII. hortatur magiſtratus, ne S. *Blaſio* moræ ſint in reddendis mortuariis.

Seculum XIV.

Anno 1309. 1. Iun. Ex eodem. T. II. p. 149.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus univerſis ſcultetis, magiſtris civium, conſulibus & rectoribus civitatum ac oppidorum præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Cum honorabiles & religioſi viri abbas & conventus monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva *Conſtantienſis* diœceſis, prout ex eorum conqueſtione didicimus, in mortuariis & aliis iuribus monaſterii ſui ipſis ab hominibus ſuis cedentibus, qui iura civilia in civitatibus & oppidis ſibi contiguis receperunt, ab earumdem civitatum rectoribus & civibus impedimentum & defectus varios patiantur, univerſitatem veſtram affectuoſe requirimus & rogamus, vobis nihilominus auctoritate regia firmiter inhibentes, ut dictos abbatem& conventum contra tenores privilegiorum ſuorum ipſis ab imperatoribus, & Romanorum regibus indultorum in mortuariis & aliis iuribus huiuſmodi impedire nullatenus audeatis, ſed ipſos permittatis ob noſtram reverentiam de eiſdem iuribus pacifice congaudere, ſicut indignationem regiam volueritis evitare. Datum *Conſtantiæ* Kalendis Iunii indictione VII. Anno Domini MCCCIX. Regni vero noſtri anno I.

N. CXCIV.

Monaſterio in *Sizenkilch* indulgentias donat *Ioannes* epiſcopus *Decapoleos a*).

Anno 1309. 19. Iun. Ex eodem.

Nos frater *Iohannes* Dei gratia epiſcopus eccleſiæ S. *Mariæ Decapoleos* notum facimus præſentium inſpectoribus univerſis, quod cum in eccleſia de *Itzenkilch Conſtantienſis* diœceſis de permiſſione reverendi Patris domini *G.* Dei gratia *Conſtantienſis* epiſcopi loci diœceſani altare in honore decem millium Martyrum, & beati *Benedicti* abbatis conſecravimus, nos Chriſti fideles ad devotionis opera invitare volentes, ut ipſum altare a nobis ſpirituali decoretur munere, & a Chriſti fidelibus

a) Suffraganeus is erat *Gerardi* ep. *Conſtant.*

bus devotius frequentetur, omnibus vere confeſſis & contritis, qui dictum altare in feſtis Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paſchæ, Pentecoſtes, purificationis, annuntiationis, aſſumptionis & nativitatis B. *Mariæ* V. prædictorum Sanctorum cauſa devotionis frequentaverint, quadraginta dierum indulgentias de iniunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer in Domino condonamus. In cuius rei teſtimonium & perpetuum memoriam ſigillum noſtrum præſentibus duximus appendendum. Datum anno Domini MCCCIX. feria V. proxima ante nativitatem B. *Ioannis Baptiſtæ*. SECULUM XIV.

N. CXCV.

Waltherus de *Minzenbach Ulrico* magiſtro infirmitorii monaſterii S. *Georgii* bona in *Huſerbach* vendit.

Univerſis preſentium inſpectoribus *Waltherus* dictus de *Minzenbach* ſubſcriptorum noticiam, cum ſincera in Domino caritate. Noverint igitur omnes, quos noſſe fuerit oportunum, quod ego de conſenſu unanimi & expreſſa voluntate omnium liberorum meorum, videlicet *Margarete*, *Hainrici*, *Dominici*, *Agnetis*, & *Claræ*, voluntate etiam & auctoritate reverendi in Chriſto Patris & Domini mei . . . Divina permiſſione abbatis monaſterii in *Gengenbach* accedente, bona inferius ſpecificata & decimas maiores & minutas bonorum etiam inferius ſpecificatorum, cum omnibus pertinentiis & iuribus iuſto & legitimo vendicionis titulo vendidi, tradidi, & donavi, & vendenda duxi preſentibus & donanda religioſo viro & in Chriſto dilecto domno *Ulrico* quondam Præpoſito, nunc autem magiſtro infirmitorii monaſterii ſancti *Georgii* in *Nigra Silva*, ſibi & dicto officio infirmitorii & ſuis ſucceſſoribus nomine ſoluti predii habenda & perpetuo poſſidenda pro viginti quinque marcis puri argenti & legalis ponderis, quas ab eodem domno *Ulrico* me recepiſſe, & in uſus meos fore converſas, confiteor publice per preſentes. Eſt autem ſpecificatio bonorum & decimarum hec, & ſita ſunt in valle *Huſerbach* predium quod colunt & in quo reſidentiam habent — dictus *Wolfran*, *Fridericus* & *Hainricus* filiaſtri ſui, & *Hainricus* dictus *Snellinger*, feodum *Alberti* dicti *Leckefer*, & redditus ſex kapponum de bono quod dicitur *zu den Stökken* — item decime horum feodorum, Anno 1318. 28. Mart. Ex archiv. San-Georg.

Digitized by Google

feodorum, videlicet feodi aput ſuperiorem curiam in *Huſerbach*, trium feodorum quæ colunt ... dicti *Lecbaler* dimidium feodi quod colit — dictus *Neſſeler*, feodi dicti *Winter* —, feodi dicti *Keſſeler*, trium feodorum ſitorum aput curiam dictam *der mittel hof*, duorum feodorum ſitorum in valle *Kurzenbach*, & feodi dicti *Kuler*, & ſic bona preſcripta & decimas feodorum preſcriptorum cum omnibus pertinentiis & iuribus, ut premiſſum eſt, in manus, in ius & proprietatem dicti emptoris & ſui officii, predicti reſignans libere & ſolute promitto bona fide dicte venditionis contractum ratum habere velle perpetuo atque firmum, nec contra ipſum verbo vel facto facere vel venire, nec contra venire volentibus aliqualiter conſentire. Item cavere de evictione rei vendite, & preſtare quocienscunque opus fuerit debitam & legitimam warandiam, ad ea, & eorumdem inviolabilem obſervanciam me & omnes heredes meos preſentibus adſtringendo, renuncians pro me meiſque heredibus univerſis litteris a ſede apoſtolica vel aliunde impetratis vel impetrandis, cunctiſque exceptionibus & defenſionibus tam iuris quam facti, quibus mediantibus dictus contractus in toto vel in parte caſſari poſſet impoſterum vel quomodolibet retractari. In cuius rei teſtimonium & robur perpetuum, preſentes litteras predicto emtori tradidi, ſigillorum prefati Domni mei ... abbatis in *Gengenbach* & mei munimine conſignatas. Noſque *Dietricus* permiſſione divina abbas monaſterii in *Gengenbach* predicti, in ſignum auctoritatis & conſenſus noſtri adhibiti, ſigillum noſtrum ad peticionem predicti *Waltheri* de *Minzenbach*, & ſuorum liberorum predictorum unacum ſigillo eiuſdem *Waltheri* duximus preſentibus appendendum. Nos etiam *Margareta*, *Hainricus*, *Dominicus*, *Agnes* & *Clara* liberi *Waltheri* predicti profitemur ſub iam dictis ſigillis, quia propria ſigilla non habemus, dictum venditionis contractum de noſtra voluntate & conſenſu unanimi proceſſiſſe in omnem modum prout ſuperius eſt expreſſum, & nos ſupradicta bona, & decimas ſupradictas cum omni iure quod nobis in eiſdem competebat vel competere potuit quoquo modo in manus ſepedicti emtoris libere reſignaſſe. Datum apud ſanctum *Georgium* anno Domini MCCC. duodecimo, feria tercia infra octavam paſchæ indict. X.

N. CXCVI.

Digitized by Google

N. CXCVI.

Henricus epiſc. *Tridentinus* indulgentias monaſterio in *Sizenkilch* elargitur.

Univerſis Chriſti fidelibus, ad quorum notitiam præſentes litteræ venerint, frater *Heinricus* Dei gratia *Tridentinenſis* epiſcopus ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Cum ad excitandam devotionem fidelium loca ſacra viſitare, æternæ vitæ contemplationis prætextu affectaverimus, ut ea contingeret devotius viſitari, altaria & eccleſiæ in honore ſanctorum conſecrata indulgentiarum largitione a ſanctis Patribus dotari conſueverunt. Nos ſanctorum Patrum veſtigiis inhærere, ac Chriſti fideles ad opera pietatis invitare volentes, omnibus Chriſti fidelibus altare ſitum in eccleſia monaſterii de *Sitzenkilch* ordinis S. *Benedicti* diœceſis *Conſtantienſis*, in honore ſanctorum decem millium Martyrum conſecratum, in feſtis Nativitatis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, & omnium ſanctorum, ac in quatuor feſtis beatæ & glorioſæ virginis *Mariæ*, dedicationis dicti altaris decem millium, in quorum honorem ipſum altare conſecratum eſt, & *beati Benedicti* ac per octavas eorumdem feſtorum cauſa devotionis accedentibus ac devote frequentantibus XL. dierum indulgentias de iniuncta eis pœnitentia miſericorditer in Domino condonamus, dummodo ad hoc conſenſus diœceſani accedat. In cuius rei memoriam & teſtimonium præmiſſorum ſigillum noſtrum præſentibus duximus appendendum. Datum *Baſileæ* anno Domini MCCCXIII. feria V. proxima poſt feſtum beati *Michaelis*.

SECULUM XIV.

Anno 1313. 4. Octob. Ex archiv. monaſt.

N. CXCVII.

Excerptum chartæ, qua *Ioannes* de *Münchingen* civis *Waldishutanus* vendidit ſua bona *uſſem Lindi a*), abbatiſſæ & conventui de *Künigsveld*.

Allen den — kund ich *Iohanns* von *Munchingen* burger ze *Waldshut*, das ich der Ebtiſchin und dem Convent — ze *Küngesveld*

Anno 1315. 10. Aug. Ex Biblioth. Zurlaub. *T. II.* p. 135.

a) *Lindi* hodie villa *Eindhof* in parochia *Windiſch* & diſtrictu *Eigen* prope *Kœnigsfelden* in ditione Reipublicæ *Bernenſis*. *Leu*. Lex. Helvet. T. XII. p. 154.

SECULUM XIV. han verkoufet das gut *Uffen Lindi* das min war, und hab darfür empfangen 27. marcs ſilbers ...... mit des erbern Ritters inſigel herren *Werners* von *Wolon*, wann ich eiges inſigels nicht hab — geben in *Brugga* MCCCXV. an S. Laurenzientag, da zegegen weren her *Wernher* von *Wolon* Ritter, *Rud.* der *Saſunwiler*, *Walther* der *Schröter*, *Hartmann Rinnako.* C. *Glunſinch. Rud.* der *Scherer. Ioh.* und *Hein. Bullin. Heinr. Wiener.* und ander biderben burger vil von *Brugga.*

N. CXCVIII.

Bertoldus epiſc. *Zibonenſis* indulgentias dat eccleſiæ in *Sizenkilch.*

Anno 1317. 11. Maii. Ex archiv. monaſt. *T. II. p.* 154.

Frater *B.* Dei gratia *Zybonenſis* epiſcopus vicarius diœceſis *Conſtantienſis* in ſpiritualibus conſtitutus univerſis Chriſti fidelibus præſens ſcriptum intuentibus ſalutem in Domino ſempiternam. Cum fidelis populus per nos omnibus in locis merito, verbo, & opere, ad devotionem excitetur, tamen in iis eccleſiis, ubi ſervitus Chriſti die noctuque viget, ſeu exercetur, potius gratiam Dei nobis creditam largius impertiri tenemur. Hinc eſt, quod nos ad petitionem ſanctarum monialium dominæ magiſtræ, Prioriſſæ, nec non totius conventus eccleſiæ in *Sizenkilche* omnibus vere pœnitentibus & pure confeſſis, qui prædictam eccleſiam in diebus dedicationis, Nativitatis Domini, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & in quatuor feſtivitatibus S. *Mariæ* ſemperque virginis, nec non omnium apoſtolorum, *Hilarii*, *Nicolai*, in diebus S. *Crucis*, *Blaſii*, *Benedicti*, X. millium martyrum, *Antonii*, *Caciliæ*, *Katherinæ*, *Ioannis Baptiſtæ*, cauſa devotionis acceſſerint, vel quotienſcunque manum adiutricem porrexerint: nec non tam viva voce, quam etiam in articulo mortis teſtamenta ſua prænotato conventui legaverint, autoritate omnipotentis Dei & B. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius meritis confiſi XL. dies criminalium & annum venialium in Domino miſericorditer relaxamus. In huius rei teſtimonium præſentes litteras ſigilli noſtri munimine duximus roborandas. Datum in *Sizenkilch* anno Domini MCCCXVII. V. Idus May. indict. XV.

N. CXCIX.

Digitized by Google

N. CXCIX.

Ioannes XXII. Præpoſito OO. SS. *Friburgi* mandat, ut bona a monaſterio *Burglenſi* ablata reſtitui faciat.

SECULUM XIV.

Anno 1318. 18. Oct. Ex archiv. monaſt.

I*ohannes* epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Præpoſito monaſterii Omnium Sanctorum in *Fryburg* per præpoſitum ſoliti gubernari ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum præpoſiti & conventus in *Burgelon* per Præpoſitum ſoliti gubernari ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis recepimus continentem, quod nonnulli clerici & eccleſiaſticæ perſonæ tam religioſæ quam ſeculares etiam in dignitatibus & perſonatibus conſtitutæ, nec non comites & barones, milites, & alii laici dictæ diœceſis, qui villas, domos, grangias, prata, nemora, molendina, paſcua, terras, poſſeſſiones, iura & iurisdictiones, & nonnulla alia bona immobilia ſub annuo cenſu ſeu redditu a monaſterio ipſo tenentes huiuſmodi cenſum ſeu redditum dictis Præpoſito & conventui exhibere non curant, quanquam villarum, domorum, terrarum, & aliorum bonorum prædictorum poſſeſſionem pacificam habeant, & fructus integre percipiant eorumdem, propter quod præfatis Præpoſito & conventui ac monaſterio non modicum imminet detrimentum. Cum autem pro parte dictorum Præpoſiti & conventus ad nos ſuper hoc habitus ſit recurſus, diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, dictas perſonas, clericos, comites, barones, milites & laicos ad exhibendum huiuſmodi cenſum ſeu redditum Præpoſito & conventui memoratis integre, ut tenentur, monitione præmiſſa per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, compellas, proviſo, ne in terras dictorum comitum & baronum excommunicationis vel interdicti ſententiam proferas, niſi a nobis ſuper hoc mandatum receperis ſpeciale. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum *Avinion.* XV. Kal. Novembris Pontificatus noſtri anno II.

Digitized by Google

N. CC.

Ulrici Landgravii *Alſatiæ* infer. conceſſio feudi.

Seculum XIV.

Anno 1318. 10. Nov. Ex archiv. Pfirt.

Wir Landgraf *Ulrich* von Nideren *Elſas* und herre zu *Werde* thund kund allen den, die dieſen brief ſehent oder hörent leſen, das wir verlyhen hand zue einem rechten Mannlehen *Ulrichen* von *Pfürt* eim Ritter geſeſſen zu *Sennheim* und ſinen lehenserben dreymarck ſilbers alle iahre zu ſende an ſante *Martinstage* uf unſer Statt und uf unſren leüten zu ſant *Püllte*, und daſ das wahre ſey und ſtette plib, ſo hand wir der vorgenant Landgraffe *Ulrich* unſer inſigele an diſen brief gehenckt zue einem offnen urkhunde, und einer warheit dere vorgeſchriben ding, der brief ward geben da man zalt von Gottesgeburt dreyzehn hundert iar, darnach in dem achzehenden iar, an ſant *Martins* abende.

N. CCI.

Monaſterium *Salemitanum* San-*Blaſiano* communicationem precum, bonorumque operum ſpondet.

Anno 1320. 2. Nov. Ex archiv. monaſt. *T. II.* p. 155.

Reverendo in Xpo. Patri ac Domino ſuo gratioſo (*Uolrico*) divina permiſſione abbati de S. *Blaſio*, Frater *Cunradus* abbas, & totus conventus monaſterii in *Salem* orationum ſuffragium ſalutare. Sapientis eſt memoriter recognoſcere, a quibus ſibi obſequioſa beneficia exhibita fuerint & impenſa. Hinc eſt, quod veſtre reverende paternitati grates referimus multiplices & immenſas pro eo, quod oculo benigno nos ſemper reſpicere conſueviſtis, precipue autem in manumiſſione *Chounradi* dicti *Tragbold* quem nobis iure proprietatis titulo aſſignaſtis. Ne igitur tanto beneficio ingrati videamur, id velut optimum quod habemus; noſtra ſpiritualia communicamus, dantes vobis plenam participationem omnium bonorum que per nos ac ſucceſſores noſtros in miſſis, vigiliis, ieiuniis, orationibus, aliiſque regularibus obſervanciis operari dignabitur clemencia ſaluatoris, in vita pariter & in morte, ita, ut cum dies obitus veſtri aut alicuius de fratribus veſtri conventus noſtro fuerit capitulo nunciatus, tanquam unus ex noſtris confratribus abſolvi, ac omnibus bonis que ibidem pro defunctis iniungentur, debeatis in perpetuum ſociari. Datum anno Dni. M. CCC. XX. in commemoracione omnium fidelium defunctorum. Indictione tercia.

Digitized by Google

N. CCII.

Fridericus III. *a*) imp. donat S. *Blaſio* mediam partem navigii in *Tottingen* ad ſe & imperium pertinentem.

Fridericus Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus univerſis S. Romani imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Apud æternum regem multipliciter promereri nos credimus, ſi circa religioſa & pia loca reddimur in regio favore benevoli, & in ipſorum opportunitatibus gratioſi. Cupientes itaque terrena in cæleſtia, & tranſitoria in æterna feliciter commutare, & conſiderantes ſacræ religionis merita & pietatis opera honorabilium & religioſorum virorum abbatis & conventus monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva *Conſtantienſis* diœceſis devotorum noſtrorum, dilectorum, per quæ in conſpectu altiſſimi ſe gratos & acceptos exhibere ſatagunt, ac volentes ipſos, propter hoc, favore proſequi gratioſo, proprietatem navigii dimidii in *Tottingen* iuxta *Chlingenowe*, nobis & imperio pertinentem, cum ſuis pertinentiis eiſdem abbati & conventui ac eidem monaſterio donamus & conferimus intuitu pietatis, transferentes perpetuo illam plenarie in eoſdem harum teſtimonio litterarum regalis noſtri ſigilli munimine ſignatarum. Datum in *Baden* V. Kalendas Aprilis anno Domini MCCCXXI. regni vero noſtri anno VII.

SECULUM XIV.

Anno 1321. 28. Mart. Ex archiv. monaſt.

a) Eſt hic *Fridericus* cognomento *pulcher* in diſcordia cum *Ludovico Bavaro* electus, anno ſequente ab eodem victus & captus.

N. CCIII.

Conradus comes de *Schalkingen* reſignat S. *Blaſio* ius patronatus in *Blochingen* *a*).

Honorabili Domino ſuo divina providentia honorando abbati monaſterii S. *Blaſii* C. comes de *Schalkingen* reverentiam debitam & devotam. Noverit paternitatis veſtræ providentia, quod ego deliberatione præhabita diligenti eccleſiam meam in *Blochingen*, quam a vobis

Anno 1321. 9. Nov. Ex archiv. monaſt. *T. II.* p. 150. 170.

a) *Blochingen* filia eſt eccleſiæ matricis *Mengenſis*.

SECULUM XIV.

& monaſterio veſtro hucuſque tenui pacifice & poſſedi, renuntiavi, renuntio & cedo libere per præſentes ſupplicans reverentiæ veſtræ, quatinus renuntiationem huiuſmodi ratam & gratam habere dignemini mei ſervitii ob reſpectum. In cuius rei evidentiam ſigillum meum duxi præſentibus appendendum. Datum in *Sulgen* anno Domini MCCCXXI. V. Idus Novembris, indictione V.

N. CCIV.

Ioannes XXII. confirmat monaſterio *Mengenſi* eccleſiam S. *Martini* ibidem.

Anno 1321. 13. Nov. Ex archiv. monaſt. *T. II. p.* 171.

eccleſiarum nobis ſubiectarum novimus expedire. Hinc eſt, quod cum in ſancta Synodo *a*) clericorum noſtre dyoceſis ſub anno Domini M. C CC. L. die Martis poſt feſtum beati *Martini* epiſcopi, a nobis in eccleſia noſtra *Spirenſi*, convocatis ibidem & preſentibus omnibus tam Prelatis quam aliis nobis ſubiectis perſonis eccleſiaſticis celebrata, iuſtis & racionabilibus cauſis nos moventibus preceperimus omnibus monaſteriorum & eccleſiarum dicte noſtre dyoceſis Prelatis & eiſdem dederimus in mandatis, ut de unionibus eccleſiarum nobis ſubiectarum, quas uſibus ſuis incorporatas aſſeruerunt & aſſerunt, quarumque, ut ſic temporalia ſuis privatis commodis applicaſſent, ſola ſuſtentatione miniſtris eiſdem eccleſiis deſervientibus pro tempore reſervatis, infra certum terminum nos legitime informarent. — Religioſus in Chriſto nobis dilectus *Wygbardus* abbas monaſterii *Hirſauwenſis* noſtre dioceſis ſuo & monaſterii ſui nomine comparuit coram nobis aſſerens, eccleſias parochiales ſancti *Martini* veteris ville in *Pfortzbein*, ac in villis *Stambein* & in *Heſſenkein* noſtre dyoceſis, ſibi & dicto ſuo monaſterio eſſe & fuiſſe canonice unitas ab antiquo per nonnullos anteceſſores noſtros dicte eccleſie noſtre *Spirenſis* pontifices, de conſilio inſuper capituli eiuſdem eccleſie noſtre ac archydiaconorum dictarum eccleſiarum legitimo aſſenſu, & ut ſic etiam temporibus & per tempora de quorum contrario memoria non exiſteret, a dicto ſuo monaſterio publice & pacifice habitas & poſſeſſas, ac cum hoc eccleſias parochiales in oppido *Wyle* & *Kalwe* etiam noſtre dyoceſis ſituatas, per ſanctiſſimum in Chriſto Patrem & dominum noſtrum piiſſimum dominum *Clementem* ſacroſancte Romane ac univerſalis eccleſie Papam VI. eidem monaſterio ſuo & eius uſibus nuper annexas gratioſe. Ita videlicet, quod earumdem duarum eccleſiarum rectoribus nunc cedentibus vel decedentibus, ipſe abbas qui pro tempore fuerit in dicto monaſterio, & eius conventus fructus redditus & proventus earumdem eccleſiarum univerſos præfatis ſuis commodis dictorum miniſtrorum perpetuorum ipſarum eccleſiarum per eos pro tempore loci archydiacono dum vacarent preſentandorum, reſervata portione poſſint abſque contradictione qualibet & cuiuslibet applicare. Unde quia tam per litteras dicti domini *Clementis* Papæ, quam etiam quorumdam aliorum ſuorum anteceſſorum Romanorum pontificum ac inſuper nonnullorum predeceſſorum noſtrorum & dicti capituli noſtri nec non archidiaconorum requirendorum in premiſſis, veras integras & etiam debite conſignatas ex parte dicti abbatis & ſui monaſterii nobis oſtenſas & exhibitas, ac a no-

a) Supplenda eſt hæc ſynodus *Spirenſis* in *Harzheimii* conciliis *Germaniæ*, cuius nulla ibi mentio habetur, uti nec in *Tritbemii* annalibus.

SECULUM XIV.

bis diligentius viſas examinatas & perlectas, & cum hoc pretactas in *Stambeim* in *Heſſenkein* & veteris ville in *Pforzbein* eccleſias parochiales a dicto monaſterio in dictum modum abſque reclamatione qualibet anteceſſorum noſtrorum & quorumlibet aliorum habitas & poſſeſſas, quia ipſum monaſterium eaſdem eccleſias quoad premiſſorum temporalium perceptionem occaſione unionum premiſſarum eiſdem etiam ceſſantibus dudum conſtat ſufficientius preſcripſiſſe, dicti *Wygbardi* abbatis aſſercionem quoad dictas eccleſias omnes agnovimus fore veram. Idcirco ipſum & dictum ſuum monaſterium a dicto mandato noſtro ſynodali abſolvimus, prefataſque eccleſias parochiales ad dictum monaſterium in dictum modum ſpectantes & ipſi annexas in temporalibus & etiam quoad preſentationes miniſtrorum eiſdem deputandorum in futurum, ne premiſſa in recidivam venire valeant queſtionem, ſcripture preſentis oraculo declaramus --- Sic tamen quod miniſtri dictarum eccleſiarum nobis & ſucceſſoribus noſtris de iuribus epiſcopalibus & locorum archydiaconorum de archydiaconalibus pro tempore reſpondere debeant univerſis, prout etiam in premiſſis apoſtolicis & aliis premiſſorum litteris didicimus ordinatum. Dicto inſuper monaſterio has litteras in teſtimonium premiſſorum tradentes appenſione noſtri ſigilli roboratas. Quibus etiam plenius nos premiſſa cognoviſſe noſtris ſucceſſoribus ac aliis quibuslibet, quorum intereſſe poterit, appercius indicamus. Datum & actum *Spire* anno Domini M. CCC. L. primo feria ſecunda ante diem beati *Mathei* apoſtoli.

N. CCXXIII.

Carolus IV. approbat chartam *Henrici* imp. ſuper donationem prædii in *Schluchſe*.

Anno 1353. 18. Oct. Ex archiv. monaſt. *T. II.* p. 152.

Karolus Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus & *Boemiæ* rex. Notum facimus univerſis, quod pro parte religioſorum abbatis & conventus monaſterii S. *Blaſii* ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* dioeceſis nuper maieſtati noſtræ oblata ſupplicatio continebat, quatenus ipſis litteras quaſdam divi *Henrici* IV. Romanorum imperatoris auguſti approbare, ratificare & confirmare de benignitate regia dignaremur, quarum tenor ſequitur in hæc verba. In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, *Henricus* divina favente clementia quartus Romanorum imperator

tor

Digitized by Google

tor Auguſtus &c. &c. *a*). Nos igitur ad ipſorum devotam ſupplicationis inſtantiam, præſertim cum iuſte petentibus non ſit denegandus aſſenſus, ſupradictas litteras in omnibus ſuis punctis, ſententiis & clauſulis, de verbo ad verbum, prout exprimuntur ſuperius, ſicut rite proceſſerunt & provide, approbamus, ratificamus, & de ſolita benignitate regia confirmamus. Nulli ergo penitus hominum liceat hanc noſtræ approbationis, ratificationis, & confirmationis paginam infringere, ſeu ei quovis auſu temerario contraire ſub pœna indignationis regiæ, quia, qui ſecus attemptare præſumpſerit, ſe cognoſcat graviter incidiſſe, præſentium ſub noſtræ maieſtatis ſigillo teſtimonio litterarum. Datum in *Baſilea* anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo tertio, indictione VI. XV. Kalendas Novembris regnorum noſtrorum anno octavo. SECULUM XIV.

a) Hanc *Henrici* V. imp. chartam ſiſtit *Herrgottus* Geneal. Habsb. T. II. P. I. p. 137.

N. CCXXIV.

Carolus IV. imp. ratum habet diploma *Conradi* R. pro libertate advocatiæ S. *Blaſii*.

Carolus Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus & *Boemiæ* rex notum facimus univerſis, quod nuper pro parte religioſorum abbatis & conventus monaſterii S. *Blaſii* ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis maieſtati noſtræ oblata ſupplicatio continebat, quatenus ipſis litteras quaſdam celebris recordationis divi *Conradi* Romanorum regis III. prædeceſſoris noſtri dilecti approbare, ratificare & confirmare de benignitate regia dignaremur. Quarum tenor ſequitur in hæc verba: In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, *Conradus* divina favente clementia rex Romanorum tertius &c. Data apud *Babemberg* anno Dominicæ incarnationis MCXXXVIII. Indictione I. Regnante *Conrado* Romanorum rege tertio, anno vero regni eius I. actum in Chriſto feliciter amen *a*). Nos igitur ad ſupradictorum abbatis & conventus devotam ſupplicationis inſtantiam, præſertim cum iuſte petentibus non ſit denegandus aſſenſus, prædictas litteras in omnibus ſuis punctis, ſententiis, & clauſulis de verbo ad verbum, prout ſcriptæ ſunt, & exprimuntur ſuperius, prout rite proceſſerunt, & provide, & non præiudicant iu- Anno 1353. 18. Oct. Ex eodem. T. II. p. 152.

a) Extat hoc diploma apud *Herrgott* l. c. p. 158.

ized by Google

SECULUM XIV.

ribus alienis, auctoritatate Romana regia approbamus, ratificamus, & de ſolitæ benignitatis clementia confirmamus. Nulli ergo penitus hominum liceat hanc noſtræ approbationis, ratificationis, & confirmationis paginam infringere, ſeu ei quovis auſu temerario contraire ſub pœna gravis indignationis regiæ, quam poſt pœnas expreſſas ſuperius eum, qui contra fecerit, quotiens contra factum fuerit, decernimus incurriſſe, præſentium ſub noſtræ maieſtatis ſigillo teſtimonio litterarum. Datum in *Baſilea* anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo tertio indictione VI. XV. Kal. Novembris, regnorum noſtrorum anno VIII.

N. CCXXV.

Caroli IV. imp. confirmatio privilegiorum monaſterii S. *Georgii*, ab *Henrico* V. & *Friderico* II. imp. conceſſorum.

Anno 1354. 14. Maii. Ex archiv. San-Georgii.

Carolus Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus & *Bohemiæ* rex. Et ſi regiæ dignitatis circumſpecta benignitas univerſos fideles & devotos, quos Romanum ambit imperium, innatæ liberalitatis clementia pio favore proſequitur: ad illorum tamen utilitates & commoda promovenda ferventius aſpirare tenetur, qui divino dedicati obſequio per celebrem ipſorum vitam, ac honeſtæ religionis cultum ſe Deo & hominibus gratos & commendabiles multipliciter repræſentant. Sane religioſorum virorum abbatis & conventus S. *Georgii* monaſterii in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis devotorum noſtrorum dilectorum ſupplex petitio continebat, quod ipſis & eorum monaſterio quoddam privilegium eiſdem per divæ memoriæ *Henricum* Romanorum imperatorem quartum conceſſum, & ipſis denuo per divæ recordationis *Fridericum* Romanorum imperatorem ſecundum anteceſſores noſtros confirmatum, de benignitate regia confirmare, approbare & innovare dignaverint. Tenor vero litterarum prædictorum anteceſſorum noſtrorum ſequitur in hæc verba.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis amen. *Fridericus* ſecundus divina favente clementia Romanorum imperator, ſemper Auguſtus, *Jeruſalem* & *Siciliæ* rex. Imperialis excellentia tunc præcipue ſui nominis titulos

tulos

Digitized by Google

tulos ampliat, tunc officii ſui debitum reddit, cum favore Deo vivo, cum eius intuitu, per quem præeſt principibus orbis terræ, Dei eccleſias, & loca religioſa pio favore proſequitur, & iuſtis eorum precibus condeſcendit. Quapropter per præſens privilegium noverit tam præſens ætas quam futura poſteritas, quod *Henricus* Dei *a*) abbas monaſterii S. *Georgii* in Nigra Silva fidelis noſter quoddam privilegium dudum eidem monaſterio a divæ memoriæ quondam imperatore *Henrico* quarto clementer indultum, noſtro culmini præſentavit, ſupplicans humiliter & devote, ut monaſterium ipſum ſub noſtra & imperii protectione recipere, & idem privilegium innovare, ac omnia, quæ continentur in eo, confirmare de noſtra gratia dignaremur cuius tenor per omnia talis eſt *b*).

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia quartus Romanorum imperator Auguſtus, & quintus rex. Quoniam imperialem decet dignitatem, iuſtitiam & pietatem, neceſſitatibus eccleſiarum ſuccurrere, profectibus gaudere, & utilitatibus conſulere, & favere. Ob hanc rem, quæ in litteris iſtis ſequuntur agenda, ob interventum *Moguntinenſis* archiepiſcopi *Adelberti*, *Colonienſis* archiepiſcopi *Friderici*, *Treverenſis* archiepiſcopi *Brunonis*, *Spirenſis* epiſcopi *Brunonis*, & aliorum quorundam noſtri regni principum, ſcilicet *Leopoldi*, *Odachori c*), & *Hermanni* de *Badun*, marchionum, comitum quoque *Wilhelmi* de *Luozzelmburg*, *Godefridi Calivin d*), *Bertholdi* de *Naeringis e*), miſericorditer ſuſcepimus, ordinando clementer diſpoſuimus, comprobando diligenter confirmavimus. Notum igitur fore volumus, & cupimus omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam modernis, quod duo illuſtres viri *Hezelo* & *Heſſo* cellulam condiderant in regno noſtro in *Conſtantienſi* epiſcopatu in pago nomine *Baræ* in comitatu *Aſenheim* in ſilva quæ dicitur nigra, iuxta fluvium *Brigana* in honorem Dei omnipotentis S. *Georgii* martyris, eamque ſatis pie & honeſte prædiorum ſuorum beneficiis initiaverunt ad neceſſitatem monachorum ſecundum regulam S. *Benedicti*, degentium in perpetuum favente miſericordia Dei ibi futurorum. Ut igitur id firmius & ſtabilius eſſe poſſet, placuit illis, eandem cellam beato *Petro* apoſtolo, & Romanæ ſedis antiſtiti mancipari, & ad eius palatium Lateranenſe ſingulis annis aureum quem dicunt biſantium præſentari ea intentione

a) Deeſt hic *permiſſione* vel ſimile quid.

b) Diploma hoc fere concordat cum eo, quod idem *Henricus* an. 1108. huic monaſterio conceſſit, datum a nobis ſupra p. 41.

c) Forte *Ottocari*. d) *Godefridi* de *Calwe*.

e) Videtur eſſe *Bertholdus* III. dux *Zaringenſis*.

Digitized by Google

SECULUM XIV.

tione & pactione, ut ſub tanti pontificis mundiburdio & defenſione ab omni iniuſta læſione adverſariorum protegi poſſent, & defenſari; hoc revera, ut felices negotiatores prudenter fecerunt, primum propter ſpem vitæ æternæ, ob remiſſionem peccatorum omnium, ob ſalutem corporum, & ſempiternam requiem animarum & ob quotidianam memoriam ſui, ſuorumque parentum omnium, poſthumorum, conſanguineorum, propinquorum, amicorum, ſimulque omnium ad curam ſuam pertinentium; ob memoriam quoque regum, epiſcoporum, principum, ac omnium prædeceſſorum, cellæ ſtatum & honorem diligentium, & defendentium, atque omnium prorſus Chriſti fidelium, & prout poſſe ſuberit, ut cunctis Chriſti pauperibus beneficum illic patefiat receptaculum. Huius confirmationis a duobus apoſtolicis *Vrbano* ſcilicet ſecundo, & *Paſchale* ſecundo bina tenent privilegia, in quibus & hoc ſancitum eſt, ut quandocunque patre ſuo ſpirituali orbati fuerint, ipſi eiuſdem monaſterii fratres habeant liberam poteſtatem ſecundum regulam S. *Benedicti* inter ſe, & undecunque voluerint, abbatem ſibi non ſolum eligendi, ſed etiam conſtituendi. Præterea ut nulli ſacerdotum, regum, aut ducum, aut comitum, aut quarumlibet perſonarum liceat in eo loco aliquas ſibi proprietates, conditiones, non hæreditarii iuris, non advocatiæ, non cuiuslibet poteſtatis uſurpationes, quæ libertati monaſterii noceant, vindicare: advocatum ſibi conſtituendi ut abbas etiam cum ſuis fratribus habeat liberam poteſtatem, & ſi is poſtmodum monaſterio inutilis fuerit, remoto eo alium conſtituant. Decretum quoque ibi eſt, ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ſubditos eius, poſſeſſiones auferre, imminuere, aut temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integre conſervent eorum, pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. In fine additur, ut ſi quis in craſtinum archiepiſcopus aut epiſcopus, imperator, aut rex, dux, aut marchio, comes, aut vicecomes, aut perſona quælibet eccleſiaſtica aut ſæcularis huius conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonitus, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat; reumque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate agnoſcat; atque a ſacratiſſimo corpore Domini noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, & in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis, percipere, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inveniat. His decretis propter gratiam Dei nos annuimus; has conſtitutiones approbavimus, & con-

firmavi-

Digitized by Google

firmavimus. Inſuper & noſtras libenter benignitates, & miſericorditer adiungimus, & ſtatuimus, ut ſi quiſpiam, quod abſit, unum manſum, unum molendinum, aut ſaltem unam vineam, aut unum mancipium, aut tale quid a ſupradicto monaſterio iniuſte abſtulerit, is noſtri noſtrorumque ſucceſſorum regia poteſtate coactus, tria auri talenta ad imperatoris erarium perſolvat, primitus eccleſiæ reddito quod uſurpaverat. Si vero curtem aut aliquam villam inde violentus, ſive invaſor ipſius cellæ exſtiterit, ſive huius teſtamenti decreta, traditioneſque quocunque ingenio ſeu argumento legum ſecularium pervertere aut infringere attemptaverit, is triginta auri libras ad imperatoris perſolvat cameram, reddito prius eccleſiæ ſecundum legum iuſtitiam, quod abſtulerit, atque intentio illius omnino irrita fiat. Huic monaſterio, *Formarus f) Metenſis* urbis præfectus, & filius eius *Formarus* ſubdiderunt, delegaverunt, & in perpetuam proprietatem dederunt, quidquid in villis *Lucbesheim* & *Alba* habuerunt, in eccleſiis, in decimis, in mancipiis, in ſervitiis, in campis, in ſilvis, in pratis, in paſcuis, in aquis, aquarumque decurſibus, in molendinis, in piſcationibus, in venationibus, in decimationibus, & in omnibus redditibus, ea prorſus iuſtitia, qua ipſi illa hæreditario iure poſſederant. Quod ut verius credatur, in omni ævo ratum, & inconcuſſum permaneat, hanc cartam inde conſcribi, & manu propria corroborantes, impreſſione noſtri ſigilli, ut inferius apparet, inſigniri iuſſimus, ſignum Domini *Heinrici* quarti Romani imperatoris invictiſſimi.

Nos itaque, qui Deum habemus præ oculis, & Dei eccleſias, ac loca religioſa benigno favore reſpicimus, attendentes fidem puram, & devotionem ſinceram, quam prædictus abbas fidelis noſter ad maieſtatis noſtræ perſonam, & ſacrum imperium gerit, ſupplicationibus ſuis benignius inclinati, iam dictum monaſterium cum perſonis, & omnibus bonis ſuis, quæ iuſte tenet, & poſſidet, ſub noſtra & imperii protectione recepimus ſpeciali; ſubſcriptum vero privilegium prædicti quondam *Henrici* imperatoris memoriæ recolendæ. Huic vero privilegio de verbo ad verbum inſeri iuſſimus omnia, quæ continentur in eo, excepto, quod eidem abbati & ſucceſſoribus ſuis nullum alium advocatum, præterquam nos, & hæredes noſtros amodo liceat eligere, aut hoc iure advocatiæ monaſterii eiuſdem nobis & hæredibus noſtris perpetuo reſervato, excepta eadem clauſula illa, quæ in fine additur: *ut ſi quis in craſtinum archiepiſcopus* & cetera, uſque *in extremo examine*

f) In ſuperioribus *Folmarus*.

SECULUM XIV.

diſtrictæ ultioni ſubiaceat, de imperialis præeminentiæ noſtræ gratia confirmantes. Statuimus igitur, & imperiali ſancimus edicto, ut omnia, quæ in præfato noſtro privilegio continentur, eidem abbati, & ſucceſſoribus eius, nec non & ipſi monaſterio ſint perpetuo valitura, dummodo in noſtra, & imperii fidelitate, ac denuntiatione perſiſtentes, a noſtris, ac imperii ſervitiis non recedant; firmiter etiam prohibemus, quatenus nullus archiepiſcopus, nullus epiſcopus, nullus prælatus, nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nullus baro, nullus advocatus, nulla denique perſona alta vel humilis, eccleſiaſtica vel mundana prædictum abbatem, & ſucceſſores eius, ſeu ipſum monaſterium contra præfati privilegii noſtri tenorem auſu temerario inquietare, moleſtare, ſeu perturbare præſumat; quod qui præſumſerit, indignationem noſtri culminis, & pœnam centum librarum auri optimi ſe noverit incurſurum, quarum medietas cameræ noſtræ, reliqua vero paſſis iniuriam applicetur. Ad huius igitur protectionis, innovationis & confirmationis noſtræ futuram memoriam & robur perpetuo valiturum præſens privilegium fieri, & maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus communiri. Huius rei teſtes ſunt *Fridericus* filius quidem illuſtris regis Romani *Heinrici*, *Richardus* comes *Caſſertanus*, *Pandolfus* de *Faſſanella*, *Marquardus* de *Sueſſa*, magnæ imperialis curiæ iudex, *Petrus* de *Calabria*, *Nicolaus* de *Crayna*, *Nicolaus* de *Citala*, & alii quam plures. Signum Domini noſtri *Friderici* Dei gratia invictiſſimi Romanorum imperatoris ſemper Auguſti, *Ieruſalem*, & *Siciliæ* regis. Acta ſunt hæc anno divinæ incarnationis milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto menſe Decembri quartæ indictionis, imperante Domino noſtro *Friderico* Dei gratia glorioſiſſimo, Romanorum imperatore ſemper Auguſto, *Ieruſalem*, & *Siciliæ* rege, Romani imperii eius anno viceſimo ſecundo, regni *Ieruſalem* viceſimo ſexto, regni vero *Siciliæ* quadrageſimo ſeptimo feliciter amen. Datum *Croſſet* anno menſe & indictione præſcriptis.

Nos itaque dictorum religioſorum devotionis inſignia & alia multiplicia probitatum, & virtutum merita, quibus noſtram celſitudinem, & ſacrum imperium ſtuduerunt hactenus attenta diligentia venerari, clare noſtræ mentis oculis limpidius intuentes ipſorum ſupplicationibus ob omnipotentis Dei, glorioſæ & intemeratæ virginis *Mariæ* genitricis eius, ac S. *Georgii* patroni dicti monaſterii, ac etiam ſinceræ devotionis affectum, quem ad præfatum monaſterium geſſimus, & habere innovamus, inclinati benignius, præſertim cum iuſte petentibus non ſit denegandus aſſenſus, prædictis abbati & conventui privilegium *Heinrici*

præ-

Digitized by Google

præſcriptum, nec non omnia & ſingula privilegia, quæ a Dominis Romanorum imperatoribus, ſeu regibus prædeceſſoribus noſtris, libertatibus, iuribus, gratiis & immunitatibus obtinuerunt hactenus, in omnibus ſuis punctis, ſententiis, tenoribus, & clauſulis, ac ſi de verbo ad verbum eſſent inſerta, prout rite & rationabiliter proceſſerunt, & aliorum iuribus non præiudicant, approbamus, innovamus, & ex certa noſtra ſcientia, auctoritate regia confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ approbationis, innovationis & confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario quomodolibet contraire, ſub pœna quinquaginta marcarum puri auri, quas ab eo, qui contra venire præſumſerit, irremiſſibiliter exigi volumus, & earum medietatem noſtro fiſco, reſiduam partem vero iniuriam paſſorum uſibus applicari. Præſenti ſub noſtræ maieſtatis ſigillo, teſtimonio harum litterarum datarum in *Sleſtat* anno Domini MCCCLIV. indictione 7ma 2do idus Maii regnorum noſtrorum anno octavo.

N. CCXXVI.

Innocentius VI. *Philippo* ep. *Canalicenſi* committit viſitationem præcipuarum *Germaniæ* provinciarum.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri *Philippo* epiſcopo *Canalicenſi* Apoſtolicæ ſedis nuntio ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Inter cætera, ad quæ nos obligat officium apoſtolicæ ſervitutis, illud inſidet ſpecialiter cordi nobis, ut Prælati & viri eccleſiaſtici, ſicut dignitate vel officio præeminent, ſic etiam moribus antecedant. Ipſi namque ducum in populo gerentes officia & vivendi normam in gentibus derivantes oportet exemplares eſſe, vita & virtutibus etiam renidentes, ut & doctrina erudiant ſubditos, & exemplo confirment operum eruditos. Ad compoſitionem etenim ſubditorum utrumque neceſſarium eſt, ut ſcilicet præſidentium lingua non torpeat ſilentio, nec manus dampnabili otio ab operum executione pigreſcat. Et quoniam ſicut Prælatos & viros eoſdem eſſe huiuſmodi ferventer appetimus, ſic etiam avide geſtimus, ut quod inſpicere nequimus corporalibus oculis, hoc per officium aurium relatione miniſtrorum fidelium ad noſtrum intuitum deferamus, frequenter aſſumptis in partem ſollicitudinis noſtrorum

Anno 1357. 8. Oct. Ex archiv. monaſt. *T. II. p.* 146.

 onerum

Digitized by Google

SECULUM XIV.

onerum delegamus, quod perſonaliter non poſſumus agere, hoc eorum miniſterio exequentes. Cum itaque te ad *Trevirenſem*, *Maguntinenſem*, *Colonienſem*, *Bremenſem*, & *Magdeburgenſem* civitates & diœceſes ac provincias pro quibusdam negotiis per nos tibi commiſſis præſentialiter deſtinemus, nos ſperantes in Domino per te, cuius probata examinataque virtus in magnis & arduis clarior ſemper enituit, in ſubſcriptis ſic impleri & exequi votum noſtrum, ut per miniſterium tuum præſentes opere, abſentes tantum corpore videamur: fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus *Trevirenſem*, *Maguntinenſem*, *Colonienſem*, *Bremenſem*, & *Magdeburgenſem*, ac ſuffraganeas eis cathedrales & collegiatas eccleſias, ac monaſteria, decanatus, & alia loca religioſa, capitula, collegia & conventus, earumque perſonas tam in capitulo quam in membris auctoritate noſtra perſonaliter viſites, & qualiter omnia geruntur ſubiecta re oculis conſiderans & examinans diligenter ea, quæ approbata repereris, approbes, commendanda commendes, & confirmes etiam confirmanda, ſuperflua reſeces, abiicias nocitura, reformanda reformes, corrigenda corrigas, emendes etiam emendanda, & quæcunque ad viſitationis officium pertinent, agens & exequens iuxta datam tibi a Domino gratiam & virtutem ſtatuas & ordines omnia in eiſdem, quæ ad Dei laudem & gloriam & perſonarum ſalutem, & eccleſiarum prædictarum decorem & ſtatum ſtatuenda cognoveris, ac etiam ordinanda illa, quæ inveneris, & per te agi contigerit, nobis fideliter relaturus, non obſtantibus quibuscunque conſtitutionibus & privilegiis apoſtolicis, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis; ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum *Avinione* VIII. Idus Octobris Pontificatus noſtri anno V.

N. CCXXVII.

Digitized by Google

N. CCXXVII.

Monaſterium *Albæ Dominorum* bona in *Mercklingen* emit.

SECULUM XIV.

Anno 1359. 24. Feb. Ex archiv. monaſt. *T. II.* p. 167.

Ich *Erckenger* von *Merckelingen* ein edel kneht, und ich *Guote* von *Lichtenſtein* ſin ehlichen husfrowe, veriehen offenlich an diſem gegenwertigen brief, und tun kunt allen den die in iemer angeſehnd oder hörent leſen, daz wir einmutetlich, geſund, und vertig mit wol bedahtem muot, und mit geſamter band, für uns, und für alle unſer erben, und nachkomenne, willeclich, unbecwungenlich und unwiderrufenlich mit worten und mit werken, vollemehticliche reht und redelich haben verkouffet, und zuo kouffe gegeben den erbern geiſtlichen Herrn, dem -- Abt und dem Convente dez cloſters zuo *Albe*, dez ordens von *Cytels*, in *Spirer* byſtum gelegen unverſcheidelich alle die guot, die wir biz uf diſen hutigen tag haben gehabt, oder gehabet ſolten han, beſuoht, und unbeſuoht zuo *Merckelingen* in dem dorfe, und in dezſelben dorfes marcke gelegen, wie die genant ſint oder heiſzent, ez ſien ecker, wiſen, gulte, eigenlüte, reht, genieſze oder gwonheit, ſi ſien benennet, beſcheiden oder nit, in welich wiſe die an uns braht ſint, oder wir die bizher beſeſzen han, und mit namen unſern hüſer, beide in dem kirchhof und uzwendig mit aller unſre hofereit, umbe fünfhundert pfunt guoter und geber heller, die wir gentzelich, und gar von ſin empfangen haben, und in unſern beſzern nutz bewant. Und darumbe ſo ſullen und globen wir für uns, und für alle unſer erben und nachkommen, den vorgeſeiten herren von *Albe*, irem Cloſter und allen iren Nachkomenne die ſelben gut allen mit iren rechten und zuogehöreden zuo werenne und zuo vertigenne one allen iren ſchaden iare und tag nach reht und gwonheit des landes, für reht frie ledig geeigent eigen, an allen den ſtetden und von allen den lüten, da ſie bekümmert oder anſprechig werdent, wo oder in welche wiſe daz beſchehe.

Und zu einer veſten ſicherheit derſelben dinge ſo ſetzen wir in zu bürgen unverſcheidenlich hern *Wolfen* den eltern von dem *Stein*, einen Ritter, *Albrehten* von *Nippenburg* genant den Moren, *Wolfen* von *Nippenburg* genant den Brackenheimer, *Rymunden*, *Hugen*, und *Wernhern* gebrüder von *Münichingen* eün dez egerümten *Erckergs* ſweſter ſune, und *Conraten* und *Reinharten* gebrüder von *Stammcheim* ouch eün dez egerümten

SECULUM XIV.

Erckingers ſweſter ſune, mit ſollichem gedinge, wer daz die vorgenant guot alle gemeinlich, oder ir ein teil ſunderlich in dchein wiſe bekümmert oder angeſprochen werdent, wo, oder von wem daz beſchiht, wenne ſie denne von der egenanten hren wegen von *Albe* darumbe zu huſe oder zu hofe mit briefen oder mit gewiſſen botten ermant werdent, daz ſie denne unverſcheidelich ſullent uf ir eide in dem nehſten monat nach derſelben manunge in varen leiſten gen *Wile* in die Stat in eins offenne wirtes hus, oder der ſelber nit leiſten wil iegelicher mit eim kneht und mit eim pferid niemanden danne zuo komenne, biz daz den ſelben heren von *Albe*, irem Cloſter und aller iren nachkomenne die vorgen gut allü gar und gentzelich gevertiget und ufgerichtet werdent ane alle geverde, wer ouch daz der ſelbn burgen dcheiner abe gienge, da vor Got ſi, und die andern burgen dez ouch denne ermant werdent zuo huſe oder zuo hofe, ſo ſullent ſie aber denne zuo glicher wiſe unverſcheidenlich in dem nehſten monat nach der ſelben manunge in varen leiſten, gen *Wile* in die Stat, niemand dannen zu komenne, biz den vorgenanten heren von *Albe* und irem Cloſter alz gut bürgen geſetzet werdent, die ſie benament, alz die warent die denne abgegangen ſint ane aller ſaht geuerde und ane alle widerrede. Und darumbe ſo globen wir ouch ungeuerlich uf unſer eide die vorgenant unſer bürgen zu ledigenne und zu löſenne von der vorgen bürgſchafft ane alles rehten, und ane allen iren ſchaden ungeuerlich. Und zuo eim waren urkunde, und ſicherheit aller diſer dinge, ſo han wir unſern inſigel gehenket an diſen brief. Und wir die vorgenant bürgen, her *Wolf* der elter von dem *Stein* ein Ritter, *Albreht* von *Nippenburg* genant More, *Wolf* von *Nippenburg* genant Brackenheimer, *Rymund*, *Hug*, und *Wernher* von *Munichingen*, und *Cenrat* und *Reinhart* von *Stammeheim* Edelknecht veriehen unverſcheidenliche der vorgeſchribune burgſchaft, und aller ir artickel, und globen die ungeuerlich uf unſer eide ware, veſte und ſtete zu haltenne ane allen fürzug und ane alle widerrede, und zu einer ſicherheit aller der vorgeſchribene dinge, ſo hat unſer iegelicher ſunderlich ſin eigen ingeſigel ouch gehenket an diſen brief. Der gegeben wart an ſant *Mathis* tag, do man zalt von Gottez geburte drinzehenhundert iare, und darnach in dem nünden und fünfzigſten iare.

N. CCXXVIII.

Digitized by Google

N. CCXXVIII.

Confirmatio *Eberhardi* de *Sickingen* Præpoſiti eccleſiæ S. Trinitatis *Spirenſis* ſuper incorporatione parochialis eccleſiæ villæ *Wile* cœnobio *Hirſaw* facta.

SECULUM XIV.

Anno 1362. 14. Ian. Ex archiv. monaſterii S. Georgii.

Eberhardus de *Sickingen* Præpoſitus eccleſiæ ſanctæ Trinitatis *Spirenſis*. Recognoſcimus, & ad univerſorum notitiam, ad perpetuam rei memoriam cupimus pervenire, quod nos incorporationem & unionem per colendæ memoriæ Dominum *Clementem* Papam ſextum, religioſis viris abbati & conventui monaſterii in *Hirſſaw* ordinis S. *Benedicti Spirenſis* diœceſis & eidem monaſterio factas de eccleſia parochiali oppidi *Wile* dictæ diœceſis noſtri archidiaconatus, in quantum huiuſmodi incorporatio & unio rite & legitime celebratæ exiſtunt, pro nobis & noſtris ſucceſſoribus ratam & gratam ac acceptam habuimus, & habemus, & eoſdem quantum in nobis eſt, admittimus, & in Dei nomine præſentibus adprobamus, promittentes ſponte & ex certa ſcientia pro nobis & noſtris ſucceſſoribus univerſis, quod prædictos religioſos vel eorum monaſterium in prædicta eccleſia ſua *Wile*, vel ipſius eccleſiæ iuribus aut pertinentiis univerſis non turbabimus, non gravabimus, non moleſtabimus quovis modo contra formam & tenorem incorporationis & unionis ſupratactæ, ſalvis noſtris iuribus archidiaconalibus, nobis in dicta eccleſia *Wile* & cetera inſtitutioni & deſtitutioni vicarii ipſius eccleſiæ perpetui competentibus, quibus per præmiſſa non intendimus in aliquo derogare. Datum *Spiræ* noſtro ſub ſigillo præſentibus in præmiſſorum teſtimonium appenſo ſub anno Domini MCCCLXII. feria tertia proxima poſt Epiphaniam Domini.

N. CCXXIX.

Litteras reverſales PP. ord. S. *Pauli* ob donatum a S. *Blaſio* locum *Grunwald* ſigillo ſuo obſignat *Henricus* epiſc. *Conſtant.*

Anno 1362. 9. Febr. Ex archiv. monaſt. *T. II.* p. 154.

In Chriſti nomine amen. Nos Fr. *Fridericus* provincialis fratrum S. *Pauli* primi heremitæ ordinis per *Theutoniam* totuſque conventus loci

SECULUM XIV.

loci ſeu cœnobii in *Wildenbab* ordinis & profeſſionis ipſius Fr. *Friderici* provincialis prædicti notum facimus univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus quam futuris, ad quos præſentes litteræ pervenerint, quod cum reverendus in Chriſto Pater & Dominus noſter Dominus *Heinricus* divina clementia favente abbas totuſque conventus monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti* miſericordia & gratia divina inſpirante commoniti nobis pauperibus & vagabundis de poſſeſſionibus ſuis & monaſterio ſuo pertinentibus manſionem certam, videlicet locum dictum *ze der Wildenbab* ſitum in nemore dicto *der Gruonwald* Dei & totius cœleſtis curiæ intuitu donaverint, prout hæc & alia in litteris deſuper nobis traditis plenius eluceſcunt. Igitur ne nos vitio ingratitudinis erga dictos Dominos noſtros abbatem & conventum quoquo modo maculari contingat, nos Fr. *Fridericus* provincialis antedictus totuſque conventus eiuſdem fratris *Friderici* ordinis & etiam loci antedicti pro nobis & omnibus in dicto loco ſucceſſoribus noſtris fatemur & recognoſcimus per præſentes, ac etiam nos & ſucceſſores noſtros præſentibus aſtringimus & obligamus, quod nec nos, nec ipſi, nec etiam aliquis ex nobis aut etiam quiſquam alius nomine noſtro vel alicuius noſtrum ullo unquam tempore per quemcunque modum vel viam aut inventionem aliquam excedere debemus fines ſive terminos præfati loci, dicti *ze der Wildenbab*, nobis per præfatos Dominos abbatem & conventum donati, pro certo ſignaculo, prout in infra ſequitur, deſcripti. Eſt autem deſcriptio loci dicti *die Wildbab* nobis donati, primo incipiendo a proxima fago ſituata ſupra & prope fontem eiuſdem loci uſque infra ad quamdam aliam fagum ſitam prope viam, per quam itur verſus S. *Blaſium* vel in oppidum *Loeffingen*, ſignatam ſignaculo S. *Crucis*, & uno lapide magno pro demonſtratione finium ibidem prope poſito, inter quos eſt diſtantia XXI. virgæ, quibus menſurari conſueverunt pheoda fluvii dicti *der Ache*. Item abinde per viam infra uſque ad aliam fagum ſimiliter ſignaculo crucis ſignatam & cum lapide prope poſito, inter quos eſt diſtantia XXXIV. virgarum prædictarum, & ab illa fago & lapide redeundo ultra ripam ad aliam fagum & lapidem, ut ſupra, intra quos ſunt XVIII. virgæ, & ab inde redeundo & aſcendendo uſque ad ſupraſcriptum fontem & fagum ſunt XXXVII. virgæ, aſtringentes nos libera voluntate, & omnes noſtros ſucceſſores, quod ſive nos, ſive noſtri in eodem loco, vel alius aut alii quicunque noſtro nomine ſupra & infra præſcriptos fines exceſſerint, vel etiam ullo unquam tempore excedant, aut etiam quidquam de poſſeſſionibus vel hominibus ipſorum abbatis & conventus monaſterii S. *Blaſii* præter ſcitum & conceſſum

ceſſum

Digitized by Google

ceſſum eorumdum uſurpando vel etiam quomodocunque poſſidendo attraxerimus vel attraxerint, quod illa attractio, uſurpatio ſive poſſeſſio etiam quantocunque tempore duraverit, nobis Fr. *Friderico* & etiam noſtro in dicto loco conventui vel etiam ſucceſſoribus noſtris aut etiam alicui eorum nullum ius acquirere, vel etiam ipſis abbati & conventui monaſterii S. *Blaſii* antedicti aliquod præiudicium in ſupra vel infra ſcriptis generare vel afferre poſſit aut debeat etiam in perenne. Aſtringimus etiam nos & ſucceſſores noſtros, quod nullum unquam de hominibus iure ſervitutis monaſterio S. *Blaſii* quomodocunque pertinentem in confratrem, conventualem, vel etiam alias in converſum aut ſervitorem recipere vel receptum tenere debeamus contra voluntatem abbatis & conventus prædictorum: & quod ipſos alias in hominibus vel iuribus eorum, quæ vulgo dicuntur *Erbe*, *Velle und gelaeſſe*, nullatenus impediemus, nec ea per nos vel aliquos ex noſtris quoquomodo uſurpando attrahemus. Et quod etiam nunquam in perpetuum ultra numerum decem fratrum conventualium in eodem loco ponemus, vel tenebimus, omni alia fraude vel dolo circa omnia & ſingula præmiſſa & etiam ſubſequentia penitus remota, renuntiantes pro nobis & omnibus ſucceſſoribus noſtris quoad omnia præmiſſa & etiam ſubſequentia omnibus privilegiis, indulgentiis & conceſſionibus a ſede apoſtolica, imperatoribus, vel prælatis, aut baronibus ſive perſonis aliis quibuſcunque impetratis, obtentis, vel etiam impetrandis aut obtinendis in futurum, nec non præſcriptionibus, conſuetudinibus civitatum, monaſteriorum, provinciarum aut etiam locorum quorumcunque, & omni alio iuris auxilio tam canonici quam civilis; quo vel quibus mediantibus contra præmiſſa vel eorum aliquod venire, aut ea etiam vel ipſorum aliquod in toto vel etiam in parte quovis ingenio vel etiam quæſito colore infringere poſſemus. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium & robur efficax nos Fr. *Fridericus* provincialis totuſque conventus loci *in der Wildenbab* prædicti ad maiorem firmitatem omnium præmiſſorum ſupplicavimus reverendo in Chriſto Patri & Domino *Heinrico* epiſcopo *Conſtantienſi*, ut ipſe ſigillum ſuum epiſcopale præſentibus appendere dignaretur. Nos vero *Heinricus* epiſcopus *Conſtantienſis* ad petitionem dictorum provincialis & fratrum prædictorum, & in teſtimonium & robur efficax omnium præmiſſorum ſigillum noſtrum epiſcopale unacum ſigillo dicti Domini provincialis & etiam communitatis dicti ordinis S. *Pauli* per *Theutoniam* præſentibus duximus appendendum. Nos vero Fr. *Fridericus* ordinis iam dicti fatemur ſigillum reverendi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Heinrici* epiſcopi

Digitized by Google

SECULUM XIV.

Conſtantienſis ad petitionem noſtram, & in robur & in teſtimonium omnium præmiſſorum unacum ſigillo communitatis noſtri ordinis, & noſtri *Friderici* provincialis antedicti præſentibus fore appenſum. Datum *Conſtantiæ* anno Domini MCCCLXII. Feria IV. poſt feſtum *Agathæ Virginis* proxima, indictione XV.

N. CCXXX.

Sententia arbitralis inter *Fridericum* ducem de *Teck* & *Beatricem* uxorem *Raynoldi* de *Urslingen* circa oppidum *Oberndorf* feudum monaſterii S. *Galli.*

Anno 1363. 19. Iun. Ex D. Wollében. Mſc. T. II. p. 162.

Wir *Ludwig* Graff zu *Ottingen* der älter, ich *Albrecht* der Hack, *Bruno* der Guſſe von *Brentz*, *Hainrich* von *Rechberg*, N: und ich *Ulrich* der Hack, in diſen nachgeſchribnen ſachen und rechten, ain gemainer man, veriehen alle fünff mit diſem brieff, umb ſollich ſtoſs, und aufflauff, die ſeind zwiſchen dem edlen herren Hertzog *Friderichen* von *Teeck* an einem teyl, und frauwen *Beatrix* Hertzog *Reinoltz* von *Vrslingen* eelichen wirtin, und *Conrad* ier beyder ſohn von dem anderen teyl von der Statt *Oberendorff*, und aller der guet, recht, und lehen, die darzu gehörendt, und die Herzog *Hermann* von *Teeck* ſeelig hat gelaſſen, das für, und mit fürſprechen, der ehegenant Herzog *Friderich* von *Teeck*, und ſprach die vorgenannt Statt *Oberndorff*, und die guet und lehen, die da gehörten in das Schencken Ampt des Gotthaus zu St. *Gallen*, und wärendt auch alſo herkommen, das niemands anders gedacht, dann das ein Herzog von *Teeckh* die lehen und ampt allweegen hergebracht hätten, und das ſelb ampt, und lehen der ehrwürdig herr *Geori* Apt deſſelben Gottshaus zu St. *Gallen* recht und reedlich verlyhen, und wiſ das mit ſeinen briuen daran irrte in des vorgenantes Hertzog *Reynoltz* wirtin und ſein ſohn, und bat, und ſprechen uns fünff, wan er ſeinen gnädigen Lehen Herren hätte, ob mann in nit billich an den vorgenanten guetteren und lehen ungeirret ſolte laſſen, des antwort der vorgenant Herzog *Reynolt*, alſs ein fürſprach für ſein vor genant hausfrauen und ſein ſohn, und ſprach die vorgenant Statt *Oberndorff*, und die lehen und die güetter, die darzu gehören waren von dem Apt, und dem Conuent zu St. *Gallen*, und der waren ſein hausfrau und ſein ſohn nägſte erben, und die hätte

ſein

Digitized by Google

ſein ſohn an den Apt zu S. *Gallen* ihm und ſeiner mutter zu dreyen mahlen geforderet, der hätte ihm die lehen verzogen zu leyhen, und dar nach ſo war er kommen an die herren deſſelben Conuentz zu St. *Gallen*, und hätte von wegen die lehen an ſie geforderet und die hätten ſie im auch recht und reedlich verlyhen zu rechten lehen, und beweyſet das auch mit ierem brieff, und bath uns urtheyl darumb ſprechen, ob der vorgenant Herzog *Friderich* ſie icht billichen an den vorgenanten gütteren und lehen ſolt ungeirret laſſen. Da wir alſo beyder theyl brieff fürlegung, rẽd und antwort verhorten, ſo ſeind wir alle fünff über ein kommen und haben gemaynlich erkant, das der vorgenant herr der Abbt zu St. *Gallen*, ſolle für ſich bayde thayll betagen, und ſolle die tag beſcheynen an die Statt da die herren von dem Conuent wol hinkommen mochten, ungefährlich, und ſolle dem niderſetzen ſeine mann, die von ihm und dem Gotzhauſen lehen haben, und helmes und wappens genoſſen, und ſoll uff die um die vorgenanten lehen gütter beſchehen was recht ſeyhe, da die herren vom Capitel entgegen ſeyen, und ſolle auf den ſelbigen tag ein end nemmen, und alſo darbey bleiben, eſ ſolle auch das recht in diſen nechſten dreyen vierzehen tagen ein end nemmen, und vollbracht werden, und ſoll ein tag ſein von morgen, daſs iſt affter montag nach *Viti*, über vierzehen tag, und darnach ob eintwederen thayl ehehafft noth ware, aber über vierzehen tag der ander tag, wurde der aber nit geſuecht, das einem thayl ehehaffte not wär, ſo ſoll der dritt tag ſein, von demſelben tag aber über vierzehen tag, und ſoll auf den ſelben tag ein end nemmen, welcher thayl auf den erſten tag nit geſuchen mag, der ſoll die ehehafft noth ſchreyben, die in geirret hat, und ſoll die auf den nechſten tag mit dem ayd beweyſen, ob es ● der ander thayl nit überheben will. Wer auch ein thaill den anderen tag nit geſuchen mocht vor ehehaffter not, der ſoll die ſelben ſach, die im geirret hat, uff den ſelben tag aber ſchreyben, und ſoll die ſelben ehehafft noth uff den anderen tag, ſo es in der ander theyll nit überheben will, weiſen und beſchaynen mit dem ayd, das in ehehaffte noth geirret hab, und welcher thayll den dritten tag nit ſucht der ſoll des entgelten, alſs dann das recht ſagt. Und des zu uhrkunt haben wür fünff unſer inſigel &c. der geben iſt anno Domini MCCCLXIII. Montag nach *Viti*.

Seculum XIV.

N. CCXXXI.

Urbanus V. abbati monaſterii S. *Trudperti* committit proſpicere rebus ac iuribus monaſterii S. *Blaſii*.

SECULUM XIV.

Anno 1363. 7. Oct. Ex archiv. monaſt.

Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio ... abbati monaſterii *S. Trudperti Conſtantienſis* diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam noſtram pervenit, quod tam dilecti filii abbas & conventus monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis, quam prædeceſſores eorum decimas, redditus, cenſus, terras, domos, vineas, poſſeſſiones, caſtra, caſalia, prata, paſcua, grangias, nemora, molendina, iura, iurisdictiones, & quædam alia bona ipſius monaſterii datis ſuper hoc litteris, confectis exinde publicis inſtrumentis, iuramentis interpoſitis, factis renuntiationibus & pœnis adiectis in gravem ipſius monaſterii læſionem nonnullis clericis & laicis aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo firmam, vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, quorum aliqui dicuntur ſuper his confirmationis litteras in forma communi a ſede apoſtolica impetraſſe. Quia vero noſtra intereſt ſuper hoc de opportuno remedio providere, diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ea, quæ de bonis ipſius monaſterii per conceſſiones huiuſmodi alienata inveneris illicite vel diſtracta, non obſtantibus litteris, inſtrumentis, iuramentis, pœnis, renuntiationibus & confirmationibus ſupradictis, ad ius & proprietatem eiuſdem monaſterii legitime revocare procures. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Data *Avinione* nonis Octobris pontificatus noſtri anno I.

N. CCXXXII.

Friburgenſes in *Brisgoia* a *Bernenſibus* opem petunt.

Anno 1366. Ex bibl. Baſileenſi civica. *T. II.* p. 132.

Den veſten beſcheidnen wyſen, unſern beſondern alten guoten fründen, dem Schultheiſſen, und der Statt *Bern* enpietent wir *Dietrich Schneweli* im hoff Ritter, Bürgermeiſter, und der Rhatt zu *Fryberg*

Digitized by Google

berg im *Bryſgöw* willige dienſt in allen ſachen, und was wir trüwen und fründſchaft mögen, wir kundendt und clagend uch ernſtlich alls unſern guoten fründen, das gros übel das ann uns und unſer ſtatt beſchehen ſin ſölte, und uns und den unſern beſchehen iſt, und noch alle tag beſchiehet, mit prand, mit roub, mit allen übel dingen, und laſſendt das ewer frundſchaft wüſſen, das, das unns der Graff *Eggon* gethan hatt, und thuot mitt vil herrn und walen von *Weſterrich*, von *Niderland*, und ouch uns unſer gegen unwiſſender und unwiderſeitter dingen zeo uns in unſer gegin gezogen iſt und uns und die unſern da gröſlich geſchädiget hatt, der über das wir kheins übels zuo ihm verſehent, und das wir nit anders wiſſende warendt, dann das wir einen gnädigen Herrn an im werdendt han, und das er ſyder dem mal das wir ine zuo eim Herrn nammen darzeo wir ine ouch mit unſerm groſſen coſten hulffen, wen ine dieſelb herrſchaft von erbs wegen nit ankam, nie klag, noch hinderung an uns hatt, ump kheine ſach, und da uns von unſern guoten fründen bottſchaft und warnung beſchehen von der ſammung wegen deſſelben volks, da beſandten wir inn trewer wys denſelben Graffen *Eggon* für uns in unſer Rhat, und battent inn, ob er wiſſe nitzit umb die ſammung des volks, da ſeitt er uns das er daze gepetten wer ze dienſt des landes, aber er wiſſe nit, war das wölte, wir by uns behept han, und erpott ſich oech darzeo, das er es theon wölt. Da würden wir zeo rhatt, das es beſſer wer, das erfüre, und ſandten zwen unſer diener mit im, ſo er empfunde, war ſich das volk barte, das er uns das by inen wiſſen lieſ, vernemm er aber das es über uns gieng, das er dann ſelber ſchnellichlich zeo uns fart: das gelopt er ouch uns ze thuonde und ſchied alſo von uns, do er nün zeo dem volk kam, da vieng er die ſelber und ander unſer diener, durch das wir nit gewarnet würdendt, und greifft an, und ſchädiget uns mit prandt, mit roub, und mit allen übeln dingen, und nachdem als das volk zeoſamen komen iſt, und ſych das ding erhept hatt, und ſo iſt vorſenlich und zeo förchten, das es ein bös ſamlung ſie geſin, die ſich meren werde, da von unſer und ewer gegin und ander landt geſchediget mögen werden, als mer beſchehen iſt, darumb ſo bitten wir ewer fründſchaft und truw, und rüffend üch an alls unſer guote fründt, das ir uns ewer hilff, ſonderlich thuon und ſchicken wöllendt, wann wir mit unſern eydgenoſſen von *Baſell*, von *Bryſach*, von *Neuwenburg*, und mit anderen guoten fründen, mit der hilff Gottes denſelben unſern vigenden meinent zeo widerſtandt, darumb theon har zeo als fürderlich als wir üch getrüwendt, durch das ob üch, oder die üwern

SECULUM XIV.

kheiner haned ſeürlich arbeitt oder kummer angieng, das wir darzeo gegen üch theon wellend mit lyb und guott, das wir getrewent das uch dankbar von uns wer, üwer früntlich anntwert entbiettent uns wider &c. Datum anno Domini M. CCC. LXVI.

N. CCXXXIII.

Emptio bonorum *Mechtildis* viduæ *Riethelmi a*) de *Mercklingen* ſub fideiuſſoria cautione pro monaſterio *Albæ Dominorum*.

Anno 1367. 1. Feb. Ex archiv. monaſt. *T. II.* p. 167.

Ich *Mechtild* von *Oetlingen Richelms* ſeligen von *Merklingen* etwenne eheliche wirtin, *Konrad* des *Oetlingers* tochter vergib, und bekenne mich offentlich mit dieſem brief, daſs ich mit wohlbedachtem muth willentlich und unwiderkommlich für mich und alle meine erben, miterben und nachkommen recht und redlich, für recht frey ledig und zu eigen hab verkauft und zu kaufen gegeben dem ehrbaren geiſtlichen herrn Abt *Marquarden*, und dem Konvent gemeiniglich des Kloſters zu *Albe* graues ordens in *Speyer* biſtum gelegen neünthalb morgen ackers an den enden gelegen, und einen morgen wieſen minder oder mehr im *Mercklinger* marck gelegen, und auch damit alle meine eigene leuthe, die ich hab zu *Mercklingen*, zu *Hingſtetten*, und zu *Weilen*, als auch der brief beſagt, den ich inſonderlich darüber geben hab um 100 und 15 pfundt guter und gangbarer heller, derer ich von ihnen gänzlich und gar gewähret bin und ſie in meinen kommlichen nuzen verwendet hab. Und darum ſo ſoll und gelob ich für mich und für alle meine erben denen vorigen herren von *Albe*, und ihren nachkommen dieſelben leuth und gut zu zuwenden, und zu vereignen, ohne allen ihren ſchaden, iahr und tag nach des landes recht und gewohnheit für recht frey ledig eigen an allen ſtetten wie oder von wem ſie anſprächig oder bekümmert würden. Und zu einer mehreren ſicherheit, derſelben dingen, ſo ſeze ich ein zu bürgen unverſcheidentlich: herren *Wolfen* von *Stein*, den älteren ritter *Erkengum* von *Mercklingen*, *Wolfen* von *Stein* des vorigen herren *Wolfen* bruder, *Wolfen* von *Nyppenburg* Dracкenhand genant und *Erkengum* des vorigen *Erkengs* ſohn, mit ſolchen gedingen, wie das die vorige leuth oder gütter ſammthaft oder ſonderlich

a) Convenit hæc charta fere cum illa, quam ſupra dedimus. N. CCXXVII. p. 293.

Digitized by Google

electus coram nobis comparuit, & prædictæ noſtræ proclamationis litteras exhibuit & produxit, nobiſque de executione earumdem litterarum tempeſtive & alias debite facta plenam fidem fecit, & prout pridem a nobis petiit fieri, per nos inſtanter poſtulavit, quantum omnium & ſingulorum citatorum, in quantum legitime non comparerent, nec termino huiuſmodi ſatisfacerent accuſando. Nos demum poſt expectationem ſufficientem, ex quo in præmiſſis nullus oppoſitor ſeu contradictor prodiit ſeu comparuit, tam dictæ electionis decreto & proceſſu, quam ipſius fratris *Nicolai* electi perſona, aliiſque examinandis, conſiderandis & attendendis diligenter examinatis conſideratis & attentis, Chriſtique nomine invocato, iuriſque ordine in talibus obſervando obſervato, habitoque peritorum conſilio, & ſolo Deo præ oculis, electionem de præfato fratre *Nicolao Schmid*, ut præmittitur, celebratam tamquam canonicam, & ipſum fratrem *Nicolaum* in ipſius monaſterii abbatem confirmandum, ſibique munus benedictionis impertiendum fore decrevimus, & præſentibus confirmamus & decernimus; adminiſtrationem temporalium & ſpiritualium eiuſdem monaſterii ſibi tanquam ſuo abbati plenariam committentes, ipſumque fratrem *Nicolaum Schmid* electum in poſſeſſionem ipſius abbatiæ iuriumque & pertinentiarum eiuſdem miſimus, & in quantum noſtra ſinit abſentia, mittimus per præſentes, adhibitis in his & circa hæc ſolemnitatibus debitis & conſuetis. Inſuper etiam dilectis in Chriſto decano & camerario ſinguliſque confratribus decanatus in *Bibrach* dictæ noſtræ diœceſis præſentibus committimus, atque in virtute S. obedientiæ firmiter & diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus quilibet ipſorum, qui ſuper eo fuerit requiſitus, ipſum Fr. *Nicolaum* electum & confirmatum in poſſeſſionem dictæ abbatiæ iuriumque & pertinentiarum eiuſdem vice noſtra ducat corporalem, ſibique faciat ab omnibus & ſingulis ipſius monaſterii conventualibus & officiatis nec non vaſallis, emphiteutis, cenſitis, hominibus, colonis & debitoribus dicti monaſterii, & quibuslibet aliis, ſicut ad quemlibet ipſorum pertinet, obedientiam & reverentiam debitas exhiberi, ac homagia, ſeu fidelitatis iuramenta, prout ad eos pertinet, præſtari, atque de hominibus, bonis, iuribus, redditibus, cenſibus, decimis & obventionibus ad dictum monaſterium pertinentibus effectualiter reſponderi, tanquam vero & legitimo ipſius monaſterii abbati. Tenor itaque prædicti decreti præfatæ electionis, quod ſigillo conventus prædicti monaſterii pendenti fuit roboratum, & per diſcretum *Ioannem Binder* de *Schafhuſa* clericum dictæ noſtræ diœceſis, publicum imperiali auctoritate & curiæ noſtræ *Conſtant.* nota-

SECULUM XIV. rium in publicam formam redactum & ſuo ſigillo ſolito & conſueto ſignatum, ſequitur in hæc verba.

In nomine Domini &c. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium ſigillum noſtrum epiſcopale præſentibus duximus appendendum. Datum & actum in capella glorioſæ V. Mariæ in *Engen* ſupradicta anno Domini MCCCXCII. fer. VI. poſt Dominicam, qua in eccleſia Dei cantabatur *quaſi modo geniti*, menſis Aprilis XXVI. hora primarum. Indict. quinta decima.

N. CCXLVI.

Anna Neſſin monialis ad S. *Agnetem Friburgi* cenſum annuum vendit.

Anno 1396. 18. Nov. Würdtwein.

Ich *Paulus* von *Richen* Schultheiſſe zu *Friburg* ſaſs zu gericht zu *Friburg* under der richt-louben und tun kunt menglichem mit diſem brieffe daz für mich kament in gericht *Aberli Turner* wiſſenthaft pfleger der geiſtlichen frowen ze ſant *Angneſen* ze eim teil und *Paulus Kotz* ze dem andern teil Edelknecht und offenet und veriath da vor mir offenlich in gericht der vorgenant *Aberlin Turner* ab die geiſtliche frow ſweſter *Anne Neſin* ze ſant *Angneſen* hette vier ſchilling pfennig geltz ab einr hofſtat eins huſs gelegen ze *Gottenhein* da der egenant *Paulus Kotz* uff gebuwen hette, da hette dieſelb ſweſter *Anne Neſin* ze ſant *Angneſen* und er an ir ſtatt dem egenanten *Paulus Kotzen* die vorgeſchriben vier ſchilling pfennig geltz ze kouffen gegeben einez rechten kouffes und alle die recht vorderung und anſprach die ſi an die hofſtatt hette oder haben moht von der vorgeſchriben vier ſchilling geltz wegen und gab ouch *Aberlin Turner* an der obgenanten ſweſter *Annen Neſin* ſtatt die vorgenante vier ſchilling pfennig geltz ire recht die ſi darzu und daran hatte in gericht uff mit mund und mit hand uſſer ſiner hand und gewalt dem egenanten *Paulus Kotzen* in ſin hand und gewalt und ze kouffen recht und redelich einez rechten ewigen kouffs umb funff und driſſig ſchilling pfennig guter und gewonlicher *Friburger* muntz und veriaht ouch daz er der pfennig von im gantzlich darumb bezalt und gewert were, ouch entzoh und begab ſich *Aberli Turner* an ſweſter *Annen Neſin* ſtatt, für ſich und alle ir erben und nachkomenden gegen dem egenanten *Paulus Kotzen* und allen ſinen erben

Digitized by Google

erben und nachkoñenden der vorgenanten vier ſchilling geltz zinſs und ſhaptgutz und der hofſtat da ſi den zins abhatte und aller vorderung und anſprach die ſi daran hatte von deſſelben geltz wegen hinnanthin iemerme eweklich slehtklich ane geuerd, und gelobt ouch damit dis kouffes recht weren ſin ungeuarlich und wart ouch erteilt mit gemeiner urteil daz ſin da mit gnug wer und dirre kouff gut krafft und hantfeſte hette und han ſolt und vorderen ouch des *Paulus Kotz* ein brieff beſigelt mit minem des obgenanten Schultheiſſen ze *Friburg* ingeſigel der im erteilt wart darumb ze gebende, darumb han ich derſelb Schultheiſſe min ingeſigel von des gerichtz wegen ze eim urkund aller vorgeſchriben ding gehenckt an diſen brieff und warent hie bie vor mir in gericht die urteil ſprachent *Bertli ſteffan Snewelin*, *Heſſe Snewelin*, *Rudin* von *Furſtenberg*, *Olewi* Brediger, *Herman* Camerer und *Hanman Degk* des gerichtz und burger ze *Friburg*. dis geſchach und wart dirre brieff gegeben ze *Friburg* under der richt louben vor offem gericht in dem iar do man zalt von Gottez geburt dritzehen hundert nuntzig und ſechs iar am nechſten zinſtag *a*) vor ſant *Andres* tag. SECULUM XIV.

a) *Dinſtag*. Quo die cauſæ cenſuum ventilabantur.

N. CCXLVII.

Rupertus R. R. confirmat S. *Blaſio* anteceſſorum ſuorum privilegia.

Rupertus Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus. Notum facimus præſentium tenore univerſis, quod pro parte religioſorum & devotorum noſtrorum dilectorum abbatis & conventus monaſterii S. *Blaſii* in *Nigra Silva* ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis nobis humiliter exſtitit ſupplicatum, quatenus ipſis & dicto eorum monaſterio quaſdam litteras sereniſſimorum quondam *Adolffi*, *Heinrici*, & *Karoli* Romanorum auguſtorum prædeceſſorum noſtrorum de ſolitæ benignitatis clementia innovare, approbare, ratificare, & confirmare gratioſius dignaremur. Quarum quidem litterarum tenores ſequuntur in hæc verba. *Adolfus* Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus &c. Datum in *Franckenvort* V. Kal. Februarii regni noſtri anno ſecundo *a*). *Heinricus* Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus &c. Datum *Conſtan-*

SECULUM XV. Anno 1408. 1. April. Ex archiv. San-Blaſ. T. II. p. 241.

a) Vide ſupra p. 231.

Digitized by Google

SECULUM XV.

tiæ Kal. Iunii indictione VIII. anno dominicæ incarnationis MCCCIX. regni vero noſtri anno I. *b)* *Karolus* Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus & *Boëmiæ* rex &c. Datum in *Baſilea* anni Domini MCCCLIII. indictione VI. XV. Kal. Novembris, regnorum noſtrorum anno VIII. *c)* Nos igitur prædictorum abbatis & conventus petitionibus favorabiliter inclinati, attendentes etiam, quia iuſte petentibus non ſit denegandus aſſenſus, ad laudem omnipotentis Dei eiuſque genitricis intemeratæ virginis *Mariæ*, nec non omnium prædeceſſorum noſtrorum ſupradictas litteras in omnibus ſuis tenoribus, ſententiis, punctis & clauſulis, ſicut ſuperius expreſſantur; inſuper etiam omnia & ſingula privilegia, indulgentias, ſententias, conceſſiones, declarationes, exemptiones, libertates, donationes, litteras, & gratias præfatis abbati & conventui ac monaſterio eorum prædicto a divis Romanorum imperatoribus, aut regibus prædeceſſoribus noſtris ſeu quibuſvis aliis generaliter aut ſpecialiter ſub quacunque verborum forma ſeu tenore legitime conceſſas & conceſſa in omnibus & ſingulis ſuis articulis, continentiis, ſententiis, clauſulis, tenoribus, & punctis de verbo ad verbum, prout ſcriptæ ſeu ſcripta ſunt, ac ſi tenores omnium præſentibus ſpecifice forent inſerti, animo deliberato non per errorem aut improvide, ſed ſano Principum, Baronum, nobilium & aliorum noſtrorum & imperii ſacri fidelium accedente conſilio, de ſupradictæ benignitatis clementia innovamus, approbamus, ratificamus, & gratioſius confirmamus; noſtris tamen iuribus ſemper ſalvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ innovationis, approbationis, ratificationis, & confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, gravem noſtræ celſitudinis indignationem ſe noverit incurſurum harum ſub noſtræ regiæ Maieſtatis ſigilli appenſione teſtimonio litterarum. Datum *Conſtantiæ* anno Domini MCCCCVIII. menſis Aprilis die prima: regni vero noſtri anno octavo.

Ad mandatum domini Regis
Iohannes Winheim.

b) Ibid. p. 252. ubi tamen ſubſcriptio variat. *c)* Ibid. p. 284.

N. CCXLVIII.

N. CCXLVIII.

Indulgentiæ pro viſitantibus eccleſias & capellas monaſterii S. *Blaſii.*

Nos *Hermannus* Dei gratia epiſcopus *Caſtorienſis* nec non ſuffraganeus reverendi in Chriſto Patris ac domini domini *Alberthi* electi & confirmati *Conſtantienſis* in pontificalibus generalis, univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Quamquam piorum locorum commodis & profectibus ex officii noſtri debito vacare & intendere teneamur, præcipue ubi religioſa fidelitas laudibus præconiiſque divinis diligenter exercetur. Cupientes igitur, ut monaſterium S. *Blaſii* novum & vetus, ſive capellæ B. *Virginis* glorioſæ, S. *Iohannis Baptiſtæ*, S. *Benedicti*, S. *Michaelis*, S. *Nicolai*, & eccleſia S. *Stephani* ibidem *Conſtantienſis* diœceſis, nec non ſingula altaria, ſeu quæ annexa, dicti monaſterii nec non prædictarum eccleſiarum & capellarum congruis honoribus frequententur, & a Chriſti fidelibus iugiter venerentur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis ad dicta monaſteria, capellas, altaria pariter & eis annexa, in dedicationibus, patrociniis, nec non in ſingulis feſtivitatibus, ſive diebus Dominicis & feſtivis cauſa devotionis, orationis, aut peregrinationis acceſſerint, nec non manus porrexerint adiutrices, auctoritate nobis in hac parte commiſſa quadraginta dies criminalium indulgentiarum de iniunctis eis pœnitentiis, & annum venialium in Domino relaxamus. In cuius rei teſtimonium ſeu robur ſigillum noſtrum præſentibus duximus appendendum. Datum & actum ipſa die S. *Leudagarii* martyris & epiſcopi anno Domini MCCCCVIII. Indictione I.

SECULUM XV.

Anno 1408. 2. Oct. Ex autogr. San-Blaſ. *T. II. p.* 240.

N. CCXLIX.

Annuus cenſus moniali in *Fridenwiler* venditus.

Ich *Kaſpar Suter* von *Betzingen* tun kunt allen den die diſen brief anſehent oder horent leſen und vergich offenlich, daz ich fur mich und alle min erben und nachkomen recht und redlich eines rechten koufes verkoufft und ze kouffende gegeben hab der erberen geiſtli-

Anno 1410. 7. Februar. Ex ſchedis Würdtwein. *T. II. p.* 255.

chen

SECULUM XV.

chen fröwen frow *Margarethen Sniderin* Kloſterfrow ze *Fridenwiler* ſant *Iergen* ordens *a)* ſehs ſchilling pfennig geltes guter und gewonlicher *Friburger* montze rehtes ierliches zinſes ze gebende ir und allen iren erben und nachkommen hinnanthin alle iare uf ſant *Martinstag* des heiligen Biſchoffs, und gant dieſelben ſehs ſchilling pfennig geltes von und ab minem huſe hoff, und hoffgeſeſſe mit allen begriffen und zugehorden gelegen zu *Betzingen* in dem dorff zwuſchen hern *Treplin* und *Cunrad Scherer* von *Ciſtat*, fur eigen nach vierdhalb ſchilling pfennigen und zwein rappen geltes ſo ze vor zinſe da von gat, ſo denne ab einer iuchart reben lit ze *Betzingen* in dem banne am altweg under *Michels* im hof reben fur eigen nach einem halben ſöme wingeltes, und einem rappen geltes ſo ze vor zinſe da von güt, und ab einer halben iuchart reben lit im *Schanbach* ouch in *Betzinger* banne under *Henni Scherers* reben und zuhet gegen *Hanman Kagers* gut fur eigen nach einem ſchilling pfennig und einem halben vierling wachs geltes ſo ze vor zinſe davon gat, und iſt dirre kouffe beſchehen umb ſiben guldin guter genger geber und gerechter an golde und an gewichte, und bin ouch ich derſelben guldin gar und gentzlich von ir bezalt und gewert und hab ſu in minen beſſern notz und fromen bewerd und bekert und glob auch ich der obgenant verkouffer fur mich und alle min erben und nachkommen dis kouffs und der vorgeſchriben ſechs ſchilling pfennig geltes zinſes der vorgenanten frow *Margarethen Sniderin* und aller ir erben und nachkommen rechte weren ſin ab den vorgeſchriben underpfanden fur eigen nach den vorgeſchriben zinſen hinnanthin gegen menglichem und an allen den ſtetten wa ſu des bedorffent als recht iſt ane alle geuerde, die egenant frow *Margaretha Sniderin* Kloſterfrowe ze *Fridenwiler* het aber mir die gnade und die fruntſchaft getan, in dieſem kouffe daz ich und alle min erben und nachkommen umb ſi und umb alle ir erben und nachkommen die vorgeſchriben ſechs ſchilling pfenig geltes mogent wider kouffen ouch ſamenthaft mit ſiben guldinen guter genger geber und gerechter an golde und an gewichte hinnanthin welches iar es wir wellent, vor unſer Frowen tag der Liehtmeſſe ane den nutze des kunfftigen iares und nach der Liehtmeſſe nit wand mit dem nutze des nachgenden kunfftigen iares ane geuerde. Warumber zu einem offen ſtetten waren urkunde ſo hab ich *Kaſpar Suter* von *Betzingen* der verkouffer obgenant gebetten den fromen veſten iuncher *Rudolff Turner* minen gnedigen Iuncherren das er ſin eigen ingeſigel zem urkunde und gezugniſſe het gehenket an dieſem brief, mich und alle min erben

a) Vocatur forte *Fridenwiler* ordinis S. *Georgii*, quod tunc huic monaſterio fuerit ſubiectum.

Digitized by Google

erben und nachkomen die ich ouch veſtenklich har zu verbinde da mit zu uberſagende aller vorgeſchriben dinge, ich *Rudolff Turner* vorgenant vergihe ouch daz min ingeſigel durch des obgenanten *Kaſpar Suters* mines armen mannes ernſtlicher bette willen zem urkunde hab gehencket an diſen brieff doch mir und allen minen erben und nachkommen zu allen unſern rechten unſchedlich. Diſs beſchach und wart dirre brief gegeben des iares da man zalte von Gottes geburt viertzehenhundert iare und zehen iare an dem nechſten Fritag vor der alten vaſtnacht.

N. CCL.

Ioannes abbas S. *Blaſii* pro anniverſario proventus legat infirmariæ & ſcholaribus.

Nos *Iohannes* divina permiſſione abbas monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis notum facimus & fatemur præſentium cum tenore univerſis & ſingulis, quos noſſe opportunum fuerit, quod nos ſoſpitate mentis & corporis deliberatione matura præhabita, perpendentes illud propheticum, peccata tua eleemoſynis redime: item & illud evangelicum, date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis. Cupientes itaque & nos adimplere conſilia pietatis, unde & miſericordiam a Deo retributore omnium bonorum conſequi valeamus, adhibito generali conſilio & cenſenſu noſtri conventus, donavimus libere atque teſtavimus nomine teſtamenti perpetui univerſis confratribus prædicti noſtri conventus, & eorum futuris temporibus ſucceſſoribus ad infirmariam bona ſubſcripta cum ſuis redditibus, proventibus, ac iuribus perpetue ab eis tanquam ſua propria bona communiter, ut dictum eſt, poſſidenda. Primo prata ſeu bona, quæ poſſidebat quondam *Nicolaus* de *Rinfelden* ſita ſupra montem vallis *Todtnow* dictum *Zer Bach*, nunc autem poſſidentur a magiſtris argentifodinarum vulgo dictis *die Froner* nomine emphyteoſis, ſolventia annuo cenſu X. libras monetæ uſualis & conſuetæ, quæ nobis & noſtro monaſterio comparavimus iuſta & legitima emptione a diſcreto *Bertholdo Smid* noſtro miniſtro in *Schoenow*, & *Margareta* eius uxore legitima, ſecundum quæ ſonare videntur litteræ præfatæ emptionis a nobis de prædictis habitæ. Item unum pratum ſitum ſupra antedictum montem *Zer Bach*, appellatum *die Cruzmatten* a ſuperiori eius parte contiguum

Anno 1410. 6. Nov. Ex archiv. monaſt. T. II. p. 298.

Digitized by Google

SECULUM XV.

domui quondam *Nicolai* de *Luterbachs*, a quo protenditur deorſum uſque ad ripam, & deinde a ripa ſurſum uſque dum attingit domum *Heinrici* dicti *Gudels* continens ſpacium operis duodecim dierum, ſolvens annuo redditu ſeptem libras denariorum de moneta uſuali, & conſueta, quod comparavimus nobis & noſtro monaſterio iuſta & legitima emptione a diſcreta *Elizabetha Sturlerin* relicta *Iohannis* quondam dicti *Bugglers*, ſecundum tenorem cautionis prædictæ emptionis a nobis habitæ. Prænominata itaque bona cum omnibus ſuis iuribus & proventibus donavimus atque teſtavimus præfatis confratribus noſtri conventus, & omnibus eorum ſucceſſoribus ad infirmariam, aſſignando eis cautiones, ſeu litteras prædictarum emptionum, tali tamen conditione adiuncta, quod prædicti confratres noſtri conventus, ſive eorum ſucceſſores poſtquam exſolverimus humanæ conditionis debitum, ſingulis annis ea die, qua carne ſoluti fuerimus, celebrare debent anniverſarium noſtræ depoſitionis diem ſecundum conſuetum morem, quo & celebrari ſolent aliorum prædeceſſorum noſtrorum abbatum anniverſaria. Debet autem magiſter infirmariæ ipſa anniverſaria die depoſitionis noſtræ univerſis confratribus noſtri conventus ſpecialiter adiunctis ſcholaribus miniſtrare refectionem bonam de carnibus *a*) vel de piſcibus ſecundum exigentiam temporum. Et magiſter coquinæ debet eis dare de meliori vino. Item diebus VI. Sabbatorum venientium in quadrageſima per ſingula ſabbata duntaxat debet præfatus magiſter infirmariæ dictis confratribus cum ſcholaribus miniſtrare refectionem, quæ in piſcibus conſtabit duas libras denariorum, quibus omnibus in unum computatis redundabit ſumma XII. librarum. De reſiduo autem, quod ſuperfuerit, de prænotatis redditibus procurabit prædictus magiſter infirmariæ refectionem in die anniverſaria noſtra, ut ſupra dictum eſt. Et hoc modo, ſecundum quod prædefinitum eſt, donavimus præfato noſtro conventui & eorum omnibus ſucceſſoribus prætacta bona perpetuis temporibus poſſidenda, & fructus ſeu redditus ex eis percipiendos tanquam ex eorum propriis bonis abſque omni contradictione ſeu impedimento noſtri atque omnium ſucceſſorum noſtrorum ſeu cuiuſcunque perſonæ vel quarumcunque perſonarum noſtro nomine. Et in huius rei evidens teſtimonium præſentes litteras appenſione noſtri abbatialis nec non & noſtri conventus ſigillorum tradidimus corroboratas ſeu communitas. Datum & actum anno ab incarnatione Domini MCCCCX. Ipſa die *Leonardi* confeſſoris, indictione III.

N. CCLI.

a) Hinc conſtat, iam tum certis diebus licitum fuiſſe carnium eſum in S. *Blaſio*: licet a. 1347. adhuc in aſſumtione S. *Mariæ* piſces piperatos comederint Vid. ſupra N. CCXIX.

N. CCLI.

Ioannes XXIII. *Ioanni* abbati S. *Blaſii* & ſucceſſoribus uſum mitræ & baculi &c. concedit.

SECULUM XV.

Anno 1413. 1. April. Ex archiv. monaſt. *T. II.* p. 241.

I*ohannes* epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis abbati & conventui monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Expoſcit veſtræ devotionis ſinceritas, & religionis promeretur honeſtas, ut tam vos, quos ſpeciali dilectione proſequimur, quam monaſterium veſtrum dignis honoribus attollamus. Hinc eſt, quod nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu fili abbas & ſucceſſores tui abbates dicti monaſterii, qui pro tempore fuerint, mitra, annulo, baculo paſtorali, & aliis pontificalibus inſigniis libere poſſitis uti, nec non quod in dicto monaſterio & prioratibus eidem monaſterio ſubiectis, ac parochialibus & aliis eccleſiis ad vos communiter vel diviſim pertinentibus, quamvis vobis pleno iure non ſubſint, benedictionem ſolemnem poſt miſſarum, veſperarum, & matutinarum ſolemnia, dummodo in benedictione huiuſmodi aliquis antiſtes, vel ſedis apoſtolicæ Legatus præſens non fuerit, elargiri poſſitis, felicis recordationis *Alexandri* Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit *Abbates*, & aliis quibuſcunque conſtitutionibus apoſtolicis in contrarium editis nequaquam obſtantibus, vobis & eiſdem ſucceſſoribus auctoritate apoſtolica de ſpeciali gratia tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Data *Romæ* apud S. *Petrum* Kal. Aprilis pontificatus noſtri anno III.

N. CCLII.

Ioannes XXIII. abbatibus S. *Blaſii* in perpetuum conferendi minores ordines, benedicendi calices &c. concedit facultatem.

Anno 1413. 1. April. Ex eod. *T. II.* p. 239.

I*ohannes* epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis abbati & conventui monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis*

SECULUM XV.

tienſis diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem! Exigit veſtræ devotionis probata ſinceritas, qua nos & Romanam eccleſiam reveremini: religionis quoque veſtræ promeretur honeſtas, ut tam vos, quos ſingulari dilectione amplectimur, quam monaſterium veſtrum ſpecialibus favoribus & gratiis proſequamur. Hinc eſt, quod nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu fili abbas & ſucceſſores tui abbates dicti monaſterii, qui pro tempore fuerint, calices, veſtes, & alia ornamenta eccleſiaſtica dicti monaſterii, & prioratuum, & eccleſiarum eidem monaſterio ſubiectarum, non conſecrata conſecrare, nec non quibuſvis monachis ſive novitiis eiuſdem monaſterii præſentibus & futuris omnes minores ordines conferre libere & licite valeatis, quibuſcunque conſtitutionibus apoſtolicis ac ſtatutis & conſuetudinibus monaſterii & ordinis prædictorum, ac aliis contrariis nequaquam obſtantibus, vobis & eiſdem ſucceſſoribus auctoritate apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat. *Romæ* apud ſanctum *Petrum*. Kal. Aprilis pontificatus noſtri anno III.

N. CCLIII.

Ioannes XXIII. abbatibus S. *Blaſii* licentiam eccleſias & cœmeteria polluta reconciliandi dat facultatem.

Anno 1414. 1. Febr. Ex eodem. ibid.

Iohannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis *Iohanni* abbati & conventui monaſterii in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Veſtræ devotionis precibus benignum impertientes aſſenſum libenter ea vobis concedimus gratioſe, quæ veſtræ quietis commoda reſpicere dinoſcuntur. Cum itaque pro parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, ut ſæpe contingat eccleſias & cimiteria ac alia loca monaſterio in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis ſubiecta per effuſionem ſanguinis vel ſeminis violari, & ſicut aſſeritis tu abbas & ſucceſſores tui abbates eiuſdem monaſterii pro tempore exiſtentes pro ipſorum reconciliatione epiſcopum *Conſtantienſem* ſimiliter pro tempore exiſtentem, & præſertim yemali tempore propter nives in illis partibus tunc plerumque conſiſtentes

commodo

Digitized by Google

commodo accedere non valent, pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis ſuper hoc providere de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, quod tu abbas & prædicti ſucceſſores eccleſias, cimiteria & loca huiuſmodi, aqua etiam per te aut eoſdem ſucceſſores prius benedicta reconciliare valeatis, quotiens fuerit opportunum, conſtitutione, quæ id præcipit per epiſcopos tantum fieri, & aliis conſtitutionibus apoſtolicis nequaquam obſtantibus, apoſtolica tibi abbati & eiſdem ſucceſſoribus auctoritate concedimus tenore præſentium facultatem. Data *Mantuæ* Kal. Februarii pontificatus noſtri anno IV. SECULUM XV.

N. CCLIV.

Ioannes abbas S. *Blaſii* ſui ex concilio *Conſtantienſi* diſceſſus rationes exponit Patribus, procuratoresque conſtituit.

Univerſis & ſingulis, quorum intereſt, vel intererit quomodolibet, in futurum; & præſertim reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino vice-camerario ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini Domini *Iohannis* digna Dei providentia ſummi pontificis, nec non reverendis in Chriſto Patribus ac Dominis Dominis archiepiſcopis, epiſcopis, prælatis ac doctoribus & aliis ſuppoſitis nationis Germaniæ in civitate *Conſtantienſi* occaſione generalis concilii conſtitutis, nos *Iohannes* humilis abbas monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti* diœceſis *Conſtantienſis* cum debita ſubiectione ad quæque omnium & ſingulorum veſtrorum genera mandatorum. Reverendiſſimi in Chriſto Patres & Domini generoſi. Cum ex edicto apoſtolici mandati ob concordiam & pacem univerſalis eccleſiæ ad celebrationem generalis concilii dudum evocati ad civitatem *Conſtantienſem* venerimus, ibidem aliquo tempore perſonaliter exiſtendo, ex tunc autem ob arduas & evidentes cauſas nobis ac dicto noſtro monaſterio graviter ingruentes abinde receſſimus, animo & intentione, ſtatim & in continenti illuc redeundi, nunc autem præliis, hoſtilitatibus ſævis & atrocibus, inter quæ & quas monaſterium noſtrum pene cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, rebus & pertinentiis, ſituatum exiſtit, irrecuperabiliter quaſſatur, noſque ſine perículoſo metu corporis & rerum ad dictum ſacrum concilium redire nequimus. Hinc

Anno 1415. 27. Mart. Ex eodem. T. II. p. 241.

Digitized by Google

SECULUM XV.

eſt, ne videamur tranſgreſſores apoſtolici mandati, ſeu generalis concilii contemptores in antea, quod matura præhabita deliberatione venerabiles & religioſos Patres Dominos *Iohannem* in *Petri domo* extra muros *Conſtantienſes* ordinis ſupradicti, nec non *Gotefridum* abbatem monaſterii *Rutinenſis Præmonſtratenſis* ordinis diœceſis *Conſtantienſis* prædictæ monaſteriorum abbates, abſentes tanquam præſentes noſtros veros & legitimos in ſolidum præſentibus conſtituimus, ordinamus, & facimus procuratores, ita, quod non ſit melior conditio occupantis ſeu deterior ſubſequentis, ad reſpondendum pro nobis in prædicto ſacro generali concilio etiam in natione germanica, ſeu ubicunque, aut coram quocunque opus fuerit, nec non ad obligandum, ſed vice & nomine noſtri ad omnia & ſingula tam in genere quam in ſpecie, quæ in memorato ſacro concilio generali, aut in iam dicta natione ſunt vel fuerint tractata, vel tractanda, & conſentiendum vice & nomine noſtri in omnes & ſingulos tractatus dicti generalis concilii aut nationis prætactæ, non minus ſe etiam ad obligandum nomine & vice noſtris ad omnia ad expeditionem tractatuum prætacti ſacri generalis concilii neceſſaria aut opportuna, ratum & gratum per fidem noſtram, quantum ad nos pertinet, fideliter habituri, quidquid per eoſdem ſeu alterum ipſorum in præmiſſis geſtum fuerit, ſive actum. Dantes nihilominus prædictis noſtris procuratoribus ac alteri ipſorum plenariam & omnimodam poteſtatem, ſi neceſſe viſum fuerit, in animam noſtram ſacramentum præſtandi, ac omnia alia & ſingula faciendi, gerendi, & tractandi, quæ nos ipſi in ſupradicto ſacro concilio facere poſſemus & exercere, ſi perſonaliter præſentes eſſemus. In horum igitur omnium & ſingulolorum teſtimonium & robur nos *Iohannes* abbas monaſterii S. *Blaſii* ſupradictus ſigillum noſtrum abbatiale præſentibus duximus appendendum. Datum in monaſterio noſtro prædicto ſub anno Domini MCCCCXV. Feria IV. proxima ante cœnam Domini.

N. CCLV.

Reverſales Fr. *Andreæ Winterling* apud S. *Blaſium*.

Anno 1417. 12. April. Ex eodem.

Ich brueder *Andreas Winterling Hainrich Winterlingers* ſune von *Rottwil* Convent brueder zu ſant *Bläſy* vergich offentlich an diſen brieff.. und begib mich deſs mit krafft diſs gegenwirtigen briefeſs wär es dass ich in dem egenanten Gotzhuſs ze ſant *Bleſsi* nüt gelernen möchti, das ich prieſterlich

prieſterlich ampt empfieng, daſs ich denn in demſelben Gotzhuſs dchein pfrund haben ſoll, dan daſs ich ain bruder kutten anleggen *a*), und in dem brüder huſse ſin, und mich der bruder prund daſelbs benügen ſoll . . . . . . vnd hab ich verhaiſſen all vor beſchriben ſtuck und iegliches beſunder ſo von mir dem erwürdigen und geiſtlichen Fürſten minem gnedigen hern abbt *Ibohanſen* an diſem brieff verſchriben ſtond, by miner tru an aides ſtatt war undt ſtät ze haben und ze halten, und dawider niemer zu tuond noch ſchaffen geton, haimlich noch offenlich ungeuarlich, und hirumb ze waren vrkunde daſs deren alles daſs war undt ſtatt belib, ſo hievor geſchriben ſtat, ſo han ich gebetten den vorgenanten *Hainrich Winterlinger* minen lieben vatter daſs er diſen brieff beſigelt hant mit ſinem anhangenden inſigel, doch im unſchädlich, der geben iſt an dem Oſter Montag nach Chriſtus geburt vierzechen hundert vnd dar nach im ſibenzehenden iar. SECULUM XV.

a) Patet hinc, diverſam tunc adhucdum apud nos fuiſſe converſorum habitationem & habitum.

N. CCLVI.

Martinus V. eccleſiæ in *Tottmos* indulgentias concedit.

Martinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dum excelſa meritorum inſignia, quibus regina cœlorum virgo Dei genitrix glorioſa ſedibus prælata ſidireis quaſi ſtella matutina prærutilat, devotæ conſiderationis indagine perſcrutamur, dum etiam intra pectoris arcana revolvimus, quod ipſa utpote mater miſericordiæ, mater gratiæ & pietatis, amica humani generis conſolatrix, pro ſalute fidelium, qui debitorum onere prægravantur, ſedula exoratrix, & pervigil ad regem, quem genuit, intercedit; dignum quin potius debitum arbitramur, ut capellas & loca in honore ſui nominis dedicata gratioſis remiſſionum proſequamur impendiis, & gratiarum muneribus honoremus. Cupientes igitur, ut capella B. *Mariæ* virginis *im Todmoſs Conſtantienſis* diœceſis, quæ, ſicut accepimus, reparatione indigere dinoſcitur, ac in libris & ornamentis eccleſiaſticis defectum patitur, & ad quam Chriſti fidelium illarum partium cauſa devotionis illic conſequendæ multitudo confluit copioſa, congruis honoribus frequentetur, & etiam reparetur, ac fideles ipſi eo libentius cauſa devotionis confluant ad eandem, & ad reparatio- Anno 1423. 11. Dec. Ex eodem. *T. II. p.* 206.

nem

Digitized by Google

SECULUM XV.

nem huiuſmodi ac ipſius capellæ fabricam manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia & BB. *Petri & Pauli* apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in feſto B. *Annæ* matris dictæ *Mariæ* virginis dictam capellam devote viſitaverint, & ad reparationem ſeu fabricam huiuſmodi manus adiutrices porrexerint, ut præfertur, quinque annos & quadragenas totidem de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Volumus autem quod dictæ indulgentiæ tractu temporis non expirent, quodque ſi alias viſitantibus capellam ſeu ad reparationem ſeu fabricam huiuſmodi, aut ipſius capellæ conſervationem manus porrigentibus adiutrices, aut alias inibi pias elemoſinas erogantibus, ſeu alias aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per nos conceſſa fuerit, huiuſmodi præſentes litteræ nullius exiſtant roboris vel momenti. Datum *Romæ* apud S. Mariam maiorem III. Idus. Decembris Pontificatus noſtri anno VI.

N. CCLVII.

Martinus V. confirmat S. *Blaſio* privilegia, unacum capella in *Nallingen.*

Anno 1424. 17. Febr. Ex eodem. *T. II. p.* 241.

M*artinus* epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis . . . . abbati & conventui monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates, immunitates a prædeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus ſive per privilegia ſive alias indulgentias vobis & monaſterio veſtro indultas, unacum capella S. *Blaſii* in *Nellingen* præpoſitura nuncupata, eidem monaſterio veſtro canonice unita, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus ac aliis Chriſti fidelibus vobis & dicto monaſterio veſtro conceſſas, ſicut eas iuſte poſſidetis, & quiete, vobis & per vos eidem monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-

Digitized by Google

paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat. *Romæ* apud S. Petrum XIII. Kal. Martii Pontificatus noſtri anno VII.

SECULUM XV.

N. CCLVIII.

Eleemoſynæ pro monaſterio ſanctimonialium in *Guttnau* combuſto.

Anno 1426. 14. Aug. Ex Autogr. San-Blaſ. *T. II.* p. 248.

Ioannes Dei gratia abbas monaſterii S. *Blaſii* in *Nigra Sylva* ordinis S. *Benedicti* univerſis & ſingulis diœceſis *Conſtantienſis* decanis, camerariis, eccleſiarum parochialium rectoribus, plebanis, viceplebanis & aliis incuratis cæteris presbyteris & ſacerdotibus per civitates & diœceſin *Conſtantienſem* ubilibet conſtitutis, ad quos præſentes meæ litteræ pervenerint, orationes in Chriſto devotas. In omnibus cum deſiderio complacendi gratum Deo pariter & acceptum credimus impendere famulatum, dum Chriſti fideles quoslibet ad devotionis & pietatis opera incitamus, per quæ divinæ gratiæ illos reddi ſperamus acceptiores. Inter cuncta autem pietatis opera eleemoſynarum largitio longe præponderat abolitionem omnimodam peccatorum, ſcriptura teſtante, ſicut aqua ignem, ita eleemoſyna peccatum extinguit. Fiducia itaque magna erit coram omnipotenti Deo omnibus puro animo & ſincero corde facientibus illam. Cum itaque honorabiles in Chriſto dilecti monaſterii ſanctimonialium in *Guottnow* ordinis noſtri ac diœceſis *Conſtantienſis* exiſtentes noſtro ſub regimine, in quo hucuſque magiſtra & ſorores in numero copioſo diu noctuque divinis laudibus inceſſanter vigilaſſe viſæ ſunt, iam tribus annis elapſis in omnibus ſuis ædificiis ſtructuris & ornamentis eccleſiaſticis ad divinum cultum ſpectantibus per ignis incendium, quod dolenter referimus, ad plenum ſit combuſtum & deſolatum, & adeo, quod ibidem penitus nihil ſuperfluit, nec remanſit, ſicque magiſtra & ſorores præfatæ ipſum monaſterium vice verſa cœperunt reformare & ædificare opere ſumptuoſo, ut poſt tempus inibi cohabitare, ac divinis laudibus inſiſtere valeant atque poſſint. Et quia ipſis ſororibus propriæ non ſuppetunt facultates, nec ipſum monaſterium tantum habet in redditibus, ut poſſit reformari, niſi Chriſti fideles ad hoc ſua pietatis ſubſidia & eleemoſynas

 largian-

Seculum XV.

largiantur. Ne ergo ipſæ ſorores ab invicem cogantur ſeparari, & divinus cultus hucuſque in dicto monaſterio tentus pereat & decreſcat, dilectiones veſtras in Domino exoramus ac humiliter petimus, quatenus nuntios dicti monaſterii aut ipſaſmet ſorores has noſtras litteras deferentes, cum ad vos venerint, Chriſti fidelium eleemoſynas ad reſtaurationem & reformationem dicti monaſterii & aliorum præmiſſorum petitas benigne, reverenter, favorabiliterque pertractetis, ac ipſos ſeu ipſas ecclesiis veſtris ad petendas huiuſmodi eleemoſynas pie admittatis, & pro ipſis, ſi petierint, verbum exhortationis apud veſtros ſubditos fideliter proponatis eoſdem ſerioſius incitantes, ut ad tam pium opus ſuas pias eleemoſynas largiantur, ut hæc & alia bona, quæ Domino feceritis, inſpirantibus vobis & ipſis in ſalvationis remedium convertantur, præſentibus litteris a ſui data ad biennium & non ultra valituris. Datum in noſtro monaſterio vigilia Aſſumptionis *Mariæ* a. Dom. MCCCCXXVI. ſub ſigillo noſtro abbatiali præſentibus appenſo.

N. CCLIX.

Ioannes ep. *Baſileenſis* indulgentias XL. dierum concedit iis, qui pro reparatione monaſterii in *Guttnau* ſubſidia contulerint.

Anno 1426. 23. Aug. Ex eodem. Ibid.

Ioannes Dei & apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopus *Baſilienſis* univerſis & ſingulis decanis & camerariis, eccleſiarumque parochialium rectoribus, vicariis perpetuis, plebanis, viceplebanis, & incuratis, cæteriſque presbyteris & ſacerdotibus per civitatem & diœceſim noſtram *Baſilienſem* ubilibet conſtitutis, ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, ſalutem in eo, cuius initio diriguntur univerſa condita atque creata. Quoniam inter cætera, in quibus famulamus altiſſimo, præcipuum non ambigimus divini cultus exaltationem & fidelium animarum ſalutem crebrius audagere, cum per hoc ſalus in terra viventium proſperius dilatetur. Cum igitur monaſterium *Guotnow* ordidinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis ſuis ſtructuris, muris, tecturis, ornamentis non modica indigeat reformatione, ad quam difficulter devenire poterit abſque Chriſti fidelium elemoſyna & adiutorio: ea propter dilectiones veſtras in Domino attentius exhortamur, requirrimus, & monemus, & vobis ac cuilibet veſtrum ſupradictis in virtute S. obedientiæ

tiæ

tiæ firmiter & diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus nuntios dicti monaſterii *Guotenow*, dum ad vos vel alium ex vobis petendi fidelium elemoſynas ad præmiſſa cum præſentibus noſtris litteris venerint, benigne recipiatis, & favorabiliter pertractetis in eccleſiis veſtris ipſos ad petendas huiuſmodi elemoſynas ſemel duntaxat in anno admittentes, & pro eis plebes vobis commiſſas, ut elemoſynas ſuas ipſis erogent, libentius incitantes, ut vos & ipſi per hoc & alia bona, quæ Domino feceritis inſpirante, æternæ beatitudinis præmia mereamini feliciter adipiſci. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia & BB. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ſua pia charitatis ſubſidia ad dictum monaſterium & eius fabricam elargiti fuerint, XL. dies criminalium, & unum annum venialium peccatorum de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Præſentibus noſtris litteris poſt anni ſpatium ab eorum data computando minime valituris. Datum ſub ſigillo curiæ noſtræ *Baſilienſis*, quo utimur in hac parte, præſentibus appenſo, anno Domini MCCCCXXVI. die Veneris, quæ fuit & eſt XXIII. menſis Auguſti indictione IV. SECULUM XV.

N. CCLX.

Præpoſitus *Stutgardiæ* debitores *Novæ cellæ* ad ſolutionem impellit auctoritate apoſtolica.

Præpoſitus eccleſiæ collegiatæ in *Stutgardia* diœceſis *Conſtantienſis* iudex, ad infra ſcripta a ſede apoſtolica ſpecialiter delegatus plebanis ac rectoribus, nec non viceplebanis eccleſiarum in *Gerwil*, in *Hochſel*, in *Hener*, in *Loffenberg*, in *Waltzhut*, in *Sekkingen*, *Alaphen*, *Waltkilch*, *Byrdorff*, in *Vilingen*, in *Amptenhuſen*, in *Zell*, & in *Schopffen*, diœceſis præfatæ, cæteriſque, ad quos præſentes pervenerint, ſalutem in Domino, & mandatis noſtris, imo univerſis apoſtolicis firmiter obedire. Vobis & cuilibet veſtrum firmiter & diſtricte, apoſtolica, qua in hac parte fungimur, authoritate mandamus, quatenus omnes & ſingulos notorum debitorum, cenſuum, decimarum, remediorum, anniverſariorum, legatorum, teſtamentorum, mortuariorum, honorariorum, & aliorum iurium, & debitorum, quorumcunque honorabili & religioſo in Chriſto Domino Præpoſito domus *Nova Cella* in Nigra Silva, ordinis S. *Benedicti*, dictæ diœceſis *Conſtantienſis* pertinentium, dili- Anno 1430. 6. Iun. Ex eodem.

genter

Digitized by Google

SECULUM XV. genter moneatis, in genere, & prout vobis nominatim; ſeu in ſcriptis dati fuerunt in ſpecie, quos & nos præſentibus monemus, ut eidem Domino Præpoſito domus *Novæ Cellæ* de præmiſſis debitis & iuribus condigne ſatisfaciant, vel ſe cum eodem deſuper amice componant infra veſtræ, & cuilibet veſtrum mortuorum proximos decem dies, alioquin ipſos propter hoc, per nos tamen nominatim monitos, ſi præmiſſa non coram nobis diffitebuntur, præfata apoſtolica authoritate præſentibus excommunicamus, excommunicatos, uxoreſque, famulos, colonos, inquilinos ipſorum, quos a divinis excludimus, excluſis, publicatis; & ſi huiuſmodi ſententias ut rebelles inciderint, & in eis per alios decem dies præfatos decem dies immediate ſequentes, animis, quod abſit, ſorduerint induratis, tunc inhibeatis omnibus veſtris ſubditis, & aliis Chriſti fidelibus, ne quis eiſdem communicet cibo, potu, furno, foro, molendino, loquela, ſeu quavis alia communione a canonibus non conceſſa: nomina quoque rebellium, ſeu excommunicatorum huiuſmodi fideliter reſcribantur, ut contra ipſos ſententias per graviores procedere valeamus, præſentibus poſt terminum a dato præſentium immediate ſecuturum minime valituris. Datum *Stutgardiæ* noſtro ſub ſigillo præſentibus appenſo anno MCCCCXXX. tertia feria hebdomadæ Pentecoſtes.

N. CCLXI.

Conſtituti viſitatores monaſteriorum a capitulo provinciali ordinis S. *Bened.* apud SS. *Udalr.* & *Afram Auguſtæ.*

Anno 1432. 11. Maii Ex eodem. *T. II. p.* 241.

In nomine Domini amen. Anno a nativitate eiuſdem MCCCCXXXII. indictione X. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri *Eugenii* divina providentia Papæ IV. anno ſecundo, die vero ſolis XI. menſis Maii, quæ erat dominica tertia poſt paſcha, qua cantabatur in Dei eccleſia *Iubilate*, *Ortwinus* montis S. *Petri Erfurdenſis*, *Ioannes* S. *Georgii* in *Stain*, & *Hainricus* in *Ammerbach* monaſteriorum ordinis S. *Benedicti Maguntinenſis*, *Conſtantienſis*, & *Herbipolenſis* diœceſis abbates, præſidentes ſacri capituli provincialis nigrorum monachorum provinciæ *Maguntinenſis* & diœceſis *Bambergenſis* unacum patribus abbatibus præſentibus & procuratoribus abſentium, quorum nomina habentur in actis dicti capituli

Digitized by Google

capituli diligenter conſcripta, præfatum capitulum inchoavimus, & continuatis diebus ſequentibus celebravimus in monaſterio SS. *Udalrici & Affræ Auguſtenſis* ordinis & diœceſis eiuſdem, ac in eodem habitis debitis tractatibus ſacro approbante capitulo omnibus inclinationibus modo, & forma, quibus debuimus & potuimus, ſtatuimus, & ordinamus, & ſtricte obſervanda mandamus infra ſcripta. Primo de communi approbatione totius ſacri capituli approbamus, ratificamus, innovamus & laudamus omnia & ſingula ſtatuta in celebratis iam capitulis *Maguntinenſi*, *Fuldenſi*, *Seligenstadenſi*, *Herbipolenſi*, *Erfurdenſi* & *Bambergenſi* alias legitime & rite facta edita ſtatuta & concluſa. Item volumus, quod futurum capitulum celebretur anno MCCCCXXXV. in Dominica, qua cantatur in Dei eccleſia *Iubilate*, quæ erit tertia Dominica poſt paſcha, in monaſterio S. *Ægidii* in *Nurnberga Bambergenſis* diœceſis a), & in eo præſidebunt abbates S. *Ægidii* in *Nurnberga*, S. *Georii* in *Stain Conſtantienſis*, S. *Michaëlis* in *Luneberg Verdenſis*, & in *Ammerbach Herbipolenſis* diœceſis. Miſſam celebrabit in eodem D. abbas S. *Michaëlis montis Monachorum*: ſermonem faciet per ſe vel per alium Dominus de *Caſtello*; Theſaurarii erunt S. *Ægidii* in *Nurnberga*, S. *Michaëlis montis Monachorum*, ac in *Wilzburg* monaſteriorum abbates. Item ordinamus, quod per illud triduum advenientes ad capitulum futurum ſimul reficientur, & miniſtrari debebunt duntaxat duo fercula de piſcibus, & unum de ovis vel de frixis, & duo bona pulmentaria adiuncto caſeo vel aliquibus fructibus. Item viſitatoribus; diœceſin *Conſtantienſem* & *Curienſem* excepto monaſterio in *Mure* viſitabunt communiter vel diviſim abbates monaſteriorum, abbas *montis Angelorum*, quem viſitabit abbas in *Mure*, & abbas in *Zwifalden*, quem viſitabit abbas in *Neyrisheim*, & monaſterium in *Mure* viſitabit abbas S. *Blaſii*. Diœceſin *Spirenſem* viſitabit abbas in *Odenheim*, quem viſitabit abbas in *Camberg*. Diœceſin *Argentinenſem* viſitabit abbas in *Schutteren*, quem viſitabit abbas S. *Trudperti*. Diœceſin *Herbipolenſem* viſitabit abbas in *Newenſtat* & in *Swarzach*, quos viſitabit abbas in *Sunshaim*. Diœceſin *Eyſtettenſem* & *Bambergenſem* viſitabit abbas in *Wilzburg*, quem viſitabit abbas in *Brenzahuſen*. Diœceſin *Auguſtenſem* viſitabit abbas in *Faucibus*, & in *Ottenburen*, quos viſitabit abbas in *Ochſenhuſen*. Diœceſin *Hildeshemenſem* & *Paderburenſem* viſitabit abbas S. *Gothardi* in *Hildeshaim*. Diœceſin *Maguntinenſem* in partibus rheni viſitabunt abbas in *Uraw* & prior in *Schlutteren*; in partibus *Haſſiæ* viſitabit decanus monaſterii *Herſfeldenſis*; in parti-

SECULUM XV.

a) Celebratum dein fuit *Baſileæ* a. 1435. ſub aliis Præſidentibus. Trithem. annal. Hirſ. T. II. p. 391.

SECULUM XV.

partibus *Thuringiæ* viſitabunt abbates *Cellæ Paulini* & in *Renſpurm*, quos viſitabit abbas in *Panz*. Qui quidem viſitatores ſic ordinati primo & ante omnia ſe, ſua monaſteria, & ſibi ſubiectos viſitabunt, & reforment, & dein monaſteria alia ſibi commiſſa tam monachorum quam monialium, relationes fideles deſuper faciant in capitulo, ſuper quibus omnibus & ſingulis conſcientias eorum oneramus, & volumus, quod ſine exactione iuramenti, propoſito primo verbo Dei, viſitationes eorum compleant iuxta formam a nobis eis præfixam. Et mandamus, quod ipſi viſitatores ſingula monaſteria per eos viſitanda antequam exeant de eiſdem quantum in eis fuerit, effectualiter reforment ſecundum regulam S. *Benedicti*, canonicas ſanctiones & ſtatuta ordinis noſtri, & præſertim in tribus ſubſtantialibus religionis, videlicet, paupertate, obedientia & caſtitate, ac ubi non repererint diſciplinas & cerimonias antiquas valentes, per capitulum cottidianum celebrandum ibidem tractare debeant & per actionem inſtituere cerymonias & diſciplinas a nobis traditas. Eiſdem inſuper mandamus, quod quilibet abbas poſt inſinuationem præſentium in monaſterio ſuo ſe & ſuos monachos ſecundum regulam S. *Benedicti*, canonicas ſanctiones, & ſtatuta ordinis, præſertim in tribus ſubſtantialibus præmiſſis, in eſu & abſtinentia carnium, in cultu divino, & in aliis monaſticis diſciplinis pro omni poſſe atque noſſe ſtudeant reformare. Item volumus, ordinamus, & ſtatuimus, ut quilibet præſidentium habeat plenam poteſtatem & auctoritatem in ſolidum faciendi executionem, & ad procedendum iuxta conſtitutiones Benedictinas contra eos & ſingulos utriuſque ſexus homines, qui viſitatoribus ſe opponent, & ad viſitandum non admittent, vel impedient, vel alias reformationi contrarientur, & qui monaſteria offendunt in rebus vel perſonis quovis modo. Volumus etiam, ut præſidentes, & eorum quilibet, abbates & alios, qui ad dictum capitulum noſtrum provinciale non venerint, nec procuratores idoneos cum ſufficienti mandato tranſmiſerint, ad ſolvendum duplum, & etiam contributiones iuxta taxationes per taxatores a capitulo deputatos factas per cenſuram eccleſiaſticam ſecundum conſtitutiones *Benedicti* XII. appellatione remota compellant. Item mandamus ipſis viſitatoribus, & ſub pœna excommunicationis præcipimus, ut infra annum officium viſitationis eis iniunctum fideliter & effectualiter compleant, & relationem citius, quam commode poſſunt, proximo præſidenti fideliter faciant; qui quidem præſidens ex relatione facta ordinet & diſponat de uno vel duobus monaſteriis unum vel duos, ſecundum quod ei videbitur expedire, qui accedant ad ſtudia generalia. Item mandamus, ut ſi aliquæ perſonæ, monaſteriorum, quod abſit, viſitato-

Digitized by Google

viſitatoribus qualitercunque ſe oppoſuerint, ſive ipſi viſitatores huiuſmodi mandatis non obtemperaverint; præſidens vicinior ad relationem viſitatorum contra tales rebelles, nec non contra ipſos viſitatores non obtemperantes auctoritate apoſtolica per cenſuram eccleſiaſticam & alias, prout rebellio & inobedientia eorum exigit, procedere non obmittant. Item volumus & mandamus omnibus abbatibus, & ſub pœna excommunicationum præcipimus, quod de cætero nullum de ordine Mendicantium recipiant in obedientiarios, & iam receptos dimittant. Item ſub eadem obedientia & pœna præcipimus omnibus abbatibus, quod monachos ſuos fugitivos recolligant, & de cætero nulli licentiam dent in parochiis commorandi vel regendi, niſi ſint ipſis monaſteriis annexæ. Item præcipimus omnibus abbatibus, quod monachos ſuos & ſibi ſubditos benigne & paterne foveant, & ſi aliquis monachorum exceſſerit, ſecundum ſtatuta regularia eum corrigant, nulli ultra licentiam dantes evagandi de monaſterio ad aliud, & ſi eum corrigere non poſſit, vicino abbati dirigat ad corrigendum. Item volumus, quod de cætero nullus abbatum aliquem monachum fugitivum ſine litteris commendatitiis ſui abbatis, vel vicinorum præſidentium in obedientiam, vel etiam in monaſterio ſuo ſtandum recipiat. Item volumus, quod viſitatores in omnibus monaſteriis per eos viſitatis dimittant cuilibet monaſterio proceſſum. Acta ſunt hæc in ſupradicto monaſterio SS. *Udalrici* & *Affræ* nobis inibi unacum dominis abbatibus & cæteris religioſis procuratoribus abbatum abſentium capitulariter congregatis anno, die, menſe, indictione, & pontificatu ſupra deſcriptis. In quorum omnium & ſingulorum robur & teſtimonium præmiſſorum præſentes noſtras litteras exinde factas nos *Ioannes* abbas monaſterii in *Stain* prædicti nomine noſtri & aliorum præſidentium præfatorum inſtantius rogatus ſigillo noſtro abbatiali fecimus communiri.

SECULUM XV.

N. CCLXII.

Eglolfus ex S. *Blaſii* monacho abbas S. *Galli* prædeceſſori ſuo *Heinrico* in S. *Blaſio* ſepulto anniverſarium conſtituit.

Wir *Eglolff* von Gottes gnaden Abbt des Gotzhus ze ſant *Gallen*, das ohn mittel dem ſtuole ze *Rome* zuogehoert ſant *Benedicten* ordens

Anno 1438. 23. Febr. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II.* p. 245.

ordens in *Coſtenzer* biſtume gelegen, tuont kund aller menglichem und verichen offenlich mit diſem briefe, als *Cuonrat* von *Tanhain* von *Vilingen*, und *Ruodolf* von *Tanhain* von *Friburg* ſin veter ſeligen, und ir erben, und *Cuonrat Staebelli* von *Villingen*, etwa vil zit und bisher unſers Gotzhus zehenden ze *Emmingen* genamt der Portzehend, in pfandswiſe inne gehabt hant, und wir ald ain portner unſers Gotzhus denſelben zehenden mit vierzig guldin von inen ledigen und loeſen mugent nach des wiederbriefs, ſo wir von inen darum inne hänt, lut und ſag: do haben wir in ſtatt und namen eins portners unſers Gotzhus dem ehrwirdigen unſerm lieben herren und fründe herren *Niclauſen* Abbte des Gotzhus ze ſant *Blaeſien* im *Swarzenwalde* entpfolhen, und in des frundlich erbetten, das er den vorbenanten zehenten mit allen rechten und gewonhaiten, als die vorbenanten *Cuonrat* und *Ruodolf* von *Tanhain* und ir erben, und *Cuonrat Staebelli* den bisher inngehebt hänt, von derſelben *Cuonrats* und *Ruodolfs* von *Tanhain* erben, und *Cuonraten Staebelli* loeſen ſoll und mag mit der obgeſchriben ſumm nach innhalt des briefs daruber gegeben, und geben och darüber demſelben herren von ſant *Blaeſien* ganzen und vollen gewalt mit diſem briefe, den obgenanten zehenden mit allen ſinen rechten und zuogehoerden alſo zu loeſen von unſern und unſers Gotzhus wegen in aller wiſe und maſs, als wir ald ein portner unſers Gotzhus ſelber tuon mochtend, und das ouch der ſelb herre Abbt *Niclaus* und ſin nachkomen und das Gotzhus zu ſant *Blaeſien* denſelben zehenden mit ſinen zuogehoerdi, wenn ſy denn alſo erloest hant, dannenhin innehaben, nützen und nieſſen ſand one unſer und unſer nachkomen, und menglichs von unſern und unſers Gotzhus wegen ſumen und irren, als lang und bis uff die zit, das wir ald unſer nachkomen den mit der obgenanten ſumm vierzig guldin von inen zuo unſers Gotzhus handen ganzlichen ledigen und erloeſen, derſelben loſung ouch ſy uns allwegen geſtatten ſond, wen und welches iars wir ald unſer nachkomen die tuon wellent, doch das die loſung beſchaech vor ſant *Iohans* tag des touffers ze ſunwendi. Taetint aber wir die loſung nach demſelben ſant *Iohanstag*, ſo ſolt inen deſſelben iars der nutz von dem obgenanten zehenden, und nit furo volgen und werden. Und als ouch wir und unſer Gotzhus bisher von dem obgenanten zehenden noch iaerlich gehebt haben zwai pfund haller *Coſtenzer* werung iaerlichs zinſes, die unverkumbert und nit verſezt geweſen ſind, ſo ſollen der obgenant herre Abbt *Niclaus* und ſin nachkomen Aebbte zuo ſant *Blaeſien* dieſelben zwai pfund haller gelts einem ſiechmaiſter zuo ſant *Blaeſien* zu gemeiner Convent herren daſelbs handen

Digitized by Google

SECULUM XV.

den iaerlichen geben und richten umb des willen, das dieſelben Convent herren unſers vorfarn Abbt *Hainrichs* ſaeliges gedaechtnüſs, der zuo ſant *Blaeſien* raſtet und begraben iſt, iarzit iaerlichen begangent, mit vigilien und ſelmeſs, und ouch unſer in irem gebett gedenkent, und Gott fur uns bittent, wan ouch wir dieſelben zwai pfund haller durch gedaechtnuſs willen deſſelben unſers vorfarn an ſin iarzit, und das och die obgenanten herren geordnet und gefügt haben und ordnen und fuegen die alſo daran in kraft und urkund dies briefs. Und ze warem offen urkund aller vorgeſchribner dinge haben wir obgenanter Abbt *Eglolff* unſer abtlich inſigel laſſen hengen an dieſen brief, der geben iſt an ſant *Matthias* abend des hailigen zwoelfbotten nach der geburt Chriſti vierzehnhundert iar, und darnach in dem zwai und driſſigoſten iare.

N. CCLXIII.

Synodus *Baſileenſis* ex monaſterio virginum eccleſiam collegiatam conſtituit in *Waldkyrch*.

Anno 1437. 19. Iul. Ex chart. Colleg. *T. II. p.* 260.

Sacroſancta generalis ſynodus *Baſilienſis* in Spiritu ſancto ſanctiſſime congregata univerſalem eccleſiam repræſentans ad perpetuam rei memoriam. Inter curas multiplices, quibus plurimorum pro univerſalis eccleſiæ acceptabili complectendo regimine negotiorum diſtrahi videmur aſſiduo, illa non immerito perpenſius excitamur, per quam eccleſiis, & eccleſiaſticis perſonis ſingulis, earumque commoditatibus uberius provideri valeat, & quæ propterea provide proceſſiſſe comperimus, ut illibata perſiſtant, cum a nobis petitur, uberioris confirmationis adminiculo roboramus. Dudum ſiquidem dilectiſſimo eccleſiæ filio *Iuliano* tit. S. *Sabinæ* S. *Romanæ* eccleſiæ presbitero, tunc ſancti Angeli diacono cardinali in Germania apoſtolicæ ſedis legato, pro parte nonnullorum dilectorum eccleſiæ filiorum nobilium virorum, ac aliarum perſonarum, qui zelo divini cultus ad hoc permoti eſſe videbantur, expoſito, quod monaſterium monialium prope villam *Waldkirch Conſtantienſis* diœceſis, in honore beatæ *Margarethæ* virginis ſub regula ſancti *Benedicti* dedicatum, quod olim, notabile eſſe conſueverat, ac in perſonis, & bonis temporalibus ſufficienter opulentum, habens feuda, honoratos vaſallos, & alia bona, & iura quam plurima, ab aliquibus temporibus citra culpam ad tantam perſonarum, & rerum devenerit carentiam, & inopiam, quod

Digitized by Google

SECULUM XV.

quod abbatiſſa illius, quæ ultimo remanſerat, poſtquam in amara paupertate duxerat tempora vitæ ſuæ, defuncta, nulla remanſerat, nec poſtmodum effecta erat ibidem monialis, ſed tres viri dicti canonici de perſonis eiuſdem monaſterii remanſerant, nec veriſimiliter ſperabatur attento ipſius monaſterii ſtatu miſerabili, ad quem devenerat, quod illud de cætero in ſtatu priſtino unquam reparari, & quod illic conventus monialium ſuſtentari poſſit, ſed niſi aliquo remedio celeriter occurreretur, illis paucis bonis dicti monaſterii ſuperextantibus deperditis, monaſterium ipſum deveniret funditus ad ruinam: & cum illud in ſtatu monialium reparari non poſſet, non videbatur aliud propicium eſſe remedium, quam quod ipſum monaſterium ad canonicorum ſecularium collegium transferretur, quoniam illud poſſet ex proventibus minoribus ſuſtentari, & virilis induſtria plus quam mulierum proficere poſſet ad reparationem ipſius loci collapſi, præfatus cardinalis legatus ſupplicationibus eorundem nobilium inclinatus, quia præmiſſa ſuper his recepta per eum informatione ſufficienti veritate ſubnitti reperit, monaſterium præfatum in collegiatam eccleſiam ſecularem ſub titulo, & vocabulo ſanctæ *Margaretha* tranſtulit, & erexit, & creavit, ſex canonicorum numero inibi tunc inſtituto, ac voluit, & ordinavit, quod primum ipſius eccleſiæ caput, & principalem dignitatem obtinens Præpoſitus nominaretur, & ratione ipſius præpoſituræ duplicem perciperet tam in præbenda, quam in quotidianis diſtributionibus portionem: ſecundus vero eſſet Decanus, qui unam & mediam, tertius autem Theſaurarius, qui unam portionem, & quartam partem unius portionis perciperent tam de portione præbendali, quam de quotidianis diſtributionibus, prout de Præpoſito eſt præmiſſum, cæteri vero canonici ſingulas perciperent portiones. Ac inſuper voluit, & ſtatuit, quod una portio præbendalis ultra viginti florenos rhenanos in valore aliquatinus non excederet, ſed per diſtributiones quotidianas intereſſentibus divinis officiis largiendas, iuxta rationabilem ordinationem ſuper his tunc fiendam proventus pro ipſorum canonicorum vice ſuſtentationis deputandi, iuxta facultates collegii penſatis aliis oneribus, & neceſſitatibus eccleſiæ diſponerentur, quodque etiam ipſi Præpoſitus, Decanus, theſaurarius, & tres canonici eſſent, & facerent capitulum, ſeu collegium, cui etiam commune ſigillum, archam, & alia univerſa, & ſingula inſignia, & iura collegii pertinere decrevit, ac locum, & ædificia, univerſaque feuda, beneficiorum collationes, & præſentationes, nec non dominia, clinodia, bona, iura, & actiones, quæcunque eſſent, & quovis nomine cenſerentur præfati monaſterii taliter in collegium in eodem loco erecti, & fundati in ipſum collegium tran-

Digitized by Google

ſeculum XV.

tranſtulit cum omni plenitudine iuris, & poteſtatis, & exercitio actionum dans, & concedens ipſi collegio plenam, & liberam facultatem ipſum locum, ædificia, dominia, feuda, beneficiorum collationes, & putationes, poteſtates, clinodia, bona, iura, & actiones tam in iudicio, quam extra petendi, habendi, regendi, & adminiſtrandi, ac generaliter illam poteſtatem, quam abbatiſſa, & moniales in eodem loco pro tempore exiſtentes habebant, dictum collegium in loco, & iure ad hoc plenarie ſurrogando; præterea etiam ut collegium ſupradictum peramplius in Dei cultu augmentari, ac perſonæ illius congruentius ſuſtentari valerent, S. *Martini*, & S. *Petri*, ac S. *Walpurgis* prope *Waldkilch Conſtantienſis* diœceſis parochiales eccleſias eidem collegia perpetuo univit, annexuit, & incorporavit, ita quod cedentibus, vel ſecedentibus eorum rectoribus, qui tunc erant, fructus, redditus, & proventus earundem, & cuiuslibet ipſarum ſuo cedente, vel decedente rectore ipſi collegio pertinerent, reſervata de illis congrua portione ſingulis eorum vicariis perpetuis ab ipſo collegio loci ordinario præſentandis. Statuit etiam inſuper præfatus *Iulianus* Legatus, quod ex tunc deinceps quotiens præpoſituram, decanatum, theſaurariam, aut locum canonicalem dictæ eccleſiæ, ſive collegii erecti vacare contingeret, ad illos electio perſonæ idoneæ in locum defuncti, vel cedentis ſurrogandæ eidem collegio pertineret: nec non alia fecit, & ordinavit, prout in ipſius *Iuliani* Legati diverſis ſuper hoc confectis litteris eius ſigillo munitis plenius continetur. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, perſonæ, quibus idem *Iulianus* Legatus præpoſituram, decanatum, theſaurariam, ac ſingulas ex canonicalibus portionibus huiuſmodi contulerat, ſingulæ videlicet earundem collationum huiuſmodi & promiſſionum inde ſecutarum obtentu ſingularum ex præpoſitura, decanatu, theſauraria, & portionibus poſſeſſionem apprehendentes, ſeque ad eandem eccleſiam conferentes, inibi in huiuſmodi horis canonicis, & aliis divinis officiis Altiſſimo virtutum deſervierint, prout deſerviunt, ſpereturque divina cooperante gratia, quod divinus cultus inibi ſucceſſu temporis cum multorum fidelium ſalute, devotione ipſarum perſonarum adaucta ſuſcipiat non mediocriter incrementum; pro parte dilecti eccleſiæ filii *Ioannis* præpoſiti eccleſiæ noviter electi, ac decani, & capituli, nec non nobilium prædictorum nobis humiliter fuit ſupplicatum, ut translationi, erectioni, creationi, inſtitutioni, ſtatuto, & ordinationi, nec non omnibus aliis, & ſingulis in præfatis ipſius *Iuliani* Legati litteris contentis, ac inde ſecutis pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur noſtræ confirmationis adiicere de benignitate noſtra dignaremur.

 Nos

SECULUM XV.

Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus in hac parte inclinati translationem, erectionem, creationem, inſtitutionem, ordinationem, ſtatuta, conceſſionem, unionem, annexionem, & incorporationem, nec non litteras, prædicta, & omnia alia in eis & inde ſecuta rata habentes, & grata, ea auctoritate univerſalis eccleſiæ ex certa ſcientia, tenore præſentium confirmamus, approbamus, & ratificamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, ratificationis, & communitionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & univerſalis eccleſiæ ſe noverit incurſurum. Datum *Baſileæ* XIIII. Kal. Auguſti anno a Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſeptimo.

N. CCLXIV.

Patres concilii *Baſileenſis* monaſterium S. *Blaſii* contra invaſores tutum præſtant datis defenſoribus.

Anno 1435. 16. Dec. Ex eodem. *T. II. p.* 241.

Sacroſancta generalis *Synodus Baſilienſis* in Spiritu ſancto legitime congregata univerſalem eccleſiam repreſentans ad futuram rei memoriam. Tranſgreſſorum ſic expedit notoria exceſſus & crimina punire per debitam executionem iuſtitiæ, quod interdicatur impoſterum audacia delinquendi. Sane licet divæ memoriæ *Carolus* IV. Imperator Romanorum pie conſiderans quorumdam perverſorum iniquitatem pronuntiaſſet & decreviſſet, quod quicunque, cuiuſcunque ſtatus exiſteret, auſu ſacrilego & propriæ temeritatis audacia ſacerdotem vel clericum, religioſum aut ſæcularem diffidaret, proſcriberet, captivaret, ſpoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, vel huiuſmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptaret, ſeu eis favorem præſtaret, præter pœnas a ſacris canonibus & legalibus ſanctionibus in tales inflictas eo ipſo redderetur infamis, & omni honore privatus, nec ad placita vel conſilia nobilium admitteretur quovis modo, prout in conſtitutione ab eodem *Carolo* imperatore in favorem cleri edita, *Carolina* nuncupata, & in generali concilio *Conſtantienſi* acceptata plenius continetur. Tamen ut lamentabilis querela dilecti eccleſiæ filii *Nicolai* abbatis monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis *in vinea Domini nobiſcum aſſidue laborantis* noſtrum amaricavit auditum, quod *Iohannes* de *Kren-*

Digitized by Google

Krenkingen alias de *Wiſenburg* baro ſeu liber, *Nicolaus Gerung*, *Iohannes Burger*, alias *Grosbans*, *Iohannes Bruol*, *Iohannes Ruch*, *Fridericus Renz*, *Iohannes Biſchoff*, *Conradus Tufel*, *Heinricus Rineckgheim*, *Rutſchmannus Meyger*, *Conradus Rineckgheim* cognominatus *Sutterly*, *Iohannes Vogt*, *Iohannes Senne*, *Iohannes Benz*, *Ienni Kilchherre*, cum eorum complicibus eundem abbatem ſuosque conventum & ſubditos bellicis actibus ſe minime immiſcentes diffidarunt, dampna gravia, incendia, ſpolia, depredationes & alia nephanda intulerunt, qui in partibus illis ac vicinis receptantur in gravem etiam divinæ maieſtatis offenſam, animarum ſuarum periculum, eccleſiaſticæ libertatis, nec non pronuntiationis & decreti imperatorum prædictorum contemptum & ſcandalum plurimorum. Cum itaque præmiſſa adeo ſint notoria, & in conſpectu noſtro perpetrata, quod nequeant occultari: nos tranſgreſſores præfatos ſuadente iuſtitia puniri volentes, in illos, quoſcunque ſimilia in futurum perpetrantes, tanquam excommunicatos a canone præfatas pœnas in eadem conſtitutione contentas decernimus, & auctoritate univerſalis eccleſiæ declaramus pro tempore & temporibus incidiſſe, nec non loca, in quibus moram fecerint, ſeu ad quæ declinaverint, niſi ſubito expellantur, donec de commiſſis ſatisfactionem impendant, eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, & etiam quoſcunque, qui futuris temporibus & contra abbatem & monaſterium talia præſumunt, ut eiſdem pœnis & ſententiis ſubiaceant, exhortantes & commonentes dilectos eccleſiæ filios nobiles viros *Ludovicum* comitem Palatinum, & *Stephanum* eius germanum *Bavariæ*, ac *Fridericum* Auſtriæ *Duces*, *Ludovicum* & *Ulricum* de *Wirtenberg* comites, marchionem de *Baden*, marchionem de *Hochberg* alias de *Rotelen*. comites de *Lupfen*, de *Nellenburg*, de *Furſtenberg*, alioſque comites, barones, & dominos, & eorum balivos, advocatos, & officiales, & armigeros *Klingenberg* & *Schellenberg*, cæteroſque duces, barones, milites ac nobiles per totam Sueviam, nec non *Baſilienſem*, *Argentinenſem*, *Conſtantienſem* civitates, *Schaffbuſen*, *Zurich*, *Bern*, *Zolatron*, *Friburg*, *Baden*, *Brugg*, *Bremgarten*, *Rapolczwiler*, *Wintertur*, *Zofinghm*, *Arouw*, *Lenzburg*, *Briſach*, *Nuwenburg*, *Vilingen* & alia oppida & loca partium earumdem, & diſtricte eis mandamus, ne ſacrilegos & tranſgreſſores præfatos, & qui ſimilia peregerint in futurum, in eorum dominiis, ditionibus, civitatibus, oppidis, caſtris, terris aut villis receptent, ſeu ipſis concilium vel favorem præſtent, ſed eos vitent, ac advenientes turpiter reiiciant & expellant, alioquin ex nunc prout ex tunc in omnes & ſingulos ſecus facientes excommunicationis, ac in univerſitates & communitates,

Digitized by Google

SECULUM XV. civitates, oppida, caſtra, terras, villas, & loca interdicti, quod poſt dictorum ſacrilegorum non expulſorum ſeu eiectorum receſſum per triduum ſervari volumus, generales ſententias ferimus in his ſcriptis, & nihilominus abſolutionem ab excommunicationis ſententia, & relaxationis interdicti huiuſmodi nobis vel apoſtolicæ ſedi tantummodo reſervamus, ita videlicet, quod nullus præterquam in mortis articulo quemquam a ſententiis huiuſmodi abſolvere poſſit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ monitionis ac mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & univerſalis eccleſiæ ſe noverit incurſurum. Dat. *Baſileæ* XVI. Kal. Ianuarii a. Dom. MCCCCXXXV.

A. de *Panigalis.*

N. CCLXV.

Heinricus epiſcopus *Conſtant.* confirmat tranſactionem & libertatem monaſterio *Ochſenhuſano* per *Marquardum* epiſcopum factam, ſimulque monaſt. *Ochſenhuſanum* ab omni obedientia monaſterii S. *Blaſii* liberum eſſe pronuntiat.

Anno 1441. 12. Iul. Ex archiv. monaſt. T. II. p. 147.

Nos *Heinricus* Dei & apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopus *Conſtantienſis* notum facimus univerſis & ſingulis, quorum intereſt, vel intererit, quomodolibet in futurum, ac recognoſcimus publice per præſentes, quod quemadmodum dudum R. in Chriſto Pater Dnus *Marquardus* recolendæ memoriæ epiſcopus *Conſtant.* noſter prædeceſſor, de & ſuper controverſiis diſcordiis & diſſenſionibus inter monaſterium S. *Blaſii* in Silva Nigra ordinis S. *Benedicti Conſt.* diœceſis ex una, & monaſterium S. *Georgii* in *Ochſenhuſen* diœceſis & ordinis prædictorum ex altera parte, tunc exercitatis & ſuſcitatis, eaſdem terminando certam tulit & promulgavit ſententiam iuxta continentiam litterarum ſuper ea confectarum, quæ nobis die datæ præſentium exhibitæ & oſtenſæ fuerunt, quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur:

Nos Marquardus Dei gratia epiſcopus *Conſtant.* Arbiter, arbitrator, ac amicabilis compoſitor &c.

Quam

Digitized by Google

Quam ſententiam & pronuntiationem *Heinricus* epiſcopus *Conſtant.* confirmavit & pronuntiavit tali modo. Quia inter venerabilis & religioſos nobis in Chriſto dilectos, *Nicolaum* abbatem monaſterii S. *Blaſii* in Silva Nigra ex una, & *Michaelem* abbatem monaſterii in *Ochſenhuſen* ord. prædicti diſſenſionis materia ſuper eo, quod quælibet dictarum partium alteram fines dictæ ſententiæ exceſſiſſe, & eandem minime ſervaſſe percontetur, ſuborta exiſtit, & quærelas, quæ alias in quadam dieta amicabili die datæ præſentium ſuper huiuſmodi controverſiis coram nobis habita, tenta & ſervata depoſuit. Nos itaque auditis partium hinc inde propoſitis & allegatis, ad ipſarum pacem & concordiam tendentes, de earundem partium ſcitu & conſenſu ipſas ſuper huiuſmodi diſcordiis ac quæſtionum materiis inter eos exortis ad concordiam reduximus, ac per præſentem noſtram pronuntiationem reducimus, comportavimus & comportamus in hunc utique modum. Primo, ut prædicta littera ſententiæ latæ, per divæ memoriæ D. *Marquardum* epiſcopum *Conſtant.* præſentibus inſerta, integra, illæſa, & in ſuo robore permanſura, & in antea perpetuis temporibus eadem licita ſententiæ dictæ, partibus & eorum ſucceſſoribus hinc inde inviolabiliter ſine dolo & fraude ſervare debet, utque poena, quam quælibet dictarum partium ab altera propter non obſervantiam dictæ ſententiæ coram nobis petivit, ſublata & extincta ſit, & partes prædictæ de & ſuper omnibus ac ſingulis inter eas, ut præfertur, ſubortis diſcordiis & diſſenſionibus complanatæ & compoſitæ, & amicabiliter comportatæ ſint, & eſſe debeant cum effectu, dolo & fraude penitus ſervatis & circumſcriptis. In quorum quidem præmiſſorum omnium & ſingulorum fidem, & evidens teſtimonium præſentes litteras ad inſtantem earundem partium petitionem iuſſimus & fecimus noſtri ſigilli appenſione communiri. Datum & actum in civitate noſtra *Conſtant.* & ibidem in aula epiſcopali maiori, ſub anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo, quadrageſimo primo, die vero duodecima menſis Iulii, indictione quarta.

SECULUM XV.

N. CCLXVI.

Wolfonis ſeu *Wolframmi* abb. *Hirſaug.* dotatio capellæ in *Horb.*

Nos *Wolfo* dictus *Mayſer* divina annuente gratia abbas monaſterii in *Hirſouw* ordinis S. *Benedicti* ſiti in dioeceſi *Spirenſi*, nec non gubernator

Anno 1442. 21. Nov. Ex archiv. Horbenſi. *T. II.* p. 251.

SECULUM XV.

bernator ac proviſor generalis monaſterii eiuſdem ordinis præconcepti ſcilicet in *Richenbach* ſiti in dyoceſi *Conſtantienſi*. Ego frater *Iohannes* de *Malmſsheym* in anteſcripto monaſterio *Richenbach*: inſuper nos ſcultetus magiſter civium conſules in oppido *Horwa* univerſis & ſingulis preſencium inſpectoribus ſubſcriptorum noticiam cum ſalute &c.

In quorum omnium ac ſingulorum evidentiam ſigilla præſertim mei dni abbatis, abbacie meæ, mei Prioris, prioratus mei, nec non noſtrorum ſculteti magiſtrorum civium ac conſulum &c. Datum & actum ſub anno a nativitate dni MCCCCXLII. 21. die menſis Novembris indictione quinta.

N. CCLXVII.

Sermo habitus in concilio *Baſileenſi* a monacho San-Blaſiano, qui *Nicolaum* huius monaſterii abbatem, legatione *Friderici* III. R. R. fungentem illuc comitabatur.

Anno 1444. 3. Oct. Ex biblioth. Cæſ. Vindob. *T. II.* p. 141.

Reverendus in Chriſto pater domnus abbas ſancti Blaſii in præſentiarum conſtitutus, & ego tantillus ſibi in hac parte adiunctus, venimus ad hunc ſacrum veſtrum cœtum, Reverendiſſimi Reverendique in Chriſto Patres! miſſi ab invictiſſimo principe Domino noſtro *Friderico* Romanorum Rege, qui & veſtras reverendiſſimas paternitates ſuis regiis epiſtolis viſitare decrevit, quas humiliter & devote offerimus, exhortantes earum paternitates, & circa eas explicanda attentius memoriæ commendare, & celerius gratam Maieſtati Regiæ nobis dare reſponſionem, & votivam omnimodam geſtat fiduciam eadem Maieſtas expeditionem.

Explicaturi ea, quæ a Regia Maieſtate alias in mandatis recepimus, huic ſacroſanctæ ſynodo, Reverendiſſimi Reverendique in Chriſto Patres! quatenus dicenda gratius audiantur, clarius intelligantur, latius perpendantur, & iuxta illorum dignitatem etiam profundius diſcutiantur, in perſona Regiæ Celſitudinis nos humiles ipſius oratores exordientes in primis Evangelicum illud Salvatoris verbum offerimus: *omnia parata ſunt, venite ad nuptias.* Ita Origines ſcribit in Matth. XXII. capitulum, & tranſumta lectio in præſentis Dominicæ Evangelio *a*).

Conſi-

a) Hinc patet, orationem iſtam dictam fuiſſe die XI. Oct. ſeu Dominica XIX. poſt Pentecoſten, ubi legitur citatum Evangelium.

Digitized by Google

Conſiderat non ſine multa cordis anxietate a ſuæ aſſumtionis ad Regale faſtigium exordio *b*) ſereniſſimus Dominus noſter Rex prænominatus mala omnia, ac pericula quidem innumera, quæ proh dolor! uſque prodierunt in præſenti eccleſia, iam quidem adoleſcenti & in robur coaleſcenti ſchiſmate, & quæ dietim vergunt in peiora: in quo nedum hoſtes veteres Chriſti hoc permoti diſſidio in eccleſiam bella inſtaurant; (verum etiam) fideles omnem barbarorum rabiem demonſtrantur excedere, a ſuorum progenitorum laude indignis operibus degenerantes a ſolita devotione torpeſcunt, obvia debita in utroque ſtatu negliguntur, peregrina dogmata emergunt, bellis laceſſuntur ferme omnes chriſtianitatis anguli, profluvio Chriſtiani ſanguinis cuncta manant regna terrarum, & omnium virtutum aquas hoc noſtro infauſtiſſimo ævo iam ſiccaſſe videtur ariditas. Et unde hæc omnia malorum initia . . . . . . in ſupremis reſidens ſedibus obvolvit taciturnitas, invexit diſſimulatio priſtinæ correctionis, cupiditatis flamma vorat; unde quidem in gyrum rotata procellis intumeſcentibus ſancta mater quaſſatur eccleſia, dum ipſa, quæ in Chriſto petra poſuit fundamentum, quaſi proprio ſenſu orbata, indubitato ſuo remigio viduata navigat in ambiguo, & a quo iure patris exſpectaſſet dulcedinem, inde ſenſit ſubiiſſe pericula tempeſtatum, quibus fidelium oculi, qui ſpinis ſcandalorum configuntur, ac corda, quæ fidei norma conſolidat, a vera ac fraterna disiunguntur charitate. Horum occaſione chriſtiana diſciplina negligitur, tumultuantur altrinſecus reges & regna, chriſtiani orbis regnum ſuis enervatur viribus, ſacerdotium profanatur & omnis religio, quæ ſolotenus calcata langueſcit, palpitans in devio.

Quibus & aliis innumeris malis iuxta ſuæ vocationis dignitatem pro viribus cupiens occurrere ſereniſſimus Dominus noſter, Rex prænominatus, clara luce deprehendens, quod tot tabidis vulneribus, tantiſque mortiferis cicatricibus ſalutis malagma adhiberi non poſſit, niſi per unum indubitatum generale concilium, per quod & ſacerdotium glorificari, & diſcerptum lacerum ac pene collapſum regnum poſſe confidit relevari, ac omnia & ſingula præmiſſa in melius dirigi. Hinc & ab anno ſecundo circiter apud hoc ſacrum concilium ſuas partes interponendas cenſuit, ut ſecundum ſua vota conferret, quatenus ad generalis concilii indubitati ab omnibus congregationem perveniretur infra unius anni ſpatium in loco ſuæ Maieſtati grato, & rebus gerendis accommodo. Reſponſio vero ſuper præmiſſis bullæ & ſchedulæ huius ſacri concilii deſuper confectæ clarius

b) *Fridericus* III. 2. Febr. an. 1440. Rom. Rex electus.

SECULUM XV.

noſcitur aperire, quod in proſecutione præmiſſorum ſine Maieſtatis ſuæ culpa aliqualis mora intercedit. Initio videns ſuæ opinioni tempus [illegible]ere, optima erga ſacroſanctum concilium fretus fiducia, itidem repetere cenſuit verbis præaſſumtis: *omnia parata ſunt, venite ad nuptias.*

Venite itaque Patres optimi corde iuſto, ſæpe nominati ſereniſſimi Principis voluntati ex nunc ſicuti pro tunc ſinceriter conſentiendo: venite ore ſancto, deſideriis applicationem diu affectantem conformando: venite denique opere & executione affectum effectui laudabiliter mancipando. Venite itaque tam greſſibus corporis, quam avidis & anhelis mentis conatibus, ſatagite corde, voce & opere, quatenus ad indubitati ab omnibus Concilii congregationem in loco & tempore per nos nominando iuſtis mediis perveniatur, ad quod celebrandum omnia parata ſunt, & locus congruus, ordo debitus, & a ſingulis initio accepta, tempus quod & efflagitat, iuſta cauſa omnibus patula, uſque in cœlum oppreſſorum clamitantium iniuria, mores tetri & vita corrupta, fides erroribus fœdata, & ineffabilibus calamitatibus laceſſita in ſuis membris, & quod omnibus flebilius, ſchiſmate nefando ſubacta ipſa ſancta mater eccleſia, & niſi celerius occurratur, in peiora prolapſura. Perſaudet etiam generalis & indubitati concilii congregationem & ratio, matris videlicet eccleſiæ directio, filialis conſolatio, nec non & caſta dilectio, ſchiſmatis præſentis contagioſa infectio, inhumana chriſtianitatis harum partium oppreſſio, omnium angulorum chriſtiani orbis ad eliciendum ſanguinem tumultuatio, cleri undique oppreſſio, & vulgata communis omnium non paſſionatorum opinio, pro qua & alios apud hunc ſacrum cœtum memini quaſdam rationes induxiſſe, quas & brevitatis gratia volo habere pro repetitis.

Quoniam ergo, Patres conſcripti! omnia, ut præmittitur, parata ſunt, venite ad nuptias, ad unius videlicet indubitati concilii ad modum reipublicæ Chriſtianæ novam congregationem. Sed neque abs re ſub typo generale indubitatum, quod expetitur celebrari concilium, nuptiarum nomine cenſemus comprehendi; nam ſicuti ſponſus & ſponſa nuptiis intereſſentes abiectis exuviis ornantur indumentis pretioſe, ibi apparatus ferculorum varius ordinatur ſplendide, tripudiant convivæ in unitatis mentium hilaritate, ſonant organa, & variæ concinnæ ſymphoniæ, per quas & ſponſa ad thalamum inducitur ſubarrhata glorioſe: ita & in hoc, de quo nobis ſermo, indubitato concilio Dei gratia adunando vetus noſter homo iuxta apoſtolum ſpoliandus veniet, & novus homo, qui ſecundum Deum in iuſtitia & veritate creatus eſt, ſuper veſtiendus

per

Digitized by Google

per ſanctam, ac diu a ſeculis expetitam, Deo gratam, & hominibus neceſſariam, eccleſiæ videlicet generalem, realem, novam & exemplarem reformationem; ſolent enim exemplis optimis credentium arva condiri, & ſterile animarum ſolum pingueſcere, inquit Hieronymus ad Ruſticum monachum. Et veluti in nuptiis varius fulget apparatus ciborum, guſtum delinientium corporis, ita in hoc concilio, de quo nobis ſermo, digne præſtolanda eſt neceſſaria credendorum catholicorum (dogmatum) explicatio, & explicatorum elucidatio, ſtabilitio & confortatio, ac obtrectatorum confutatio, quæ cibus ſunt ſpiritualis & intima refectio mentis, animæ fidelis ferculum digniſſimum.

Rurſus in nuptiis foras mittuntur diſcordantes, ut convivæ epulentur in pacis dulcedine: ita Spiritus ſanctus & in hoc congregando concilio omnis periculoſæ ſimultatis ac ſchiſmatis deflendi (fautores) longe a finibus eiiciet. Profligenda etiam (diſcordiarum) materia, & Deo auxiliante per ſanctam ipſius (gratiam) unio procuranda uno ſub rectore & principe feliciter in pace in antea ſtabiliter gubernanda: quam principis unitatem quidem & inſtinctus naturæ, & phyſica pluralitatem principum deteſtans clamat ſententia, ſacra docet ſcriptura, & quotidiana rerum magiſtra ſentit experientia: quæ diſerte proſequitur Hieronymus *c*) ad Ruſticum monachum: „ in apibus, inquit, princeps unus, „ grues unam ſequuntur ordine litterato, imperator unus, iudex unus „ provinciæ, Roma mox condita duos ſcilicet fratres habere (reges) non „ potuit, & parricidio eſt dedicata Romuli. In Rebeccæ utero Eſau „ & Iacob bella geſſerunt. Singuli eccleſiarum epiſcopi, & omnis „ ordo eccleſiaſticus ſuis innititur rectoribus; in navi unus gubernator, „ in domo unus dominus, & in quovis grandi exercitu unius ſignum ex„ ſpectatur", ut bellum provide adoriatur, & potita victoria in pacis amœnitate votive reſpirant ſubiecti in re ſua publica.

Cuius quidem unionis & pacis quatenus inceſſanter anheli ſectatores eſſemus pariter & fervidi zelatores, ſalvator nos multifarie verbo docuit, & firmando animavit exemplo, pacem quippe angelis canentibus nobis attulit in ſua nativitate, Lucæ 2. Ipſam vero his, qui longe erant, evangelizavit in ſua prædicatione, Epheſ. 2. Pacificus etiam cum his, qui ipſum oderant, extitit in ſua converſatione Pſ. 119. ſuis hanc etiam diſcipulis induxit ſecreta monitione, Marc. 9. Ipſam effecit utrumque unum faciendo in ſua ſanctiſſima paſſione, Epheſ. 2. Et ſuis credentibus obtulit in ſua glorioſa reſurrectione, Ioh. 20. Ipſam ſpopondit ſe daturum in

c) Opp. T. IV. ep. 95. p. 775.

SECULUM XV.

ſuo de mundo tranſitu, & in cœlos aſſumtione, Ioh. 14. Ipſam pacem quærit pro ſua quiete & repauſatione, teſte propheta regio: *in pace in idipſum dormiam & requieſcam*, Pſ. 4. & rurſus *in pace factus eſt locus eius.*

Venite igitur Patres optimi! venite & omnem degenerem inanite excuſationem & inertiæ incuriam, omnem moræ negligentiam ſolerter excutite, ne forte, quod abſit, diſſimulantes, aut ob veſtrum torporem (dum) nuptiæ vacuæ diſcumbentibus remanent, ſilentes effecti, digna ſimili animadverſione feriri contingant veſtræ paternitates reverendiſſimæ, in deprædicationem autem ſanctorum generalium conciliorum & eccleſiæ, pro qua uſque decertari cognovimus nimia fortificatione, aut fortaſſis noſtro ævo perpetua, in fomentum periculorum indicibilium in noſtra Germanica natione.

Venite ergo ad has, quas præfati ſumus, nuptias, hoc enim, ut verbis utar 2. Cor. 8. vobis utile eſt, qui non ſolum facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore, nunc facto perficite, ut quemadmodum promtus eſt animus voluntatis, ita & ſit proficiendi ex eo, quod hactenus (factum eſt) conatus. Multa enim ſollicitudine huic ſchiſmatis peſti tanquam flagranti communi incendio occurrendum, non ignorat omnis doctus in lege, ne innumera mala producat, & Dominus ſolita beneficia abſtrahat ab eccleſia; ſicut vivente leproſo rege Ozia, & quantum in ſe fuit, ſacerdotium diſſipante, propheta Iſaias viſionem videre non poterat, & quamdiu ille in Iudæa regnum tenuit, propheta oculos ſuos ad cœlum non levavit, nec ei ſunt revelata ſecreta cœleſtia, non apparuit in ſolito excelſo Dominus Sabbaoth, nec in myſterio fidei ter ſancti nomen auditum eſt, ut deducit Hieronymus in epiſtola ad Damaſum Papam.

Sed forte obiiciet e regione hæc ſancta ſynodus, quæ me invitat ad imperatorem: numquid vides hunc *a*), qui ſponſus a nonnullis prætenditur, inſolentem, rebellem, pertinacem, monita materna contemnentem, & quod peius, inhumaniter verenda materna detegentem, & venire contumaciter recuſantem, numquid fruſtratorie veniam? & dum hinc abſcedo, illinc multa cum iactata auctoritate conciliorum obedientiam & fructum non reperio. Abſit utique: ſed & libeat attendere, quod nedum ſolus David aut Mithridates Ponti rex, aut Severus imperator Romanus, ſed & frequenter generalia concilia aut Romani pontifices huiuſmodi habuere filios, qui ſuos in parentes concitavere rebelliones,

a) Sermo hic eſt de *Eugenio* IV. per ſynodum exauctorato.

finali-

Digitized by Google

finaliter tamen ſcrutantes ſcrutinio deficientes. Sed neque excidit, quod Africanus vir ille clariſſimus diſſimilem ſibi filium longeque degenerem tenerrime dilexit. Profecto & talismodi maior debetur miſeratio; nam ſicut virtutes ſuos divites efficiunt poſſeſſores, ſic earum egeſtas & abſentia miſeros ac proinde egentiſſimos facit.

Tu ergo ſancta ſynode! etſi non virtutem in filio (vides), ſaltem quia filius eſt, quia homo, quia Chriſti ſacramento initiatus, quia in ſede Petri ſedere a nonnullis profitetur cum aliis optimatibus, hac ſaltem vice viam unionis præmiſſam amoroſe proſequere, ipſumque rebellem ad veniendum invita. Sic fortaſſis ipſius pertinaciam curabis, aut ſaltem maternos affectus ex ſuperabundanti, & omne quod in te faciendo, & ipſius incurabilitatem toti Chriſtiano orbi evidentius demonſtrabis pro tua gloria ſempiterna: certificata, quod etſi hac via conſulte Dei eccleſiæ, ipſo deficiente, opportune providere non poteris, utique ſcriptura teſte alia via Deus, qui ſecundum Auguſtini ſententiam ex malis novit bona elicere, opportune providebit, & ipſe cum ſuis domo & ſectatoribus peribit in finem.

Multis etiam fortaſſis dubiis circa præmiſſa occurrentibus plures ſibimet ſatisfieri (cupient), quæ, quia ſine fictione, pura mente deſtinati venimus, ad partem, quantum in mandatis ſuſcepimus, quæſiti ſinceriter aperiemus. Satagite igitur Patres colendiſſimi! quatenus quantocyus fieri poterit, Regia Celſitudo gratam & votivum habeat reſponſum, ut & alia poſſit conducere, quæ his viſa ſunt neceſſaria, vel quomodolibet opportuna ad Dei gloriam, fidei exaltationem, eccleſiæ Dei conſolationem & unionem, auctoritatis ſacrorum conciliorum ad confirmationem, & ſuæ Maieſtatis ad honorem, & cunctis fidelibus ad ſummum gaudium, ſalutem & ſolamen. Amen.

Dignentur ergo veſtræ Reverendiſſimæ Paternitates ad inſtantiam Sereniſſimi Domini noſtri Friderici Romanorum Regis & ſua vota conferre, quatenus modis congruis ad generalis concilii ab omnibus indubitati congregationem perveniatur in loco & tempore ſuæ Maieſtati grato, & per nos de præſenti, vice & nomine eiuſdem Maieſtatis, præfatis veſtris paternitatibus, nominandis, inſinuandis & exprimendis, prout alias hoc ſacrum concilium ſe videt in ſuis bullis obtuliſſe.

Aviſamentum Regium Baſileæ exhibitum VIII. Octobris. Noſtræ advocationis debitum ſanctæ matris eccleſiæ neceſſitatibus perſolvere cupientes, auditis variis ſententiis per optimates noſtræ Germanicæ natio-

 nis

SECULUM XV.

nis in præſenti conventione expoſitis, infraſcriptam viam tanquam medium pro pace eccleſiæ procuranda, noſtræ etiam nationis unitatem conſervantem duximus explicandam.

Et in primis congruere rebus agendis arbitrati ſumus, quod proteſtatio, quam noſtra natio aliquamdiu bonis & æquis reſpectibus tenuit, a data præſentium uſque ad Kalendas Octobris proxime futuras abſque declaratione quacunque continuetur.

Item quod multorum magnorum & timoratorum ſententia eſt, præſens ſchiſma commodius tolli non poſſe, niſi per unum indubitatum concilium generale. Idcirco cum totius regni principum virorum Electorum (conſenſu) tam apud Baſileenſe concilium, quam apud dictum Eugenium adhibemus, ut concilium generale ad Kalendas Octobris proxime futuras in Conſtantia habeatur, quem quidem locum eximium tamquam Romanorum Rex & Advocatus eccleſiæ pro huiuſmodi concilio generali celebrando nominamus: qui ſi ex legitimis cauſis aut impediretur ad id, aut incommodaretur, hoc caſu nominata ſit Auguſta, vel alius locus inſignis in Riparia Danubii, cui quidem concilio largiente Domino intendimus intereſſe.

Item inſtabimus, ut idem Dominus Eugenius ſe in propria perſona illuc conferat, aut ſolemnem & ſufficientem legationem tranſmittat.

Item ſimiliter inſtabimus apud dictum Baſileenſe concilium, ut illuc in præfato tempore ſe conferat.

Inſuper inſtabimus, ut cæterarum nationum Reges & principes ſuos oratores cum pleno mandato illic mittant, curentque, ut Prælati regnorum & dominiorum ſuorum ad prædictum concilium etiam accedant.

Item Prælatos, univerſitates, collegia & capitula, cæteroſque nationis noſtræ, qui de iure vel conſuetudine generalibus conciliis intereſſe debent, omnibus melioribus & efficacioribus, quibus poterimus, modis requiremus, ut ſimiliter illuc veniant, aut ſufficientes mandationes illuc tranſmittant, quodque taliter mittendi præbendarum & eccleſiarum ſuarum proventibus & emolumentis gaudeant & utantur, tanquam præſentes & reſidentes.

Item quod per illos, qui in dicto termino & loco comparuerint, auctore Deo generale & indubitatum concilium celebretur, & quæ ibi deliberata, ordinata & ſtatuta fuerint, hæc a nobis & noſtris & Imperii ſacri ſubditis tanquam a generali & indubitato concilio geſta amplectentur.

De

Digitized by Google

SECULUM XV.

De modo vero procedendi in dicto concilio celebrando, & admittendorum qualificationibus, ac de Præſidentibus in eodem, ipſius concilii determinationi relinquitur: ita tamen, quod poſt Kalendas Octobris prædictas infra viginti dies immediate ſequentes ad actus conciliares nullatenus procedatur. Ut autem præmiſſa debitum ſortiantur effectum, omnia quæ noſtri officii fuerint, faciemus & agemus, quæ ad hæc neceſſaria vel quomodolibet opportuna fuerint, pro viribus nobis ab alto conceſſis, & præſertim, ut ſanctæ ſedi apoſtolicæ reverentia & honor impendantur debiti, & auctoritas generalium conciliorum iuxta decreta ſacri Conſtantienſis concilii Baſileæ innovata ſervetur.

Quod ſi idem Baſileenſe concilium ante prædictas Kalendas Octobris ad præfatum locum ſe transferre decreverit, hoc facere poterit; ipſum ante prædictum tempus ſic translatum tenebimus & reputabimus, ſicut Baſileæ proteſtatione nationis noſtræ durante tentum & reputatum fuit, ſibique omnem humanitatem & ſecuritatem ſalva proteſtatione antedicta impertiemur.

Dignentur ergo &c. ut ſupra.

N. CCLXVIII.

Comites de *Lupſen* condonant S. *Blaſio* ius feudale advocatiæ & prædii in *Ottwangen*.

Anno 1449. 23. Apr. Ex archiv. San-Blaſ.

Wir Grauff *Hainrich* von *Lupſen* Lantgrauf zuo *Stülingen* als der elteſt in namen und anſtatt der wolgebornen grauff *Sigmunds*, und grave *Iohans* ouch graven von *Lupſen* und Landgraven zuo *Stülingen*, unſer lieben brueder, tuond kunt menglichem mit diſem briefe; als wir von angeborner guetigkait, die uns harzuo bewegt, darzuo mit ernſtlichen fliſs empslichen genaigt ſind, unſer vorfarn vater und muter loblicher gedaechtnuſſe, ouch unſer ſelen haile daby ze betrachten, dadurch unſer Schöpfer gelobt werden möchte, haben wir angeſehen, wie die erwirdigen gaiſtlichen herren der Abbt und Convent des Gotzhus zuo ſant *Blaeſien* O. S. B. uf dem *Swarzwalde Coſtenzer* biſtums uns und unſern vorfarn manigvaltige tugent erzoget, und beſunder yezo getan und bewieſen havnd, des uns von inen wol benueget, und wir ſü des mit unſer fürdrung billichen ergetzen ſollen, wan

Digitized by Google

SECULUM XV.

wan uns die zuo groſſer dankbarkeit von in uſzenemen erſtend: harumb ſo haben wir ſollichs gnedentlichen betrachtet, und mit wolbedachtem muot, guotem raute, und rechter wiſſenn den vorgenanten Abbte, Convente, und Gotzhus zuo ſant *Blaeſien*, und allen iren nachkomen die gnade und früntſchaft getan, das wir koffen unſer vordern und unſer ſelen haile daby gedacht werden ſolle, und haben inen die vogtye zuo *Ottwangen* mit allen raechten und zugehoerden und ouch das guot zuo *Ottwangen*, das *Henni* und *Peter* von *Ottwangen* ſeligen vor ziten gebuwen hand, dieſelbe vogtye und ouch das guot zuo *Ottwangen* von uns lehen iſt, und der veſt *Epp* von *Eppenſtain* von uns ze lehen gehept, und aber den obgenanten herren zuo ſant *Blaeſien* und irem Gotzhus mit unſerm gunſt und willen zuo kouffenn geben haut, zu rechter urtät, und mit kraft dies briefes für uns und alle unſer erben und nachkomen, alſo das ain ieglicher Abbte und Convent zuo ſant *Blaeſien* nuo hinfür ewenklich und yemer mere die vorgenanten vogtye und guot zuo *Ottwangen* mit aller gewaltſami, nutzen, rechten und zuogehoerden, als für ir recht aigen gout nutzen, nieſſen, beſetzen und entſetzen, und gebruchen, und damit tuon und lauſſen ſöllen und mügen, als mit anderem irem aigenem gout, unſer aller, unſer erben und nachkomen, und menglichs von unſer wegen widerſprechen, ſumen, und irren, und an alle inntrag und geuaerde, mit urkunde dis briefs geben, und mit unſerm anhangenden inſigel vor unſer aller dryer und unſer erben wegen verſigelt, uff ſant *Georgen* tag des hailigen marterers, des iaurs do man zalt von der geburt Chriſti vierzehenhundert vierzig, und in dem nünden iaure.

N. CCLXIX.

Alberti ducis *Auſtriæ* donatio alicuius cenſus ad ecclеſiam *Todmos*.

Anno 1450. 28. Sept. Ex archiv. San-Blaſ. T. II. p. 106.

Wir *Albrecht* von Gottes gnaden Herzog zu *Oſterreich* zu *Steyr*, zu *Kernden*, und zu *Krain*, Graff zu *Tirol* &c. bekennen für uns, unſer erben und nachkomen, das wir von der lieb wegen, ſo wir zu dem Gotzhaus der hochgebornen Iungfrauen Mariæ der gebererin Gottes zu *Todmos* im *Swarzwald*, da ſie gnadenreich iſt, inſunderhait tragen, unſer ierlich gilt, als bey dreiſſig ſchilling ſtebler gelts, die

Digitized by Google

die uns untzher haben zugehort, und gangen ſein auſſer der matten, velden, und waiden, gelegen zwiſchen der *Werr* und dem wege, der da gat durch den fryen wald bis an den *Haſelbach*, mit ſambt der viſchenz von dem urſprung der gemelten *Werr*, und geht auch bitz in den genanten *Haſelbach*, zu demſelben Gotzhaus lidiglich ergeben und nachgelaſſen haben wiſſentlich mit dem brief, und verzeihen uns damit aller unſerer rechten eweklich für uns, und das haus *Oſterreich*, die wir bisher an allem dem gehept haben, alſo das ain yeder Leûtprieſter doſelbs zuo *Todmos* dieſelben gülte nu hinfürmer niemands pflichtig ſein ſoll zegeben, und mag auch mit deſſelben matten, holz, velden, wun, waiden und vichenz tun und laſſen nach des egenanten Gotzhaus nutz und notdurft, als mit anderem deſſelben Gotzhauſes aigen gut von uns und menglichen ungehindert an geuerde: doch uns und der herrſchaft von *Oſterreich* ye zu gewonlichen zeiten in der kirchen geen dem volk und ſunſt andechtiglich zugedenken. Mit urkund des briefs gebn zu ſant *Blaſien* im *Swarzwald* am montag vor ſant *Michels* tag nach Chriſts geburt vierzehenhundert und im funfzigſten iaren.

SECULUM XV.

N. CCLXX.

Nicolaus V. P. abbati S. *Blaſii* committit executionem collationis beneficiorum eccleſ. *Alberto* archiduci *Auſtriæ* conceſſæ.

Anno 1450. 30. Dec. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II. p.* 144.

Nicolaus epiſc. ſervus ſervorum Dei dilecto filio abbati monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva *Conſtantienſis* dioeceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Eximiæ devotionis affectus, quo dilectus filius nobilis vir *Albertus* dux *Auſtriæ* nos & Romanam eccleſiam aſſiduo fervore proſequitur, præcelſaque virtutum merita, quibus ipſum divina clementia decoravit, nos inducunt, ut illa ſibi libenter concedamus, per quæ ſuæ perſonæ honor proveniat, ſuaque contemplatione acceptis ſibi perſonis eccleſiaſticis congruæ proviſionis ſubſidium valeat provenire. Horum igitur conſideratione inducti motu proprio non ad præfati ducis vel alterius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate diſcretioni tuæ reſervandi auctoritate noſtra hac vice duntaxat, donationi tuæ pro XX. perſonis idoneis, etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura beneficia obtinentibus, & alias

SECULUM XV.

expectantibus, ad hoc per præfatum ducem nominandis XX. eccleſiaſtica beneficia cum cura vel ſine cura, etiamſi canonicatus, dignitatis, perſonatus, perpetuæ adminiſtrationis, vel officia in cathedralibus etiam metropolitanis vel collegiatis eccleſiis fuerint, & ad dignitates perſonatus, adminiſtrationes vel officia huiuſmodi conſueverint, qui per electionem aſſumi, eiſque cura immineat animarum, dummodo dignitates ipſæ in cathedralibus poſt pontificales maiores ſeu in collegiatis eccleſiis prædictis principales non exiſtant, cuiuſcunque taxæ ſeu annui valoris illorum fructus, redditus & proventus fuerint, ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem quorumcunque collatorum, ſeu quarumcunque collatricum, aut talium mixtim ſæcularium vel regularium ordinum quorumcunque infra *Maguntinenſem* & *Biſuntinam* provincias conſiſtentium etiam ratione dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum & officiorum, quæ in quibuſvis eccleſiis ſive locis illarum partium obtinent, communiter vel diviſim pertinentia, ſi quæ tempore huiuſmodi reſervationis vacabunt, vel cum ſimul aut ſucceſſive vacaverint, quæ dictæ perſonæ, prout ad hoc nominatæ per eundem ducem fuerint, per ſe vel procuratores ſuos ad hoc legitime conſtitutos infra unius menſis ſpatium, poſtquam ſibi vel eiſdem procuratoribus vacatio illorum innotuerit, duxerint acceptanda, conferenda eiſdem perſonis poſt acceptationem huiuſmodi cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, ac etiam illas ex perſonis prædictis, quas ad canonicatus aliquarum eccleſiarum huiuſmodi, ut pro eis præbendæ ac dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia reſerventur, & quas ſeu quos vel quæ pro unico beneficio volumus; ibidem per ipſum ducem nominari contigerit, de dictis canonicatibus cum plenitudine iuris canonici auctoritate præfata providendi ac faciendi eas vel procuratores ſuos ipſarum nominibus in canonicos & in fratres dictarum eccleſiarum recipi, ſtallo eis in choro, & loco in capitulo cuiuslibet ipſorum eccleſiarum ad quas, ut præmittitur, nominatæ fuerint, cum dicti iuris plenitudine aſſignatis, inhibendi quoque diſtrictius locorum, in quibus beneficia huiuſmodi fuerint, ordinariis, ac illi vel illis, ad quem vel ad quos beneficiorum huiuſmodi collatio, proviſio, præſentatio, electio, ſeu quævis alia diſpoſitio communiter vel diviſim pertinet, ne de beneficiis huiuſmodi interim etiam ante acceptationem eandem, niſi poſtquam eis conſtitit, quod perſonæ vel procuratores prædicti illa noluerint acceptare, diſponere quoquo modo præſumant. Et nihilominus beneficia huiuſmodi, quæ reſervabis, ſi vacent, vel cum vacaverint, ut præfertur, cum omnibus iuribus & pertinentiis ſupradictis eiſdem perſonis poſt acceptationem huiuſmodi dicta

aucto-

Digitized by Google

auctoritate conferendi, & de illis etiam providendi, inducendi quoque per te vel alium ſeu alios ipſas perſonas vel ſuos earum nominibus procuratores in corporalem poſſeſſionem beneficiorum, iuriumque & pertinentiarum prædictorum & defendendi inductas, nec non faciendi perſonas vel pro eis procuratores prædictos ad beneficia huiuſmodi, ut eſt moris admitti, ſibique de illorum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus & obventionibus univerſis integre reſponderi, contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac de certo numero canonicorum & aliis eccleſiarum, in quibus beneficia huiuſmodi forſan fuerant iuramento, confirmatione apoſtolica vel quacunque firmitate alia roboratæ, ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque: aut ſi aliqui apoſtolica vel quavis alia auctoritate in dictis eccleſiis in canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant, ſeu ſit ſuper proviſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales apoſtolicæ ſedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam ſi per eos ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum: aut ſi ordinariis præfatis & dilectis filiis capitulis eccleſiarum huiuſmodi vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim a dicta ſit ſede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicuius minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, quodque de huiuſmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem coniunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per litteras apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & alia qualibet dictæ ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua eiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis: aut ſi dictæ perſonæ præſentes non fuerint ad præſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiarum, in quibus beneficia huiuſmodi fuerint, ut præfertur, ſolita iuramento, dummodo in abſentia ſua per procuratores idoneos, & cum ad eccleſias huiuſmodi acceſſerint, corporaliter illa præſtent, ſeu ſi hodie pro alio vel aliis ſuper æquali vel æqualibus gratia ſeu gratiis in eiſdem provinciis ac earum civitatibus & diœceſi litteras noſtras duxerimus concedendas. Nos enim tam illas quam præſentes effectum ſortiri volumus quacunque conſtitutione apoſtolica contraria non obſtante. Et inſuper volumus ac

SECULUM XV.

Digitized by Google

SECULUM XV.

ſimili motu præfatis nominandis perſonis concedimus, quod ipſæ nominandæ perſonæ quibuſvis exſpectantibus ſub quibuſcunque datis ac proceſſibus, & cum quibuſcunque antelationum prærogativis, privilegiis, unionum mandatis, & indultu etiam motu proprio, ac ſub quibuſvis verborum formis & decretis irritantibus, ac reductionis ad ius commune, nec non aliis favorabilibus & derogatoriis clauſulis, quorum omnium tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, conceſſis & concedendis gratias expectativas habentibus in aſſecutione beneficiorum huiuſmodi anteferri poſſint, & debeant, quarumcunque gratiarum expectativarum privilegiorum, antelationum, prærogativarum, unionum & indultorum totalem effectum quoad reſervanda beneficia huiuſmodi prorſus & omnino ſuſpendentes. Præterea volumus, quod tu de nominibus & cognominibus perſonarum prædictarum, quibus beneficia huiuſmodi conferentur, gentes cameræ apoſtolicæ ſeu collectores fructuum & proventuum cameræ apoſtolicæ debitorum, in illis partibus deputatas pro tempore quantocius certificare procures. Verum quia difficile foret huiuſmodi præſentes litteras ad ſingula, in quibus de eis forſan mentio facienda fuerit, loca deferre, auctoritate præſentium decernimus, quod earum tranſumpto manu publica & ſigillo tuo aut alicuius temporalis vel alterius ſuperioris eccleſiaſticæ curiæ munito tanquam præfatis, ſi originales exhiberentur, litteris plena fides adhibeatur, & perinde ſtetur, ac ſi dictæ litteræ originales forent exhibitæ vel oſtenſæ, irritum quoque & inane declarantes, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Dat. *Romæ* apud S. *Petrum* anno incarnationis Dominicæ MCCCCL. III. Kal. Ianuarii pontificatus noſtri anno IV.

N. CCLXXI.

Confirmatio privilegiorum monaſterii S. *Blaſii*.

Anno 1451. 23. Nov. Ex autogr. *T. II. p.* 142.

N*icolaus* miſeratione divina tituli S. *Petri* ad *vincula* ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyter cardinalis apoſtolicæ ſedis per *Alemanniam* Legatus, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ſalutem in Domino ſempiternam. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam rigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id confirmationis noſtræ munimine roboremus. Sane nuper nobis pro parte venerabilis *Nicolai* abbatis

Digitized by Google

abbatis ac dilectorum nobis in Chriſto conventus monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut omnia & ſingula privilegia & indulta dicto monaſterio hactenus qualitercunque conceſſa & facta per quoſcunque etiam archiepiſcopos vel epiſcopos, nec non Romanorum imperatores, reges, & principes, & alios ſæculares vel eccleſiaſticos dominos & prælatos, prout in litteris inde confectis dicitur plenius contineri, rata & grata habere & confirmare dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, privilegia & indulta eadem, ac ipſi monaſterio conceſſorum & factorum privilegiorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illa prout rite proceſſerunt, auctoritate legationis noſtræ, qua fungimur, confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Datum *Maguncia* ſub noſtro ſigillo die Martis XXIII. menſis Novembris anno a nativitate Domini MCCCCLI. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Nicolai* divina providentia Papæ V. anno quinto. SECULUM XV.

N. CCLXXII.

Conſervatores iurium monaſterii S. *Blaſii* conſtituti.

N*icolaus* miſeratione divina tituli S. *Petri* ad *vincula* ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyter cardinalis apoſtolicæ ſedis per *Alamanniam* Legatus, dilectis nobis in Chriſto *Conſtantienſis Baſilienſis* & *Argentinenſis* eccleſiarum decanis ſalutem in Domino. Significavit nobis venerabilis in Chriſto dilectus *Nicolaus* abbas monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis, quod nonnulli principes, comites, barones, milites, capitanei, & alii tam eccleſiaſtici quam ſæculares dictum monaſterium S. *Blaſii* in diverſis ſuis poſſeſſionibus rebuſque & bonis nec non iuribus & privilegiis dietim minus iuſte, & de facto occupare & perturbare nituntur, occupantque & perturbant, atque de eo iura & privilegia, atque bona & redditus attemtant alienare. Quare pro parte dicti abbatis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ſibi ſuper his per nos opportune provideri. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati vobis auctoritate legationis noſtræ, qua fungimur, per hæc ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrum dicto abbati debitæ defenſionis ſubſidio aſſiſten- Anno 1451. 23. Nov. Ex eodem. T. II. p. 242.

Digitized by Google

SECULUM XV.

tes non permittatis ipſum & dictum eius monaſterium contra iuris diſpoſitionem, ac privilegia & indulta ipſis conceſſa per quoſcunque etiam principes eccleſiaſticos vel ſæculares in ſuis iuribus & privilegiis ac rebus, bonis & poſſeſſionibus perturbari ſeu inquietari, & ea quæ de bonis dicti monaſterii alienata inveneritis ſeu diſtracta, ad ius & proprietatem monaſterii eiuſdem legitime revocetis, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo. Teſtes autem qui vocati fuerint, ſi ſe gratia, odio, vel amore ſubtraxerint, cenſura ſimili compellatis veritati teſtimonium perhibere non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcunque. Datum *Maguncia* ſub noſtro ſigillo die Martis XXIII. menſis Novembris anno a nativitate Domini MCCCCLI. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Nicolai* providentia Papæ V. anno V.

N. CCLXXIII.

Licentia utendi altari portatili.

Anno 1451. 23. Nov. Ex autogr. *T. II. p.* 242.

Nicolaus miſeratione divina tituli S. *Petri* ad *vincula* presbyter cardinalia apoſtolicæ ſedis per *Alamanniam* Legatus venerabili nobis in Chriſto dilecto *Nicolao* abbati monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis ſalutem in Domino. Sinceræ devotionis affectus, quem ad Romanam eccleſiam & nos gerere comprobaris non indigne promeretur, ut petitiones tuas, illas præſertim, quas ex devotionis fervore provenire conſpicimus, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter admittamus. Hinc eſt, quod nos tuis ſupplicationibus inclinati, ut liceat tibi in loco reſidentiæ tuæ habere altare portatile cum debitis reverentia & honore, ſuper quo in dicto loco reſidentiæ tuæ, ſine tamen alieni iuris præiudicio per te vel aliquem ſacerdotem regularem idoneum & diſcretum in tua & tuorum, nec non etiam ſupervenientium præſentia, neceſſitatis tempore celebrare, aut celebrari facere poſſis & valeas, devotioni tuæ auctoritate legationis noſtræ, qua fungimur, tenore præſentium & de ſpeciali gratia concedimus facultatem. Datum *Maguncia* ſub noſtro ſigillo die Martis XXIII. menſis Novembris anno a nativitate Domini MCCCCLI. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Nicolai* Papæ V. anno quinto.

N. CCLXXIV.

Digitized by Google

N. CCLXXIV.

Indulgentiæ pro eccleſia monaſterii S. *Blaſii*.

SECULUM XV.

Anno 1451. 25. Nov. Ex autogr. S. Blaſ.

Nicolaus miſeratione divina tituli S. *Petri* ad *vincula* ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyter cardinalis apoſtolicæ ſedis per *Alamanniam* Legatus univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ſalutem in Domino ſempiternam. Splendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate pia vota fidelium de ipſius clementiſſima maieſtate & miſericordia ſperantium tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas ſanctorum meritis & precibus adiuvatur. Cupientes igitur, ut eccleſia monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis, quæ in honore S. *Blaſii* conſecrata eſt, congruis honoribus frequentetur, fideleſque ipſi eo libentius devotionis cauſa confluant ad eandem, quo inibi dono cæleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia ac BB. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius meritis & auctoritate confiſi omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in nativitatis, circumciſionis, epiphaniæ, reſurrectionis, aſcenſionis & corporis Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, ac Pentecoſtes, nec non Nativitatis, Purificationis, annuntiationis, aſſumptioniſque B. *Mariæ* V. & nativitatis B. *Iohannis Baptiſtæ*, dictorumque *Petri* & *Pauli* apoſtolorum, ac ipſius eccleſiæ dedicationis & patroni feſtivitatibus, celebritate quoque omnium ſanctorum, eandem eccleſiam devoti viſitaverint, & divinis interfuerint ibidem, atque de bonis ſibi a Deo collatis pro eiuſdem eccleſiæ ſtructura, & ipſius ornamentorum augmento & reparatione manus porrexerint adiutrices, centum dies de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuo duraturis. Datum *Maguntiæ* ſub noſtro vero ſigillo die Iovis XXV. menſis Novembris anno a Nativitate Domini MCCCCLI. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Nicolai* divina providentia Papæ V. anno V.

N. CCLXXV.

Indulgentiæ pro eccleſia in *Tottmos*.

Anno 1451. 25. Nov. Ex autogr. *T. II.* p. 206.

Nicolaus miſeratione divina tituli S. *Petri* ad *vincula* S. R. E. presbyter cardinalis apoſtolicæ ſedis per *Alamanniam* Legatus univerſis & ſingulis

SAECULUM XV.

gulis Chriſti fidelibus ſalutem in Domino ſempiternam. Splendor paternæ gloriæ, qua ſua mundum illuminat ineffabili claritate pia vota fidelium de ipſius clementiſſima maieſtate & miſericordia ſperantium tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas beatæ & glorioſæ virginis *Mariæ* ac omnium ſanctorum precibus & meritis adiuvatur. Cupientes igitur, ut ecclefia parochialis in *Todemos Conſtantienſis* diœceſis, quæ in honore B. *Mariæ* virginis & S. *Annæ* fundata exiſtit, congruis honoribus frequentetur, fideleſque Chriſti eo libentius devotionis cauſa confluant ad eandem, quo inibi dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia & BB. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius meritis & auctoritate confiſi omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in nativitatis, purificationis, annuntiationis, aſſumptionis B. *Mariæ* V. & nativitate B. *Ioannis Baptiſtæ*, dictorumque *Petri* & *Pauli* apoſtolorum, ac ipſius dedicationis eccleſiæ, & patronorum feſtivitatibus, celebritate quoque omnium ſanctorum eandem eccleſiam devote viſitaverint, & divinis interfuerint ibidem, atque de bonis ſibi a Deo collatis pro eiuſdem eccleſiæ ſtructura & ipſius ornamentorum augmento & reparatione manus porrexerint adiutrices, centum dies de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuo duraturis. Datum *Maguntiæ* ſub noſtro ſigillo die Iovis XXV. menſis Novembris a nativitate Domini MCCCCLI. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Nicolai* divina providentia Papæ V. anno V.

N. CCLXXVI.

Albertus dux *Auſtriæ* S. *Blaſium* in terris Auſtriacis a telonio eximit.

Anno 1455. 18. Oct. Ex archiv. San-Blaſ.

Wir *Albrecht* von Gottes gnaden Erzherzog ze *Oſterreich*, ze *Steir*, ze *Kernden* und ze *Krain*, graue zu *Tyrol* bekennen, daz für uns kam der ehrſam gaiſtlich unſer lieber andaechtiger und getrewer *Niclaus* Abbt des Gotzhaus ze ſant *Bleſin* im Swarzwald unſer Rate, und gab uns zuerkennen, wie in den vergangen kriegen daſſelb ſein Gotzhaus zu merklichen verderben und abgang kommen, und noch ſey, und uns als ſeinen Landsfürſten diemittiglich angeruft und gebeten, in und daſſelb ſein Gotzhaus gnediglich darinn fürzuſehen, damit darinn

ettlichen

ettlichen wege widerumb gebeſſert, und zu aufnemen bracht werde. Alſo haben wir ſelb ſein diemitig gebet angeſehen, auch betrachtet, daz derſelb Abbt und Gotzhaus uns alltzeit willig und gehorſam ſein, und habent dadurch, und von ſundern gnaden demſelben Abbt und Gotzhaus, auch allen iren nachkommen dieſe gnad und freyhait getan, und tun in die wiſſenlich mit dem brief, daz ſy nw hinfür in allen unſern landen und gebieten an allen unſern zollen mit deſſelben Gotzhaus wegen und gut, daz ſy zu demſelben Gotzhaus füren werden, zollfrey und ganz ohn irrung fürfuren mugen und ſullen unbekumert, von meniklichem. Dauon ſo gebieten wir den edlen, und unſern lieben getreun, allen unſern Hauptleuten, Landvogten, Grauen, Freyen, Rittern und Knechten, Vogten, Schulthaiſſen, Burgermaiſtern, Richtern, Raeten, und Gemainden, auch unſern Amtlewten, Zollnern und allen unſern Undertanen, und getrewn, daz ſy das benant Gotzhaus und ir nachkomen bey dieſer unſer gnad und Freyhait beleiben laſſen, und dawider nicht tun. Daran tut ir unſer ernſtlich maynung, mit urkund des briefs. Geben zu *Freyburg* im *Breisgew* am ſand *Laucas* tag nach Criſti geburt vierzehenhundert und in dem funff und funfftzigſten iaren. SECULUM XV.

N. CCLXXVII.

Comitiſſa *Urſula* de *Habsburg* monaſterio S. *Blaſii* ligiam tradit.

Wir *Urſel* von Sultz gräfin ze *Balm* geborn von *Habſpurg* veriehnt und tünd ze wiſſen demenklich in krafft dis brieffs: als *Anna Gerunggin* von *Tettikoven* ietz *Hanſen Meygers* von *Schneiſang* Ewirtin den man gewelichen nempt Greten Häns von eygenſchafft ires libs mir als von der gräfſchafft wegen gen *Balm* zuo gehöret und eygen geweſen iſt, ſol man wiſſen das ich dieſelben fröwen und alle ire kind die ſy ietz hett oder fürbaſſer yemer gewint, dem vil erwirdigen geiſtlichen herren herr *Niclauſen* Abbt unſerm gnädigen lieben herren und dem Gotzhus zuo ſant *Blaeſien* und ir nachkomen gib und öch geben hän in crafft dis brieffs alſo das die vorgenant frow und die vorgenant ire kind und alle die kind ſo von inen nun hinathin geborn werdent dem egenantem Abbt und Gotzhus von eygenſchafft ir libs zuogehoerent und werden ſont än all widerred, und ſont öch die egenant frow und die Anno 1455. 25. Mart. Ex archiv. monaſt.

SECULUM XV. vorgenanten kind dem obgenanten Abbt und Gotzhus gehorſam und gewertig ſin als ander deſſelben Gotzhus eyen lüt ān alle widerred und geverd : wir obgenante Gräffin verſprechent öch für uns und unſer erben das wir an die ietz genanten fröwen noch an die vorgeſchriben ire kind und alle die von inen yemerme geborn werdent von eygenſchafft ir libs wegen kein anſprach niemerme habent ſollent noch wellent in dehein wis ān all widerred und geuerd. Und ze urkönd ſo hand wir vorgenant Gräfin unſer eygen inſigel offenlich gehenkt an diſen brieff der geben iſt uff unſer *Fröwen* tag als ira verkundet wart nach geburt Criſti vierzehen hundert fünftig und funff iar.

N. CCLXXVIII.

Conventio inter monaſterium in *Richenbach* & magiſtratum in *Horb*.

Anno 1457. Ex archiv. Horbenſi.

Ich *Pfoſt* von *Nuweneck* vogt zu *Horw* bekenn offenbar und tun kund allermenglichen mit diſem brief als von ſolicher zwitracht und ſpenne wegen ſo die erſamen gaiſtlichen herren herr *Iohannes* von *Münchingen* der zyte Prior und der Convent gemainlich des Cloſters zu *Richenbach* ſant *Benedicten* ordens und der erſamen und wyſen Schulthaiſſe Burgermaiſter und Ratt der ſtat zu *Horw* mit einander gehebt haben von etwievil geſetzter ſtuwen wachten und auch etlichen der ſtat *Horw* gelet wegen. S. an. MCCCCLVII. tria ſigilla de *Nuwneck*, *Raichenbach*, *Horb*.

N. CCLXXIX.

Conſervatorium pro monaſterio S. *Blaſii*.

Anno 1460. 16. Iun. Ex archiv. monaſt. *T. II. p.* 106.

Beſſarion miſeratione divina epiſcopus *Thuſculanus* S. R. E. Cardinalis *Nicenus* vulgariter nuncupatus, & in partibus *Germaniæ* ſeu *Alemaniæ* & locis omnibus adiacentibus S. R. I. ſubiectis apoſtolicæ ſedis Legatus, dilecto nobis in Chriſto *Conſtantienſi* & *Baſilienſi* maiorum Decanis, ac S. *Petri* etiam *Baſilienſis* Præpoſito eccleſiarum, ſalutem in Domino ſempiternam. Ad audientiam noſtram pervenit, quod nonnulli abbates & aliæ ſingulares perſonæ ex dilectis nobis in Chriſto conventu

mona-

gitized by Google

monaſterii S. *Blaſii* ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis, qui fuerunt pro tempore, decimas, cenſus, redditus, terras, poſſeſſiones, vineas, domos, caſalia, prata, paſcua, ſilvas, nemoria, molendina, iura, iuriſdictiones & nonnulla alia bona mobilia & immobilia ad dictum monaſterium ſpectantia datis ſuper hoc litteris, confectis inde publicis inſtrumentis, interpoſitis iuramentis, factis renuntiationibus ac pœnis adiectis in gravem ipſius monaſterii læſionem nonnullis clericis & laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam vel ſub cenſu annuo conceſſerunt. Quia vero noſtra intereſt ſuper hoc de opportuno remedio providere, diſcretioni veſtræ auctoritate legationis noſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ea, quæ de bonis dicti monaſterii per conceſſiones alienata inveneritis illicite diſtracta, non obſtantibus litteris, inſtrumentis, iuramentis, renuntiationibus & pœnis ſupradictis, ad ius & proprietatem eiuſdem monaſterii legitime revocare procuretis, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo aut unus veſtrum ea nihilominus exequantur, conſtitutionibus & ordinationibus ac ſtatutis & conſuetudinibus quibuſcunque in contrarium facientibus non obſtantibus. In quorum fidem & teſtimonium præſentes noſtras litteras fieri iuſſimus, & noſtri ſigilli appenſione muniri. Datum *Viennæ Patavienſis* diœceſis die XVI. Iunii anno a nativitate Domini MCCCCLX. Indictione VIII. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini *Pii* divina providentia Papæ II. anno ſecundo.

SECULUM XV.

N. CCLXXX.

Indulgentiæ pro eccleſia S. *Blaſii* a *Beſſarione* Card. datæ.

Anno 1460. 27. Iun. Ex eodem. *T. II.* p. 206.

Beſſarion miſeratione divina epiſcopus *Tuſculanus* S. R. E. cardinalis *Nicenus* vulgariter nuncupatus, in partibus *Alemaniæ* & *Germaniæ* locisque omnibus in eiſdem Romano imperio ſubiectis apoſtolicæ ſedis de latere Legatus univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Splendor paternæ gloriæ,

SECULUM XV.

qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de ipſius clementiſſima maieſtate ſperantium tunc benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas ſanctorum precibus & meritis adiuvatur. Cupientes igitur, ut eccleſia monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ſituata ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœcefis congruis frequentetur honoribus, fideleſque ipſi eo libentius devotionis cauſa confluant ad eandem, quo ibidem dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refertos, a Chriſti quoque fidelibus iugiter veneretur, de omnipotentis Dei miſericordia, & BB. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus & ſingulis vere pœnitentibus & confeſſis, qui dictam eccleſiam in nativitatis, reſurrectionis Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, Pentecoſtes, aſſumptionis glorioſæ virginis *Mariæ*, & ipſius eccleſiæ patronorum & dedicationis feſtivitatibus devote & celebritate huiuſmodi viſitaverint annuatim, & ad reparationem & conſervationem calicum, librorum & aliorum ornamentorum pro divino cultu inibi neceſſariorum quotienſcunque manus porrexerint adiutrices, nos Cardinalis & Legatus præfatus pro quolibet die ipſarum feſtivitatum de celebritate eius centum dies indulgentiarum de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus; iuraque, libertates, privilegia & indulta a quibuſcunque hactenus dicto monaſterio conceſſa auctoritate legationis noſtræ, & qua fungimur in hac parte, tenore præſentium confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; præſentibus vero perpetuis temporibus duraturis. In quorum omnium & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes noſtras litteras fieri, noſtrique maioris ſigilli iuſſimus & fecimus appenſione muniri. Datum *Wiennæ Patavienſis* diœceſis die XXVII. menſis Iunii anno Domini MCCCCLX. Indictione VIII. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Pii* divina providentia Papæ II. anno II.

N. CCLXXXI.

Indulgentiæ pro eccleſia in *Tottmos*.

Anno 1460. 27. Iun. Ex eodem.

Beſſarion miſeratione divina epiſcopus *Tuſculanus* S. R. E. Cardinalis *Nicenus* vulgariter nuncupatus, in partibus *Alemaniæ* & *Germaniæ* lociſque omnibus in eiſdem S. R. I. ſubiectis apoſtolicæ ſedis de latere Legatus, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes noſtras litteras

inſpecturis

Digitized by Google

inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Splendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de ipſius clementiſſima maieſtate ſperantium tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas ſanctorum precibus & meritis adiuvatur. Cupientes igitur ut parochialis eccleſia glorioſæ virginis *Mariæ* in *Totmos Conſtantienſis* diœceſis, in qua beata virgo, ut percepimus, plurimum claret miraculis, congruis frequentetur honoribus, fideleſque ipſi eo libentius devotionis cauſa confluant ad eandem, quo ibidem dono cœleſtis gratiæ uberius ſe conſpexerint refectos, a Chriſti quoque fidelibus iugiter veneretur, de omnipotentis Dei miſericordia & BB. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus & ſingulis vere pœnitentibus & confeſſis, qui dictam eccleſiam in nativitatis, reſurrectionis Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, Pentecoſtes, aſſumptionis glorioſæ virginis *Mariæ*, & ipſius eccleſiæ patrociniorum & dedicationis feſtivitatibus & celebritate huiuſmodi devote viſitaverint annuatim, & ad reparationem, conſervationem calicum, librorum & aliorum ornamentorum pro divino cultu inibi neceſſariorum, quotienſcunque manus porrexerint adiutrices, nos Cardinalis & Legatus præfatus ſupplicationibus dilecti nobis in Chriſto nobilis viri Domini *Wilhelmi* marchionis de *Rottel*, qui ad eandem eccleſiam ſpecialem gerit devotionem, inclinati pro qualibet die ipſarum feſtivitatum & celebritate eius centum dies indulgentiarum de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus vero perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes noſtras litteras fieri, noſtrique maioris ſigilli iuſſimus & fecimus appenſione muniri. Datum *Wiennæ Patavienſis* diœceſis ſub anno Domini MCCCCLX. Indictione VIII. die vero XXVII. menſis Iunii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Pii* divina providentia Papæ II. anno II. SECULUM XV.

N. CCLXXXII.

Committitur epiſc. *Conſtantienſi*, ut ſubditis S. *Blaſii* tempore quadrageſimæ lacticinia permittat.

Venerabili in Chriſto Patri ... Dei gratia epiſcopo *Conſtantienſi*, vel eius vicario in ſpiritualibus, *Philippus* miſeratione divina titulo S. *Lauren-* Anno 1467. 8. Dec. Ex eodem. *T. II.* p. 242. 287.

SECULUM XV. *Laurentii* in *Lucina* presbyter cardinalis ſalutem & ſinceram in Domino charitatem. Ex parte abbatis & conventus monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti* ac eiuſdem monaſterii ſubditorum, vaſallorum, & iuriſdictioni ſubiectorum, veſtræ diœceſis, nobis oblata petitio continebat, quod cum dictum monaſterium in vaſta ſolitudine & loco alto infertili, nemoroſo, & frigido, ubi propter frigora & terræ altitudinem nives per tres anni partes ſedent, ſituatum ſit, ac propterea ibi vinum, oleum olivarum, granum & alii fructus humano uſui neceſſarii creſcere non poſſint, neque etiam piſces, nec dictum oleum olivarum temporibus quadrageſimalibus ſine gravibus expenſis commode vitam ducere non poſſunt. Quare ſupplicari fecerunt humiliter iidem exponentes, ut in dictis diebus ipſi ſubditi, vaſalli, & eiuſdem monaſterii iuriſdictioni ſubiecti lacticiniorum cibis uti & veſci poſſint, ſedes apoſtolica cum ipſis diſpenſare miſericorditer dignaretur. Nos igitur attendentes, quod neceſſitas non eſt ſub lege, auctoritate Domini Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, & de ſpeciali eius mandato ſuper hoc vivæ vocis oraculo nobis facto circumſpectioni veſtræ committimus, quatinus præmiſſis diligenter conſideratis, ſuper quibus veſtram conſcientiam oneramus, ſi eſt ita, ut dicti ſubditi & vaſalli, & ipſius monaſterii iuriſdictioni ſubiecti in dictis diebus quadrageſimalibus, & aliis, quibus ieiunium fidelibus Chriſtianis indictum eſt, ſani butiro tantum, debiles & infirmi lacticiniis dempto caſeo uti poſſint, diſpenſetis miſericorditer cum eiſdem, prout ſecundum Deum animarum ſuarum ſaluti videritis expedire. Datum *Romæ* apud S. *Petrum* ſub ſigillo officii Pœnitentiariæ VI. Idus Decembris Pontificatus Domini *Pauli* Papæ II. anno III.

N. CCLXXXIII.

Paulus II. Præpoſito *Turicenſi* demandat, ut bona S. *Blaſii* alienata reſtitui faciat ab iniuſtis detentoribus.

Anno 1467. 1. Febr. Ex eodem. *T. II. p.* 142.

Paulus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Præpoſito eccleſiæ SS. *Felicis* & *Regulæ* Præpoſituræ nuncupatæ *Thuricenſis Conſtantienſis* diœceſis, & *Baſilienſibus* ac *Argentinenſibus* officialibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam noſtram pervenit, quod tam dilecti filii *Chriſtoforus* abbas & conventus monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis *Magontinenſis* provin-

provinciæ, quam nonnulli eorum inibi prædeceſſores, qui fuerunt pro tempore, decimas, fructus, redditus, terras, domos, grangias, caſalia, hortos, campos, vineas, poſſeſſiones, prata, paſcua, nemora, ſilvas, molendina, caſtra, villas, dominia, iura, iuriſdictiones & quædam alia bona, ad dictum monaſterium legitime ſpectantia datis ſuper hoc litteris, confectis inde publicis inſtrumentis, interpoſitis iuramentis, factis renuntiationibus & pœnis adiectis in gravem eiuſdem monaſterii læſionem nonnullis clericis & laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam, vel ſub annuo cenſu conceſſerunt, quorum aliqui dicuntur ſuper his confirmationum litteras in forma communi a ſede apoſtolica impetraſſe. Quia vero noſtra intereſt ſuper hoc de opportuno remedio providere, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ea, quæ de bonis prædicti monaſterii per conceſſiones huiuſmodi alienata inveneritis illicite vel diſtracta, non obſtantibus litteris, inſtrumentis, iuramentis, renuntiationibus, pœnis & confirmationibus ſupradictis, ad ius & proprietatem eiuſdem monaſterii legitime revocare curetis: contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo aut unus veſtrum ea nihilominus exequantur. Dat. *Romæ* apud S. *Marcum* anno incarnationis Dominicæ MCCCCLXVII. VI. Idus Februarii Pontificatus noſtri anno IV.

SECULUM XV.

N. CCLXXXIV.

Paulus II. S. *Blaſium* in protectionem apoſtolicam ſuſcipit &c.

Paulus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis abbati & conventui monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* dioeceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum, in quo divino

Anno 1467. 20. Ian. Ex eodem. *T. II.* p. 241.

eſtis

SECULUM XV.

eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum iuſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub B. *Petri* protectione ſuſcipimus atque noſtra; omnes quoque libertates & immunitates a prædeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus ſive per privilegia vel alia indulta vobis & monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum a regibus & principibus ac aliis Chriſti fidelibus vobis & eidem monaſterio rationabiliter indultas, ſpecialiter autem decimas, primitias, cenſus, fructus, redditus, agros, terras, prata, paſcua, molendina, domos, grangias, piſcarias, iura, iuriſdictiones, aliaque mobilia & immobilia bona, ad dictum monaſterium legitime ſpectantia, ſicuti ea omnia iuſte & pacifice poſſidetis, vobis & per vos eidem monaſterio apoſtolica auctoritate confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſalva in prædictis decimis moderatione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſceptionis, confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Dat. *Romæ* apud S. *Marcum* anno incarnationis Dominicæ MCCCCLXVII. XIII. Kal. Februarii Pontificatus noſtri anno IV.

N. CCLXXV.

Paulus II. mandat abbati in *Rutti*, ut bona S. *Blaſio* ablata reſtitui curet.

Anno 1469. 25. Maii. Ex eod. Ibidem.

Paulus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio abbati monaſterii in *Ruti Conſtantienſis* diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilectorum filiorum abbatis & conventus monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis *Maguntinæ* provinciæ precibus inclinati præſentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, quæ de bonis ipſius monaſterii alienata inveneris illicite vel diſtracta, ad ius & proprietatem ipſius monaſterii legitime revocare procures: contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Dat. *Romæ* apud S. *Petrum* anno incarnationis Dominicæ MCCCCLXIX. VIII. Kal. Iunii Pontificatus noſtri anno V.

N. CCLXXXVI.

Digitized by Google

N. CCLXXXVI.

Eberhardo de *Riſchach* abbati poſtea S. *Blaſii*, conceditur redire ad inſtitutum *Benedictinum* ex *Carthuſiano*.

SECULUM XV.

Anno 1471. 22. Iul. Ex eodem. T. II. p. 242.

Franciſcus miſeratione divina S. *Euſtachii* ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ diaconus cardinalis *Senenſis* in partibus *Alamanniæ* ac *Germaniæ* & terris ſacro Romano Imperio ſubiectis apoſtolicæ ſedis Legatus religioſo ac dilecto nobis in Chriſto *Eberhardo* de *Riſchach* ſalutem in Domino ſempiternam. Religionis zelus, vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis ac virtutum merita, quibus fide dignorum teſtimonio commendaris, nos inducunt, ut & tibi favorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conſpicimus opportuna. Cum itaque, ſicut tua nuper oblata nobis petitio continebat, licet alias dudum in monaſterio S. *Blaſii* Nigræ Silvæ *Conſtantienſis* diœceſis fuiſſes ordinem S. *Benedicti* profeſſus expreſſe, ductus tamen zelo maioris devotionis ad ordinem *Carthuſienſium* te transtuliſti, quem in monaſterio in *Friburgo* dictæ diœceſis dimiſſo tuo primo ordine etiam profeſſus fuiſti expreſſe, poſtquam illud etiam per annum probationis expertus fueras. Verum quia poſtea dictum *Carthuſienſium* ordinem etiam reliquiſti ad dictum ordinem S. *Benedicti* denuo revertendo, non potes in mente tua devotum ac debitum Altiſſimo reddere famulatum. Quare cum in aliquo monaſterio ordinis S. *Benedicti* in poſterum Deo ſervire deſideres, humiliter ſupplicaſti, ut tibi de abſolutione a præmiſſis, ac de opportuno remedio providere dignaremur. Nos igitur, qui ſingulorum commodis, quantum cum Domino poſſumus, intendimus & quieti, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, cum iam de pluribus probatis, quid tibi magis expediat, elegiſſe debueris, auctoritate noſtræ legationis concedimus tibi, non obſtantibus præmiſſis profeſſionibus a te factis, in dicto monaſterio S. *Blaſii* vel alio dicti ordinis S. *Benedicti*, ubi vigeat obſervantia regularis, de cætero ſecundum regulam dicti ordinis vivendo, libere & licite ſtare poſſis & valeas, ex ſpecialis dono gratiæ indulgemus, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. In quorum omnium fidem & teſtimonium præſentes has noſtras litteras fieri, noſtrique ſigilli iuſſimus appenſione communiri. Datum *Ratiſponæ* in domibus noſtræ reſidentiæ anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo, undecimo Kal.

SECULUM XV.

Auguſti, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Pauli* divina providentia Papæ II. anno ſeptimo.

***Io.* de *Carpo*.**

N. CCLXXXVII.

Sixti IV. indulgentiæ in tribus diebus Pentecoſtes pro eccleſia in *Tottmos*.

Anno 1475. 19. Oct. Ex eodem.

Sixtus epiſcopus ſervus ſervorum Dei univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Licet is, de cuius munere venit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne & laudabiliter ſerviatur, de abundantia ſuæ pietatis, quæ merita ſupplicum excedit & vota, bene ſervientibus ſibi multo maiora retribuat, quam valeant promereri, nihilominus tamen deſiderantes Domino populum reddere acceptabilem & bonorum operum ſectatorem, fideles ipſos ad complacendum ei, quaſi quibuſdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Cum itaque, ſicut accepimus, ad eccleſiam B. *Mariæ* in *Todmos Conſtantienſis* diœceſis *Maguntinæ* provinciæ monaſterio S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti* eiuſdem diœceſis ſubiectam, ob plurima, quæ eiuſdem B. *Mariæ* meritis Altiſſimus inibi dignatus eſt operari miracula, ſingularis cauſa devotionis & pro conſequendis indulgentiis in ipſa eccleſia in die Martis immediate poſt feſtum Pentecoſtes a ſede apoſtolica conceſſis in dicta die ingens Chriſti fidelium confluat multitudo, dictumque monaſterium propter querras, quibus partes illæ diutius afflictæ fuerunt, & incendia inde ſecuta varia damna & detrimenta ſit perpeſſum, & dilecti filii abbas & conventus prædicti monaſterii, quod inter montes aſperos conſiſtit, in quibus nives omni tempore anni defluunt, pro diſcooperiendis viis ad hoc, ut monaſterium & eccleſia huiuſmodi ab ipſis fidelibus viſitari poſſint, multa ſubeant onera expenſarum, ad quæ & alia ipſius monaſterii, illius longe non ſuppetunt facultates, ſintque propterea fidelium eorumdem pia ſuffragia plurimum opportuna. Nos cupientes ut eccleſia ipſa congruis honoribus frequentetur, & onera huiuſmodi facilius perferantur, ac præfatum monaſterium in dictis ſtructuris & ædificiis manuteneatur, & reſtauretur, & fideles ipſi eo libentius cauſa devotionis ad eandem eccleſiam confluant, & ad perferenda

renda

Digitized by Google

renda onera ac manutentionem & reſtaurationem huiuſmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia & BB. *Petri & Pauli* apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui prædictam eccleſiam a primis veſperis dicti feſti Pentecoſtes uſque ad ſecundas veſperas dictæ diei Martis devote viſitaverint annuatim, & ad perferenda onera ac manutentionem & reſtaurationem huiuſmodi manus porrexerint adiutrices, ſingulis duobus feſtis huiuſmodi ſeptem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Et nihilominus ut iidem fideles ad eccleſiam prædictam, ut præfertur, confluentes conſcientiæ pacem & animarum ſalutem Deo propitio conſequantur, & ut indulgentiæ huiuſmodi melius participes eſſe poſſint, benignius agere volentes, abbati monaſterii & rectori eccleſiæ huiuſmodi pro tempore exiſtentibus, quod quatuor presbyteros idoneos ſæculares vel religioſos etiam de dicto monaſterio confeſſores in dicta eccleſia deputare poſſint, qui confeſſiones quarumcunque perſonarum eandem eccleſiam cauſa huiuſmodi indulgentiæ conſequendæ annuatim viſitantium, & manus adiutrices huiuſmodi porrigentium, ut præfertur, a primis veſperis feſti Pentecoſtes uſque ad ſecundas veſperas diei Martis huiuſmodi duntaxat audire, & ipſorum confeſſionibus diligenter auditis, eiſdem perſonis pro commiſſis debita abſolutione in forma eccleſiæ conſueta impendere valeant, ac iniungere pœnitentiam ſalutarem, niſi forſan talia forent, propter quæ ſedes prædicta ſit merito conſulenda, auctoritate apoſtolica de uberioris dono gratiæ tenore præſentium indulgemus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, quod ſi alias viſitantibus dictam eccleſiam, aut ad perferenda onera ac manutentionem & reſtaurationem huiuſmodi ſeu fabricam dictæ eccleſiæ manus porrexerint adiutrices, aut alias inibi pias elemoſinas erogantibus, ſeu alias aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per nos conceſſa fuerit, præſentes litteræ nullius exiſtant roboris vel momenti. Dat. *Romæ* apud S. *Petrum* anno incarnationis Dominicæ MCCCCLXXV. XIV. Kal. Novembris Pontificatus noſtri anno V.

 N. CCLXXXVIII.

Digitized by Google

N. CCLXXXVIII.

Ludovici ep. *Conſtant.* indulgentiæ pro *Tottmos*.

SECULUM XV.

Anno 1476. 15. Maii. Ex eodem.

Ludwicus Dei & apoſtolicæ ſedis gratia proviſus & confirmatus eccleſiæ *Conſtantienſis* univerſis Chriſti fidelibus præſentibus & poſteris ſubſcriptorum notitiam cum ſalute in Domino ſempiterna. Ineffabilia glorioſæ virginis Dei genitricis *Mariæ* meritorum inſignia devotæ conſiderationis indagine perſcrutantes, & intra noſtræ mentis arcana revolventes quod ipſa caſtiſſimo eius utero, prout noſtri ſtatus exigebat neceſſitas, humanæ ſalutis auctorem pertulit, & apud eum, quem maternis lactavit uberibus, ſedulas pro noſtræ fragilitatis expiatione preces effundit, dignum quin potius debitum reputamus, ut in honore ſui nominis dedicatas eccleſias gratioſis proſequamur impendiis, & indulgentiarum muneribus decoremus. Cupientes itaque ut eccleſia parochialis in *Totmos* noſtræ diœceſis in honore ipſius glorioſæ virginis dedicata & conſecrata congruis honoribus frequentetur, ac Chriſti fideles ad illam & eius fabricam, calices quoque, libros & ornamenta alia eccleſiaſtica manus promptius porrigant adiutrices, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, qui prælibatam eccleſiam B. virginis *im Totmos* in die S. Pentecoſtes, vel diebus immediate ſequentibus & quolibet eorum, in quorum ultimo celebritas ſeu anniverſarium dedicationis eiuſdem eccleſiæ celebratur & peragitur, devotionis, orationis, aut peregrinationis cauſa viſitaverint, aut ad fabricæ reparationem & conſervationem vel libros, calices aut ornamenta alia eccleſiaſtica inibi neceſſaria manus porrexerint adiutrices, vel aliquod horum ſive aliud pietatis aut charitatis operum exercuerint, de omnipotentis Dei miſericordia, ipſius glorioſæ virginis *Mariæ*, beatorumque *Petri* & *Pauli* apoſtolorum & omnium ſanctorum eius meritis & interceſſionibus confiſi quadraginta dies criminalium peccatorum de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus ipſis perpetuo duraturis temporibus. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum litteras præſentes inde fieri, & ſigilli noſtri ſecreti iuſſimus & fecimus appenſione communiri. Dat. in oppido *Cellæ Ratolfi* anno Domini MCCCCLXXVI. die XV. menſis Maii, indictione IX.

N. CCLXXXIX.

SECULUM XV.

N. CCLXXXIX.

Sixtus IV. Clericos regulares ab *Eberhardo Wirtenbergenſi* in communi viventes, inſtitutos in eccleſia B. *Mariæ* in *Herrenberg* diœceſis *Conſtantienſis* approbat, eiſque redditus unit.

. . . Nuper præpoſitura eccleſiæ B. *Mariæ* oppidi in *Herrenberg Conſtantienſis* diœceſis, quæ inibi dignitas principalis & curata exiſtit, & quam quondam *Leonhardus Notlich* ipſius eccleſiæ Præpoſitus, dum viveret, obtinebat per obitum eiuſdem *Leonardi*, qui extra Romanam curiam diem clauſit extremum, vacante, nos de illa vacante & antea diſpoſitioni apoſtolicæ reſervata, dilecto filio *Venzoni Melio* canonico eccleſiæ SS. *Andreæ* & *Amandi* in *Urach*, clericorum ſecularium in communi viventium, dictæ diœceſeos ſub dato videlicet ſexto decimo Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno XI. conceſſimus provideri. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dicti *Ventzonis* & dilecti filii nobilis viri *Eberhardi* ſenioris comitis de *Würtenberg* & montis *Peligardi*, dictæ diœceſeos, petitio continebat ex laudabili vita & exemplari converſatione canonicorum, presbyterorum & clericorum ſecularium, & collegiatarum eccleſiarum in dominio dicti *Eberhardi* comitis & aliis partium illarum locis exiſtentium, qui in communi ſub uno dormitorio & refectorio, ac obedientia cuiuslibet dictarum eccleſiarum præpoſiti ad nutum ipſorum canonicorum, presbyterorum & clericorum amovibilis vivunt, divinus cultus augeatur, & ab iiſdem presbyteris, canonicis & clericis evagandi & diſolutionis materia & occaſio auferatur, ac partium earundem populi ſalus procuretur, ſi dicta eccleſia B. *Mariæ* in collegiatam eccleſiam canonicorum, presbyterorum & clericorum in communi viventium ad inſtar prædictæ in *Urach*, & aliarum ſimilium, partium earundem, eccleſiarum, canonicorum, presbyterorum & clericorum ſic in communi viventium reduceretur, & reformata & reducta, illius titulo & nomine remanentibus, eidem in *Urach*, & aliis collegiatis eccleſiis prædictis &c. ipſius vero præpoſituræ fructus, redditus & proventus, nec non XI. Canonicatus & totidem præbendæ ac perpetuæ capellaniæ eiuſdem eccleſiæ B. *Mariæ*, qui de iure patronatus ipſius comitis exiſtunt, nomine & titulo canonicatuum & præbendarum ac capellaniarum huiuſmodi inibi penitus & omnino ſuppreſſis & extinctis,

Anno 1481. Ex archiv. monaſt. *T. II.* p. 266.

 tinctis,

Digitized by Google

SECULUM XV.

tinctis, menſæ capitulari dictæ eccleſiæ B. *Mariæ* ſic reductæ & reformatæ perpetuo unirentur, annecterentur, & incorperarentur, profecto ex hoc inibi frequentius collaudaretur altiſſimus, & ſalubres fructus, qui ex vita laudabili & converſatione aliorum presbyterorum & clericorum ſic in communi viventium proveniunt, ex canonicis, presbyteris & clericis in eadem eccleſia B. *Mariæ* ſic in communi viventibus provenirent. Quare pro parte *Ventzonis* & comitis prædictorum aſſerentium, quod præpoſituræ decem & octo, ac quorumlibet canonicatuum & præbendarum ſex, nec non cuiuslibet capellaniarum huiuſmodi quatuor marcharum argenti fructus, reditus & proventus ſecundum communem exiſtimationem, valorem annuum non excedunt, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut dictam eccleſiam B. *Mariæ* ad inſtar in *Urach* & aliarum collegiatarum eccleſiarum prædictarum canonicorum, presbyterorum, & clericorum ſecularium ſic in communi ſub uno dormitorio & refectorio, ac unius præpoſiti ad eorum nutum amovibilis obedientia viventium, ipſius eccleſiæ B. Mariæ titulo & nomine remanentibus, reducere, ac nomen & titulum canonicatuum & præbendarum ac capellaniarum huiuſmodi in eadem penitus & omnino ſupprimere & extinguere, ipſam ſic reductam in *Urach*, & aliis ſimilibus partium earundem collegiatis eccleſiis, nec non præpoſituræ, ac canonicatuum & præbendarum ac capellaniarum prædictarum fructus, reditus, & proventus cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, ad præpoſituram, canonicatus & præbendas ac capellanias huiuſmodi quomodolibet pertinentibus, menſæ capitulari dictæ eccleſiæ B. *Mariæ* perpetuo unire & annectere & incorporare, alioſque in præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur &c.

N. CCXC.

Innocentius VIII. electionem *Eberhardi* abb. S. *Blaſii* contra *Petrum* de *Kettenhaim* Præpoſitum in *Vettbach* confirmat.

Anno 1485. 18. Mart. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II. p.* 243.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Augiæ maioris in *Augia maiori* & de S. *Ruperto a*) *Conſtantienſis* diœceſis monaſteriorum abbatibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Humilibus ſupplicum

a) Leg. S. *Trudperto.*

Digitized by Google

plicum votis libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii *Eberhardi* de *Ryſchatz* abbatis S. *Blaſii* Nigræ Silvæ ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis provinciæ *Maguntinæ*, petitio continebat, quod licet ipſe in abbatem dicti monaſterii tunc certo modo vacantis canonice electus & confirmatus, ac electionis & confirmationis huiuſmodi vigore regimen & adminiſtrationem ipſius monaſterii aſſecutus fuiſſet, illique præeſſet canonice, nihilominus per felicis recordationis *Sixtum* Papam IV. prædeceſſorem noſtrum accepto, quod monaſterium ipſum tunc certo modo vacabat, quodque dictus *Eberhardus* in regimine & adminiſtratione ipſius monaſterii de facto ſe ingeſſerat, illaque per certum tempus etiam tunc expreſſum detinuerat, prout tunc detinebat, indebite occupata, idem *Sixtus* Prædeceſſor Præpoſito eccleſiæ SS. *Felicis* & *Regulæ Thuricenſis* dictæ diœceſis, eius proprio nomine non expreſſo, per ſuas litteras mandavit, ut ſi vocatis dicto *Eberhardo* & aliis, qui forent evocandi, monaſterium prædictum, ut præmittitur, vel alias quovis modo vacare reperiret, & tempore dati ipſarum litterarum non eſſet eidem monaſterio de abbate canonice proviſum, eidem monaſterio de perſona dilecti filii *Petri* de *Kettenbain* Præpoſiti monaſterii per Præpoſitum ſoliti gubernari in *Vetpach* dicti ordinis *Baſilienſis* diœceſis provideret, ipſumque illi præficeret in abbatem. Quarum prætextu dictus *Petrus* falſo aſſerens dictum monaſterium S. *Blaſii* tunc vacare, quodque dictus *Eberhardus* illud detineret indebite occupatum, præfatum *Eberhardum* ſuper hoc inter alia petendo de perſona ſua eidem monaſterio S. *Blaſii* provideri, ſeque in illius abbatem præfici, & in poſſeſſionem illius regiminis & adminiſtrationis induci, & præfatum *Eberhardum* ab eis amoveri coram dilecto filio *Iacobo* de *Chan* Præpoſito dictæ eccleſiæ litterarum earumdem prætextu traxit in cauſam, & licet pro parte dicti *Eberhardi* certæ legitimæ cauſæ ſuſpicionis contra perſonam ipſius *Iacobi* coram eo allegatæ fuiſſent, & ut arbitri iuris, qui de cauſis ſuſpicionis huiuſmodi cognoſcerent, eligerentur, & ne interim in cauſa principalis negotii huiuſmodi procederet, ab eodem *Iacobo* petitum eſſet, quia tamen idem *Iacobus* hoc facere contra iuſtitiam denegavit, & cauſis ſuſpicionis huiuſmodi indiſcuſſis ad ulteriora procedens ſe in huiuſmodi cauſa iudicem competentem fore declaravit, præfatus *Eberhardus* ſentiens exinde indebite ſe gravari, ad ſedem apoſtolicam appellavit, & deinde nobis humiliter ſupplicavit, ut appellationis ac poſt & contra eam forſan attemptatorum & innovatorum nullitatiſque proceſſus & ſurreptionis litterarum ac negotii principalis huiuſmodi cauſas aliquibus probis

viris

SECULUM XV.

viris in partibus illis committere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos vel alter veſtrum vocatis dicto *Petro* & aliis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, etiam de negotio principali huiuſmodi cognoſcentes legitime, quod iuſtum fuerit, appellatione remota decernatis, facientes, quod decreveritis, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellatis veritati teſtimonium perhibere, non obſtantibus piæ memoriæ *Bonifacii* Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, qua inter alia cavetur, ne quis extra ſuam civitatem vel diœceſin, niſi in certis exceptis caſibus & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ diœceſis ad iudicium evocetur, ſeu ne iudices a ſede præfata deputati extra civitatem vel diœceſin, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, & alii vel aliis vices ſuas committere præſumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate præſentium non trahatur, & aliis apoſtolicis conſtitutionibus contrariis quibuſcunque. Aut ſi præfato *Petro* vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. *Romæ* apud S. *Petrum* anno incarnationis Dominicæ MCCCCLXXXIV. *b*) XV. Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno I.

b) Subſtituendus hic eſt annus 1485. quum Innocentius primus 29. Aug. an. 1484. fuerit electus.

N. CCXCI.

Otto epiſc. *Conſtantienſis*, *Petro* abbati monaſterii ad S. *Petrum* in Silva Nigra facultatem concedit, ſe almutio veſtiendi.

Anno 1487. 16. Dec. Ex archiv. monaſt. *T. II.* p. 259.

Nos *Otto* Dei & apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopus *Conſtantienſis*, univerſis & ſingulis, ad quos hæ litteræ noſtræ pervenerint, ſubſcriptorum notitiam cum ſalute. Nemini dubium videri debet, quin dignum ſit, ac congruum, ut qui de nobis ac eccleſia noſtra *Conſtantienſi* in primis

Digitized by Google

primis bene meriti fuerint, hii benevolentiam noſtram præ cæteris experiantur: alioquin enim, ſi nulla apud nos haberetur meritorum ratio, & ingratitudinis omnium vitiorum fontis recte argueremur, & qui noſtra cauſa labores ſuſciperent, non facile invenirentur. Cum autem venerabilis conſiliarius & devotus noſter dominus *Petrus* abbas monaſterii S. *Petri* in Nigra Silva, ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis de nobis & noſtra eccleſia multipliciter bene meritus exiſtat: nobiſque & conſilio & obſequiis ſæpenumero multum profuerit, noſtrique cauſa diverſos plurimoſque labores non minus impigre quam libenter ſubierit: nemini mirum videri debet, ſi non (modo) ipſum, ſed etiam eius ſucceſſores, ipſius cauſa ſpecialibus favoribus proſequamur. Itaque, ut aliquid gratitudinis noſtræ argumentum eluceat, eidem abbati & conſiliario noſtro, atque omnibus & ſingulis ſucceſſoribus eius abbatibus dicti monaſterii, ut *Almutia* de vario vulgo *Feeh*, *Kutzhut* nuncupata, inſtar venerabilium fratrum noſtrorum canonicorum eccleſiæ noſtræ *Conſtantienſis* deferre: eiſque tam in dicto monaſterio, quam extra ipſum, ad divina obſequia libere & licite uti valeant & poſſint: præſentibus liberam concedimus facultatem, ac in ſignum ſpecialis favoris, auctoritate noſtra ordinaria indulgemus. In cuius rei teſtimonium præſentes noſtras litteras fieri & ſigilli noſtri appenſione iuſſimus communiri. Datum in aula noſtra *Conſtantienſi* ſedecima die Decembris anni a natali chriſtiano milleſimo quadringenteſimo octuageſimi ſeptimi. SECULUM XV.

N. CCXCII.

Mendicantes, ut videtur *Dominicani*, convent. *Baſil.* & *Friburg.* tranſigunt circa terminos collectionum.

Notum ſit omnibus præſentem paginam inſpecturis, quod quædam differentia ſuborta ſit inter conventus *Baſilienſem* & *Friburgenſem* ratione quorumdam terminorum in Nigra Silva ſitorum. Nos Priores & fratres prædictorum conventuum nolentes turbare aures iudicum in capitulo, ſed amicabili in unum fœdere convenire maluimus; tum placuit partibus utriſque inviolabili decernere ſtatuto & pacto, ut de cetero conventus *Friburgenſis* habere debeat in Nigra Silva parochias, ſc. *Bernowe*, *Thotnowe* ac etiam *Schönowe*, quæ prius ad conventum *Baſilienſem* pertinebat cum omnibus curiis & val... us ad ſe pertinentibus, Anno 1488. 29. Ian. Ex Mſc. Frib. *T. II. p.* 191.

SECULUM XV.

amodo ad prædictum conventum *Friburgenſem* pertineant. In cuius recompenſam nos Prior & conventus *Friburgenſis* infra ſcriptas parochias ſcil. *Buckingen*, *Detburch*, *Louſen* & eam quæ ad ſanctum *Lilium* nuncupatur, quæ ad hanc uſque horam pro iure ad noſtrum conventum *Friburgenſem* pertinuerant, præfato conventui *Baſilienſi* in poſterum colligendas cum omnibus villis ac domibus ad ipſas pertinentibus reſignavimus & contulimus, ac præſentium in vigore irrevocabiliter donamus non obſtantibus quibuſc.... antiquioribus limitacionum litteris facientibus in contrarium, niſi quo ad alia loca hic non expreſſa, in quibus antiquas limitacionum litteras in ſuo robore decernimus permanendas. In quorum omnium fidem & teſtimonium præſentes litteras ...... ſigilli .... MCCCCLXXXVIII. die XXIX. Ianuarii.

N. CCXCIII.

Confirmatio congregationis S. *Stephani ad* S. *Blaſium* cum indulgentiis.

Anno 1491. 26. Mart. Ex archiv. S. Blaſii.

Raymundus electus & confirmatus eccleſiæ *Gurcenſis* ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ Referendarius, eiuſdemque & apoſtolicæ ſedis ad *Alamanniam* univerſasque & ſingulas provincias, civitates, terras, & loca *Germaniæ* S. R. I. illiuſque electoribus & ſubditis &c. ſubiecta cum plena poteſtate Legati de latere Nuntius & orator ad perpetuam rei memoriam. Ex iniuncto nobis ab apoſtolicæ ſedis beneplacito legationis munere ad ea libenter intendimus, per quæ divinus cultus in eccleſiis ſingulis & locis eccleſiaſticis maxime infra limites noſtræ legationis conſiſtentibus continuum ſuſcipere valeat incrementum, & his, quæ propterea comperimus proceſſiſſe, ut firma quidem & illibata perſiſtant, cum a nobis petitur, libenter noſtri adiicimus roboris firmitatem. Cum itaque, ſicut accepimus, in eccleſia S. *Stephani* monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis eſt quædam confraternitas S. *Stephani* nuncupata, laudabiliter inſtituta, cuius anniverſaria quater in anno peraguntur; & ſicut exhibita nuper pro parte confratrum dictæ confraternitatis petitio continebat, prædicta inſtitutio in dictæ eccleſiæ venuſtatem & decorem, & divini cultus augmentum cedit. Quare pro parte eorumdem confratrum nobis humiliter fuit ſupplicatum, ut inſtitutioni prædictæ pro illius ſubſiſtentia firmiori robur noſtræ confirmationis adiicere,

Digitized by Google

cere, atque eis opportune providere benigne dignaremur. Nos igitur, qui divini cultus augmentum ſupremis deſideramus affectibus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati inſtitutionem confraternitatis huiuſmodi, ac prout illam concernunt, omnia & ſingula rite proceſſa auctoritate legationis, qua fungimur, approbamus & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere decrevimus. Et nihilominus ut eccleſia ipſa debitis frequentetur honoribus, ac in ſuis ſtructuris & ædificiis reparetur, ipſaque & fraternitas huiuſmodi luminariis ac aliis ornamentis eccleſiaſticis decoretur, conſervetur, ac manuteneatur, nec non Chriſti fideles eo libentius devotionis cauſa ad eandem confluant eccleſiam, ac ad præmiſſa manus porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, auctoritate litterarum SS. in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Innocentii* divina providentia Papæ VIII. nobis ſuper hoc conceſſarum, omnibus & ſingulis utriuſque ſexus perſonis vere pœnitentibus & confeſſis dictam eccleſiam vel aliam vicinam, in qua dicta fraternitas celebrata fuerit, in quatuor diebus, in quibus huiuſmodi anniverſaria peraguntur, devote annuatim viſitantibus, & ad præmiſſa manus adiutrices porrigentibus, ſingulis diebus huiuſmodi centum dies de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem præſentes litteras fieri, noſtrique ſigilli iuſſimus appenſione muniri. Datum *Neurenbergæ*, *Bambergenſis* diœceſis, anno incarnationis Domini MCCCCXCI. VII. Kal. Maii, Pontificatus eiuſdem Domini Papæ an. VII. SECULUM XV.

N. CCXCIV.

Indulgentiæ, & licentia abſolvendi a caſibus reſervatis in *Tottmos*.

L*eonellus* de *Chieregatis* decretorum doctor, Dei & apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopus *Concordienſis*, ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Alexandri* divina providentia Papæ VI. Referendarius domeſticus, & ipſius ac apoſtolicæ ſedis ad ſereniſſimum Dominum Dominum *Maximilianum* Romanorum regem illuſtriſſimum ac univerſas & ſingulas provincias, terras, & loca *Germaniæ* S. R. I. ſubiecta cum plena poteſtate Legati de latere orator deſtinatus univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Splendor Anno 1496. 6. Ian. Ex eodem.

Digitized by Google

SECULUM XV.

paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementia ipſius maieſtatis ſperantium tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas ſanctorum precibus & meritis adiuvatur. Cupientes igitur, ut eccleſia glorioſiſſimæ virginis *Mariæ* in *Tottmos Conſtantienſis* diœceſis *Maguntinæ* provinciæ, monaſterio S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti* dictæ diœceſis ſubiecta in ſuis ſtructuris & ædificiis debitis reparetur, conſervetur, & manuteneatur, ac libris, calicibus, luminaribus & aliis ornamentis eccleſiaſticis pro divino cultu magis decenter muniatur, & a Chriſti fidelibus iugiter veneretur, congruis quoque frequentetur honoribus, & ut Chriſti fideles eo libentius cauſa devotionis confluant ad eandem, & ad reparationem, conſervationem, manutentionem prædictas, promptius manus porrigant adiutrices, quo ex hoc dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, pro parte dilectorum nobis in Chriſto abbatis & conventus monaſterii prædicti porrectis humilibus ſupplicationibus inclinati omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui eccleſiam præfatam in reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pentecoſtes, ac etiam ſingularum glorioſæ virginis *Mariæ* & eius S. *Matris Annæ*, ac ipſius eccleſiæ Patronorum, & dedicationis feſtivitatum diebus a primis veſperis uſque ad ſecundas veſperas incluſive devote viſitaverint annuatim, pro ſingulis diebus feſtivitatum earumdem, quibus id fecerint, de omnipotentis Dei miſericordia ac BB. apoſtolorum *Petri* & *Pauli* auctoritate confiſi omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus præfatis quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentiis auctoritate legationis noſtræ, qua per litteras præfati ſanctiſſimi Domini Papæ nobis tributas fungimur, miſericorditer in Domino relaxamus. Et nihilominus, ut liceat ipſis abbati & conventui in eccleſia præfata tot, quot ſufficiant pro multitudine confluentium & peccata ſua confiteri volentium, idoneos ſacerdotes ſæculares vel regulares deputare, qui omnes & ſingulos utriuſque ſexus Chriſti fideles in viſitationis, aſſumptionis & nativitatis glorioſiſſimæ virginis *Mariæ* & S. *Annæ* duntaxat feſtivitatum diebus ad eccleſiam ſæpenominatam pro adipiſcendis indulgentiis huiuſmodi declinantes, ſi id humiliter petierint, in ipſis feſtivitatibus, & uno die immediate prædictas quatuor viſitationis, aſſumptionis, & nativitatis glorioſiſſimæ virginis *Mariæ*, ac S. *Matris* eius beatæ *Annæ* duntaxat feſtivitates præcedente, & uno die immediate ſequente confeſſionibus eorum prius diligenter auditis ab omnibus eorum peccatis, illis tamen exceptis, propter quæ ſedes apoſtolica foret merito conſulenda, abſolvere valeant, iniuncta eis & eorum cuilibet ſic confiten-

Digitized by Google

confitentibus pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, licentiam & faculta- SECULUM XV.
tem concedimus, pariterque indulgemus, proviſo tamen, quod præfati Chriſti fideles propter hoc non deſiſtant iuxta mandatum ſacri concilii generalis ſaltem ſemel in anno omnia peccata ſua tunc confitenda proprio ſacerdoti confiteri, quod ultra præſentium litterarum publicationem etiam per dictos deputatos ſacerdotes ipſis Chriſti fidelibus auditis eorum confeſſionibus intimari curabunt, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem præſentes litteras fieri noſtrique ſigilli iuſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum *Conſtantiæ Maguntinæ* provinciæ in domibus habitationis noſtræ anno incarnationis Dominicæ MCCCCXCVI. VIII. Idus Iunii, Pontificatus præfati ſanctiſſimi Domini noſtri Domini *Alexandri* Papæ VI. anno IV.

N. CCXCV.

Conſervatorium monaſterii S. *Blaſii* contra iniuſtos invaſores & perturbatores.

Anno 1498. 16. Febr. Ex eodem.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis *Conſtantienſi* & *Baſilienſi* Decanis, ac Præpoſito SS. *Felicis* & *Regulæ Torreggii Conſtantienſis* diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Militanti eccleſiæ licet immeriti diſponente Domino præſidentes circa curam eccleſiarum & monaſteriorum omnium ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti, ut iuxta debitum paſtoralis officii eorum occurramus diſpendiis & profectibus divina cooperante clementia ſalubriter intendamus. Sane dilectorum filiorum abbatis & conventus monaſterii S. *Blaſii* epiſcopi & martyris in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis provinciæ *Maguntinæ* conqueſtione percepimus, quod nonnulli archiepiſcopi, epiſcopi, aliique eccleſiarum prælati & clerici ac eccleſiaſticæ perſonæ tam religioſæ quam ſæculares, nec non duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites & laici, communia civitatum, univerſitates oppidorum, caſtrorum, villarum & aliorum locorum, & aliæ ſingulares perſonæ civitatum & diœceſium & aliarum partium diverſarum occuparunt, & occupari fecerunt caſtra, villas & alia loca, terras, domos, poſſeſſiones, iura, & iuriſdictiones, nec non fructus, cenſus, redditus, & proventus dicti monaſterii ac nonnulla alia bona mobilia & immobilia ſpiritualia & temporalia, ad abbatem & conventum ac monaſte-

SECULUM XV.

rium huiuſmodi legitime ſpectantia, & ea detinent indebite occupata, ſeu ea detinentibus præſtant auxilium, conſilium, & favorem: nonnulli etiam civitatum & diœceſium ac partium prædictarum, qui nomen dominii in vacuum recipere non formidant, eiſdem abbati & conventui ſuper prædictis caſtris, villis, & locis aliis, terris, domibus, poſſeſſionibus, iuribus, iuriſdictionibus, fructibus, cenſibus, redditibus & proventibus eorumdem, & quibuſdam aliis bonis mobilibus & immobilibus, ſpiritualibus & temporalibus & aliis rebus ad abbatem & conventum ac monaſterium huiuſmodi ſpectantibus multiplices moleſtias & iniurias inferunt & iacturas. Quare dicti abbas & conventus nobis humiliter ſupplicarunt, ut, cum eiſdem valde reddatur difficile pro ſingulis querelis ad apoſtolicam ſedem habere recurſum, providere ſibi ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adverſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi illo volentes eiſdem abbati & conventui remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus, committendi ſimilia, præcludatur, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos vel duo aut unus veſtrum per vos vel alium ſeu alios, etiam ſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis conſervatores & iudices, præfatis abbati & conventui efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittatis, eos ſuper his & quibuslibet aliis bonis & iuribus ad abbatem & conventum ac monaſterium huiuſmodi ſpectantibus ab eiſdem vel quibuſvis aliis indebite moleſtari, vel eiſdem gravamina ſeu damna vel iniurias irrogari, facturi dictis abbati & conventui, cum ab eis vel procuratoribus ſuis aut eorum aliquo fueritis requiſiti, de prædictis & aliis perſonis quibuslibet ſuper reſtitutione huiuſmodi caſtrorum, villarum, terrarum, & aliorum locorum, iuriſdictionum, hominum, iurium & bonorum mobilium & immobilium, reddituum quoque & proventuum & aliorum quorumcunque bonorum, nec non & de quibuslibet moleſtiis, iniuriis, atque damnis præſentibus & futuris, in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem, ſummarie & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, iuſtitiæ complementum. Occupatores ſeu detentores, præſumptores, moleſtatores & iniuriatores huiuſmodi, nec non contradictores quoslibet, & rebelles cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocunque & quotieſcunque expedierit, anctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis: non obſtantibus tunc felicis recordationis *Bonifacii* Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur, ne

Digitized by Google

ne aliquis extra ſuam civitatem & diœceſin, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ diœceſis ad iudicium evocetur: ſeu ne iudices & conſervatores a ſede apoſtolica deputati prædicta extra civitatem & diœceſin, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, ſive alii vel aliis vices ſuas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine diœceſis earumdem trahere præſumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate præſentium non trahatur; ſeu quod de aliis, quam manifeſtis iniuriis & moleſtiis, & aliis, quæ iudicialem requirunt indaginem, pœnis in eos, ſi ſecus egerint, & in id procurantes adiectis, conſervatores ſe nullatenus intromittant, quam aliis quibuſcunque conſtitutionibus a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, tam de iudicibus delegatis & conſervatoribus quam perſonis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliis editis, quæ noſtræ poſſent in hac parte iuriſdictioni aut poteſtati eiuſque libero exercitio quomodolibet obviare. Seu ſi aliquibus communiter vel diviſim a prædicta ſit ſede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi & eorum perſonis, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam noſtræ iuriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua eiuſque toto tenore de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Cæterum volumus & apoſtolica auctoritate decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus, quodque a data præſentium ſit vobis & unicuique veſtrum in præmiſſis omnibus & eorum ſingulis cœptis & non cœptis, præſentibus & futuris, perpetuata poteſtas & iuriſdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate poſſitis in præmiſſis omnibus cœptis & non cœptis, præſentibus & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia ſingula coram vobis cœpta fuiſſent, & iuriſdictio veſtra & cuiuslibet veſtrum in prædictis omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium perpetuata legitime extitiſſet, conſtitutione prædicta ſuper conſervatoribus & alia quolibet in contrarium edita non obſtante, præſentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Dat. *Romæ* apud S. *Petrum* anno incarnationis Dominicæ MCCCCXCVIII. XIV. Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno VII.

N. CCXCVI.

Digitized by Google

N. CCXCVI.

Raymundi Card. *Gurcenſis* confirmatio privilegiorum S. *Blaſii*.

SECULUM XVI.

Anno 1503. 1. Iul. Ex archiv. San-Blaſ. *T. II. p.* 357.

R*aymundus* miſeratione divina S. R. E. tituli S. *Mariæ novæ* presbyter cardinalis *Gurcenſis* ad univerſam *Germaniam*, *Daciam*, *Sueciam*, *Norwegiam*, *Friſiam*, *Pruſſiam*, omneſque & ſingulas illarum provincias, civitates, terras, & loca etiam ſacro Romano Imperio in ipſa *Germania* ſubiecta ac eis adiacentia apoſtolicæ ſedis de latere Legatus ad perpetuam rei memoriam. Sanctæ Romanæ eccleſiæ, quæ incommutabili divinæ providentiæ diſpoſitioni omnium orbis eccleſiarum primatum obtinet, Legationis officium inter alia in terris & locis S. R. I. per inclitam nationem *Germanicam* licet imparibus meritis exercentes curis ſollicitamur continuis, ut ſubditorum commodis, quibus pia quævis loca proſperari poſſint, ſolerter intendamus, & his quæ rite facta ſunt, ut illibata & firmiora perſiſtant, apoſtolici muniminis adiiciamus firmitatem. Sane quidem pro parte dilectorum nobis in Chriſto abbatis & conventus monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod idem monaſterium quamplurimis ſanctæ ſedis apoſtolicæ, & diverſorum Romanorum Imperatorum, Romanique & aliorum regnorum regum & principum, & prælatorum, terrarum, civitatum, & oppidorum iuribus, immunitatibus & exemptionibus dotatum & decoratum exiſtit, prout in deſuper autenticis confectis litteris plenius dicitur contineri; & ſicut eadem ſubiungebat petitio, ſi omnia & ſingula huiuſmodi privilegia, immunitates, exemptiones & iura unacum eorumdem dependentibus & connexis etiam noſtræ legationis auctoritate cum opportuna defectuum ſuppletione pro firmiori eorumdem ſubſiſtentia confirmarentur, ratificarentur, & approbarentur, ac aliqui ad ipſorum manutentionem deputarentur aſſiſtentes, profecto commoditati ipſius monaſterii & perſonarum religioſorum paci & tranquillitati plurimum conſuleretur, ideo pro parte abbatis & conventus prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eis in præmiſſis opportune conſulere auctoritate noſtræ legationis miſericorditer dignaremur. Nos qui piorum locorum commoditatem & perſonarum religioſarum pacem, quantum nobis ex alto conceditur, indefeſſa ſollicitudine procurare ſatagimus, dictorum abbatis & conventus ſupplicationibus in hac parte inclinati omnia & ſingula privi-

privilegia, immunitates, exemptiones & iura prædicta quavis auctoritate iuſte tamen conceſſa & poſſeſſa, eorumdem omnium tenores præſentibus pro expreſſis haberi cum opportuna tam iuris quam facti per nos reparabilium defectuum ſuppletione, auctoritate noſtræ legationis, qua fungimur, in hac parte confirmamus, ratificamus, & approbamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Et nihilominus dilectis nobis in Chriſto abbati monaſterii in *Adelberg* ordinis *Præmonſtratenſis*, & Decano collegiatæ eccleſiæ *Stutgardienſis Conſtantienſis* diœceſis, ac officiali *Conſtantienſi* per hæc ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus veſtrum, per vos vel alium ſeu alios præfatis abbati & conventui efficacis defenſionis auxilio in præmiſſis aſſiſtentes non permittatis, eos contra confirmationem ac approbationem & ratificationem huiuſmodi impediri: contradictores dicta auctoritate per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, in ſynodalibus & provincialibus editis, conciliis generalibus & ſpecialibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam nobis inferiori quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. In quorum fidem præſentes litteras fieri, noſtrique ſigilli iuſſimus appenſione communiri. Datum in monaſterio *Eberbach* ordinis *Ciſtercienſis Maguntinæ* diœceſis, anno incarnationis Dominicæ MDIII. Kal. Iulii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Alexandri* divina providentia Papæ VI. anno XI.

N. CCXCVII.

Eiuſdem licentia pro monachis & ſubditis S. *Blaſii*, utendi butyro, caſeo & lacticinio.

Raymundus miſeratione divina ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli S. *Mariæ novæ* presbyter Cardinalis *Gurcenſis* ad univerſam *Germaniam*, *Daciam*, *Sueciam*, *Norwegiam*, *Friſiam*, *Pruſſiam*, omneſque & ſingulas illarum provincias, civitates, terras, & loca etiam S. R. I. in ipſa *Germania* ſubiecta ac eis adiacentia apoſtolicæ ſedis de latere Legatus, dilectis nobis in Chriſto abbati & conventui conventus S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis ſalutem in Domino.

Anno 1503. 1. Iul. Ex archiv. San-Blaſ.

SECULUM XVI.

mino. Ad ea ex iniuncto nobis ab apoſtolica ſede Legationis officio libenter intendimus, per quæ catholicorum Chriſti fidelium quorumlibet, præſertim religioſorum ſub regularis vitæ diſciplina degentium, & Altiſſimo perpetuo famulantium corporum ſoſpitati & conſcientiæ puritati ſalubriter valeat provideri. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, in partibus *Germaniæ* oleum olivarum non creſcat, & oleum huiuſmodi non niſi maximis impenſis habere poteſtis; nos ut vos eo erga S. ſedem apoſtolicam reddamus devotiores, quo vos magis illius gratiæ cognoveritis ubertate foveri, veſtris in hac parte devotis ſupplicationibus inclinati, ut vos veſtrique ſucceſſores ipſius monaſterii veſtri abbates & religioſi, ac veſtri & ipſius monaſterii familiares pro tempore exiſtentes, etiam quoties vos & ipſos aut aliquos ex vobis vel ipſis ad ſingula loca extra dictum monaſterium, pro negotiis tamen illius, declinare contigerit, quadrageſimalibus & adventus ac ſingulis aliis temporibus & diebus, quibus butiri, caſei & aliorum lacticiniorum eſus de iure vel conſuetudine patriæ, aut alias ex præcepto eccleſiæ eſt prohibitus, butiro, caſeo & aliis lacticiniis loco olei olivarum abſque alicuius conſcientiæ ſcrupulo perpetuo uti & veſci libere & licite poſſitis & valeatis, veſtrique ſucceſſores & familiares poſſint & valeant auctoritate legationis noſtræ, qua fungimur, in hac parte tenore præſentium concedimus & indulgemus, ac vobiſcum & ſucceſſoribus veſtris & familiaribus prædictis eadem auctoritate diſpenſamus, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus in ſynodalibus & provincialibus editis, conciliis generalibus vel ſpecialibus, ac monaſterii & ordinis prædictorum iuramento, confirmatione apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. In quorum fidem præſentes litteras fieri, noſtrique ſigilli iuſſimus appenſione communiri. Datum in monaſterio *Eberbach Maguntinenſis* diœceſis anno incarnationis Dominicæ MDIII. Kalendis Iulii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Alexandri* divina providentia Papæ VI. anno XI.

N. CCXCVIII.

Digitized by Google

N. CCXCVIII.

Eiuſd. indulg. pro diverſis feſtis in S. *Blaſio* celebrandis.

SECULUM XVI.

Anno 1503. 1. Iul. Ex archiv. San-Blaſ.

Raymundus miſeratione divina ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli S. *Mariæ novæ* presbyter Cardinalis *Gurcenſis* ad univerſam *Germaniam*, *Daciam*, *Sueciam*, *Norwegiam*, *Friſiam*, *Bruſſiam*, omneſque & ſingulas illarum provincias, civitates, terras, & loca etiam S. R. I. in ipſa *Germania* ſubiecta ac eis adiacentia apoſtolicæ ſedis de latere Legatus, univerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera charitatis inducimus, tanto ſalubrius animarum ſaluti providemus. Cupientes igitur, ut eccleſia monaſterii S. *Blaſii* prope Nigram Silvam ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis, ad quam, ſicut accepimus, dilectus nobis in Chriſto *Caſparus Lenger* de *Stutgardia*, presbyter dictæ diœceſis, ſingularem gerit devotionis affectum, congruis frequentetur honoribus, & a Chriſti fidelibus iugiter veneretur, ac in ſuis ſtructuris & ædificiis debite reparetur, conſervetur, & manuteneatur, libriſque, calicibus, luminaribus, & aliis ornamentis eccleſiaſticis pro divino cultu neceſſariis decenter fulciatur & muniatur, in ea quoque cultus augmentetur divinus, & ut Chriſti fideles eo libentius devotionis cauſa confluant ad eandem, ac ad illius reparationem, conſervationem, & manutentionem aliaque præmiſſa manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, dicti *Caſpari* devotis in hac parte ſupplicationibus inclinati de omnipotentis Dei miſericordia ac BB. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui dictam eccleſiam in ſingulis Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, & Corporis Chriſti, Pentecoſtes, omnibus beatiſſimæ virginis *Mariæ*, S. *Annæ* eius genitricis, omnium apoſtolorum & evangeliſtarum, Trinitatis, inventionis & exaltationis S. *Crucis*, omnium Sanctorum, & commemorationis omnium animarum, ſanctorum *Iohannis Baptiſtæ*, & *Michaelis* archangeli, nec non patronorum & dedicationis dictæ eccleſiæ feſtivitatibus & diebus a primis veſperis uſque ad ſecundas veſperas incluſive devote viſitaverint, aut qui ſub decantatione antiphonarum *Salve Regina*, vel o *ſacrum convivium*, quotiens eaſdem in dicta eccleſia decantari contigerit, devote interfuerint, & ter orationem Dominicam, & totiens ſalutationem angelicam devote

SECULUM XVI. dixerint, ac ad præmiſſa manus, ut præfertur, porrexerint adiutrices, pro ſingulis diebus, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem præſentes litteras fieri, noſtrique ſigilli iuſſimus appenſione communiri. Datum in monaſterio *Ebirbach Maguntinenſis* diœceſis anno incarnationis Dominicæ MDIII. Kalendis Iulii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Alexandri* divina providentia Papæ VI. anno XI.

N. CCXCIX.

Idem concedit, monachos 21. 22. 23. annorum ad SS. Ordines promoveri.

Anno 1504. 29. April. Ex eodem.

Raymundus miſeratione divina S. R. E. tituli S. *Mariæ novæ* presbyter Cardinalis *Gurcenſis*, ad univerſam *Germaniam*, *Daciam*, *Sueciam*, *Norwegiam*, *Friſiam*, *Pruſſiam*, omneſque & ſingulas earum provincias, civitates, terras & loca, etiam S. R. I. in ipſa *Germania* ſubiecta, ac eis adiacentia apoſtolicæ ſedis de latere Legatus, dilecto nobis in Chriſto abbati & conventui monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva ordinis S. *Benedicti Conſtantienſis* diœceſis ſalutem in Domino. Iniunctum nobis ab apoſtolica ſede legationis officium tunc debite peragere non ambigimus, cum perſonis quibuſvis, illis præſertim, quæ religioni adſcriptæ ſunt, favoris noſtri dona impertimur, & ea, per quæ ſemotis conſcientiarum ſcrupulis, ipſis conſuli valeat, favorabiliter concedamus. Exhibita ſiquidem nobis pro parte tua petitio continebat, quod alias mortalitate nimia ibidem invaleſcente tredecim fratres conventuales, ſicut Altiſſimo, rerum omnium diſpenſatori, placuit, diem ſuum clauſerunt extremum, adeo quod propter presbyterorum carentiam divina officia cum maxima difficultate perſolvuntur. Et ſicut eadem ſubiungebat petitio, ſi in præmiſſis per opportunum ſubventionis remedium tibi & tuo conventui non ſuccurratur, divinum cultum detrimenta & imminorationem exinde ſuſtinere poſſe vehementer formidas. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſti, quatenus tibi ſuper præmiſſis de opportuno remedio providere dignaremur. Nos ea, quæ in divini cultus augmentum tendunt, vigili cura promovere ſatagentes, huiuſmodi ſupplicationibus tuis inclinati tibi quotiens evidens neceſſitas occurrerit, ut tui conventus monachi

Digitized by Google

nachi profeſſi, etiam ſi in viceſimo primo, ſecundo aut tertio ſuæ ætatis anno fuerint conſtituti, quotiens per te tanquam habiles & idonei ad hoc præſentati fuerint, a ſuo ordinario vel de ipſius licentia a quocunque catholico antiſtite gratiam & communionem apoſtolicæ ſedis habente etiam extra tempora a iure ſtatuta aliquibus tribus Dominicis vel feſtivis diebus ad omnes, etiam ſacros & presbyteratus, ordines ſe promoveri facere poſſint & valeant, auctoritate legationis noſtræ, qua per ſpecialis facultatis litteras fungimur, in hac parte tenore præſentium diſpenſamus, ipſisque clericis ſeu monachis ordines prædictos recipiendi, ac dicto antiſtiti illos conferendi licentiam concedimus pariter & facultatem præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem præſentes litteras fieri noſtrique ſigilli iuſſimus appenſione communiri. Datum *Baſileæ* anno incarnationis Dominicæ MDIV. III. Kal. Maii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Iulii* divina providentia Papæ II. anno I. SECULUM XVI.

N. CCC.

Eiuſdem indulgentiæ pro diverſis feſtis & quando abbas S. *Blaſii* in pontificalibus celebrat.

R*aymundus* miſeratione divina ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ tit. ſanctæ *Mariæ novæ* presbyter Cardinalis *Gurcenſis* ad univerſam *Germaniam*, *Daciam*, *Sueciam*, *Norwegiam*, *Friſiam*, *Pruſſiam*, omneſque & ſingulas illarum provincias, civitates, terras & loca etiam ſacro Romano Imperio in ipſa *Germania* ſubiecta ac eis adiacentia apoſtolicæ ſedis de latere Legatus, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Ante thronum divinæ maieſtatis fideles Chriſti, ſanctorum piis adducti ſuffragiis, ad eorum feſtiva ſolemnia eo debent ferventius incitari, quo talium patronorum fulciti præſidiis potiora retributionis præmia & munera valeant promereri. Unde nos more paſtoris vigilis Chriſti fideles ſingulos, quos cupimus in ſuperna patria collocari, ad ipſorum ſanctorum trahimus libenter obſequia, ut eos in conſpectu Domini devota veneratione collaudent. Cupientes igitur ut eccleſia monaſterii S. *Blaſii* in Nigra Silva *Conſtantienſis* diœceſis congruis frequentetur honoribus, & a Chriſti fidelibus iugiter veneretur ac in ſuis ſtructuris & ædificiis debite reparetur & conſervetur & manuteneatur, Anno 1504. 29. April. Ex archiv. San-Blaſ.

 libriſ-

SECULUM XVI.

libriſque, calicibus, luminaribus & aliis ornamentis eccleſiaſticis pro divino cultu neceſſariis decenter fulciatur & muniatur, in ea quoque cultus augmentetur divinus, & ut Chriſti fideles eo libentius devotionis cauſa confluant ad eandem, & ad illius reparationem, conſervationem, manutentionem, & fulcimentum aliaque præmiſſa manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, dilectorum nobis in Chriſto abbatis & conventus monaſterii præfati devotis in hac parte ſupplicationibus inclinati de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui præfatam eccleſiam S. *Blaſii* in ſingulis Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis & Aſcenſionis Domini, Pentecoſtes, Trinitatis, Corporis Chriſti, Aſſumptionis, Nativitatis, Præſentationis, Conceptionis, Purificationis, Annuntiationis, & viſitationis beatiſſimæ & glorioſiſſimæ virginis *Mariæ*, eiuſque matris S. *Annæ*, S. *Michaelis* archangeli, ſanctorum *Ioannis Baptiſtæ* & *Evangeliſtæ*, *Petri* & *Pauli*, aliorumque omnium Apoſtolorum, ſanctorum *Georgii*, *Eraſmi*, *Chriſtophori*, *Sebaſtiani*, *Blaſii*, patroni præfatæ eccleſiæ, ſanctarum *Mariæ Magdalenæ*, *Catharinæ*, *Barbaræ*, *Agnetis*, *Margaritæ*, *Appolloniæ* virginum, omnium Sanctorum, commemorationis *omnium animarum*, ipſiuſque eccleſiæ patronorum & dedicationis feſtivitatibus & diebus a primis veſperis uſque ad ſecundas veſperas incluſive devote viſitaverint, aut qui ſingulis feſtivitatibus prædictis ſeu quibuſcunque feſtivitatibus prædictis ſeu quibuſcunque feſtivis vel dominicis diebus, in quibus abbas pro tempore exiſtens vel ſucceſſores ſui dicti monaſterii abbates in dignitate & infula abbatiali miſſam & divina officia celebraverint, eiſdem miſſarum ſolenniis devote interfuerint, pro ſingulis diebus prædictis, quibus id vel aliquod præmiſſorum fecerint, centum dies de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem præſentes litteras fieri noſtrique ſigilli iuſſimus appenſione communiri. Datum *Baſileæ* anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quarto, tertio Calendas Maii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Iulii* divina providentia Papæ ſecundi, anno primo.

N. CCCI.

Digitized by Google

N. CCCI.

Idem SS. Reliquias monaſterio S. *Blaſii* donat.

R*aymundus* miſeratione divina ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli S. *Mariæ novæ* presbyter Cardinalis ad univerſam *Germaniam*, *Daciam*, *Sueciam*, *Norwegiam*, *Friſiam*, *Pruſſiam*, omneſque & ſingulas illarum provincias, civitates terras & loca etiam S. R. I. in ipſa *Germania* ſubiecta & eis adiacentia apoſtolicæ ſedis de latere Legatus, univerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Sanctorum reliquias, quorum animas non dubitamus in cœlo regnare cum Chriſto, nos univerſi & ſinguli Chriſtiani pio amore venerari debemus in terra, ut Dei honorandos amicos divinis nos beneplacitis confoveamus, & illorum nobis propterea vendicantes patrocinium apud eum, quod noſtris meritis non valemus, eorum interceſſionibus mereamur. Cum itaque nos alias certas venerabiles ſanctorum & ſanctarum reliquias in urbe & extra eam in vim Brevis apoſtolici nobis deſuper a felicis recordationis *Alexandro* Papa VI. conceſſo tranſtulerimus & collegerimus, volentes enim eiſdem venerabilibus reliquiis monaſterium S. *Blaſii* in Nigra Silva *Conſtantienſis* diœceſis, ordinis S. *Benedicti*, ad quod ſingularem gerimus devotionis affectum, honorifice decorare, hac de cauſa nonnullas SS. *Chriſtianæ*, *Kunigundis*, *Methundis*, & *Wibrandis* virginum de ſocietate undecim millium virginum in *Agripinenſi* civitate martyrium paſſarum exiſtentium, quarum corpora XVI. Kal. Iulii, prope civitatem *Baſilienſem* cum ea, qua potuimus, reverentia, in plurimorum prælatorum nobis in divino aſſiſtentium (præſentia) noſtræ legationis auctoritate levavimus & tranſtulimus *a*) ad dictum monaſterium honorifice collocandas & obſervandas miſimus & conceſſimus. Ut igitur hæ ſacratiſſimæ reliquiæ in dicta eccleſia, in qua collocabuntur, in debita veneratione habeantur, ac Chriſti fideles ipſi eo ad illam eccleſiam viſitandam ardentiores reddantur, quo ex hoc ſe magis dictarum ſanctarum, quarum reliquiæ in eadem requieſcunt, patrociniis & interceſſionibus apud Deum noverint eſſe adiutos, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, qui dictam eccleſiam in ſingulis dictarum ſanctarum, quarum reliquiæ ibidem ſunt reconditæ, feſtivitatum & præſentationum earumdem diebus a primis veſperis uſque ad ſecundas devote viſitaverint, pro ſingulis diebus, quibus id fecerint, centum,

SECULUM XVI.

Anno 1504. 13. Iul. Ex eodem. T. II. p. 357.

(*a* Deſcribitur hæc elevatio a ſociis Bollandianis die XVI. Iunii.

SECULUM XVI.

centum, qui vero ante reſervaculum dictarum reliquiarum præfatis diebus in memoriam paſſionis earumdem ſanctarum ter orationem Dominicam, & totiens ſalutationem angelicam devote dixerint, quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem præſentes litteras fieri, noſtrique ſigilli iuſſimus appenſione communiri. Datum *Baſileæ*, anno incarnationis Dominicæ MDIV. III. Idus Iulii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Iulii* divina providentia Papæ II. anno I.

N. CCCII.

Cardinalium complurium indulgentiæ pro eccleſia & confraternitate *Tottmoſiana*.

Anno 1504. 16. Maii. Ex archiv. San-Blaſ.

Oliverius Oſtienſis, *Georgius Portuenſis*, & *Raphael Albanenſis* epiſcopi, *Ludovicus Iohannes* tituli SS. *quatuor coronatorum*, *Guillermus* tituli S. *Pudentianæ*, *Dominicus* tituli S. *Marci*, *Iohannes* tituli S. *Priſcæ*, *Franciſcus* tituli S. *Cæciliæ*, & *Hadrianus* tituli S. *Griſogoni*, presbyteri, *Iohannes S. Mariæ* in *Dompnica*, *Federicus S. Theodori*, & *Alexander S. Euſtachii*, diaconi, miſeratione divina ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera charitatis inducimus, tanto ſalubrius animarum ſuarum ſaluti providemus. Cupientes igitur ut parochialis eccleſia, prioratus nuncupata *B. Mariæ* de *Totmos* in Nigra Silva *Conſtantienſis* diœceſis, in qua quædam laudabilis *confraternitas* Chriſti fidelium devote inſtituta exiſtit, congruis frequentetur honoribus, & a Chriſti fidelibus iugiter veneretur, ac in ſuis ſtructuris & ædificiis debite reparetur, conſervetur, & manuteneatur, nec non libris, calicibus, luminaribus, ornamentis eccleſiaſticis, & aliis rebus divino cultui inibi neceſſariis decenter muniatur, utque Chriſti fideles ipſi eo libentius devotionis cauſa confluant ad eandem, & ad reparationem, conſervationem, manutentionem & munitionem huiuſmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos. Nos cardinales præfati, videlicet quilibet noſtrum per ſe, ſupplicationibus dilectorum nobis in Chriſto confratrum dictæ *Confraternitatis* nobis ſuper hoc humiliter porrectis

Digitized by Google

rectis inclinati de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus utriuſque ſexus vere pœnitentibus & confeſſis, qui dictam eccleſiam in ſingulis videlicet aſſumptionis & nativitatis B. *Mariæ* virginis, ac Pentecoſtes, nec non certi unius diei menſis Auguſti, in quo dicta confraternitas cum vigiliarum, miſſarum, & aliorum divinorum officiorum celebratione ſolenniter peragitur, ipſiuſque eccleſiæ dedicationis feſtivitatibus & diebus a primis veſperis uſque ad ſecundas veſperas incluſive devote viſitaverint annuatim, & ad præmiſſa manus porrexerint adiutrices, pro ſingulis feſtivitatibus ſive diebus prædictis, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem litteras noſtras huiuſmodi fieri, noſtrorumque ſigillorum fecimus appenſione muniri. Datum *Romæ* in domibus noſtris anno a nativitate Domini MDIV. die vero XXVI. menſis Maii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Iulii* divina providentia Papæ II. anno I.

N. CCCIII.

Georgio abb. S. *Blaſii* homines ligii ſe dant.

Ich *Michel Schlecker* von *Ebingen*, und *Engela Bülin* ſin eliche Husfrow, bekennent offenlich und tund kund aller mancklichem mit diſem brieff, für uns alle unſre kind die wir yezo habent, oder noch überkomend und gewinnen möchtent umbe ſölich gut zuverſicht die wir habent zuo dem hochwirdigen Fürſten und herren, herren *Jörgen* Abbt des Gotzhuſes ſant *Bläyſien* im *Schwartzwald*, unſerm gnädigen heren, beſonder och umbe des willen als wir uns und unſre kind dem genanten unſerm gnädigen heren und ſiner gnaden Gotzhus zuo eygen ergäben habent umbe ſölichs ſin gnad uns den hoff zü *Oberhoffen* mit aller zuogehört zü einem ſtätten Erblechen gelichen hat, und an den alten reſtantzen ſo uſſerloſſen gewäſen ſind by *Heintzen Meyer* ein nachlaſs gethan, namlich hundert ſtuck, nach lutt zweyer zedlen. Darumb mit guottem willen und wolbedachtem muot frylich willenklich, und unbezwungenlich, ſo haben wir uns und unſere kind die wir yetzo habent ald uns Gott der her füro gitt mit lib und guott an den ege- Anno 1507. 1. Febr. Ex archiv. San-Blaſ.

Digitized by Google

SECULUM XVI.

nanten unſern gnadigen heren Abtt *Iörgen*, ſine nachkomen und an das genant Gotzhus, mit diſem brieff yetzo rächt und redlich zuo eygen ergäbent, allſo das der vorgenant Abtt *Iörg* und ſine nachkomen uns und unſere kind die wir yetzo habent und die uns Gott noch füro git mit lib und guott nun furbas mer geruowenklich inhaben, ſchirmen, und verſprächen ſöllend als ander ir eylütt, wan wir inn daruff by unſern gütten truwen gelopt und verheiſſen habent, verſprächent und verheiſſent mit diſem brieff, allſo das wir wäder unſer lib, unſer guott, nach unſere kind als vorgeſchriben ſtätt von Im, ſinen nachkomen, noch von dem genanten irem Gotzhus niemer mer enpſliechen noch fluchtſam wärden wyder iren willen hinder dehein ander heren, hinder dehein ander Gotzhus, noch Cloſter, noch in deheiner Statt nit Burger wärden, noch ſuſt darinne ſitzen, noch ziechen, noch ſuſt gemeinlich hinder nieman andre wye die genant oder gehaiſſen wärdent, durch dehein nott, nach ſach ſüſt noch ſo heimlich noch offenlich noch in deheinen wäg, dann wir ſöllent und wöllent inn by pene ungehorſamikayt und überuarens ſölcher ſach gehorſam undertaenig und gewärtig ſin, als ander ir eygen lüt äne alle geuerd, wir ſöllen inn öch by ſölcher penne, als vor gelut hatt, alle und yetliche unſere kind, die wir yetzo habent, oder die uns Gott noch füro gäbe, unfluchtſam halten, und mit der yetlichem wen es zü ſinen tagen komet, ſchaffen und beſtellen, als vern wir vermogend, ungeuarlich, das ſy inn öch unfluchtſam vertröſtent unfluchtſam und gehorſam zu ſin, als dan umb eygen lüt billich iſt one geuerd. Urkund ſo habent wir beyde mit ernſtlichem flis erbätten den edlen und veſten Iünckher *Cuonraten Heggezer* Vogt zü *Keyſerſtul* unſern gnädigen Iünkheren das er ſin eygen inſigel für uns und unſere kind offenlich gehenckt hat an diſen brieff, das ich *Cunrat Heggezer* bekenn gethan hab von ernſtlicher gebätte wägen doch mir und minen erben in all wäg unſchädlich, gäben uff Mentag vor ſantt *Thorothea* der helgen Iumpffrowen und marterin tag als man zalt von der gepurt Criſti unſers heren tuſend fünffhundert und ſiben iar.

N. CCCIV.

Digitized by Google

N. CCCIV.

Capellæ & altaria dedicata apud S. *Blaſium.*

